BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
20 C
47

Sum Antonij minerus :—

FOEDERICI

Nauſeę Blancicampiani:
pręcellētiſſimi.ll. docto-
ris in Juſtiniani Impe
rato. Inſtitutiones
Paratitla.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Eiuſdem Foederici Nau-
ſeę in vtiliſſimum Tit.
ff. de regulis Juris
Problemata.

Cum gratia ⁊ priuilegio.

Ex Legato Illustriss: Foccini.

LIBER AD LECTOREM.

Quod clam lecturus me publicitus lacerarit
  Zoilus, haud eſt mos, lector amice, nouus.
Quod patior, doctus Cicero, hoc polihyſtor Homerus,
  Optimus eſt vates paſſus & ipſe Maro.

Vale

BEATISSIMO PAPAE HADRIANO SEXTO FOEDERICVS NAVSEA BLAN/ CICAMPIANVS.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

QVANQVAM non ſatis compertum habeam, BEATISSI/
ME PAPA, ſim ne operæ pretium facturus, ſi poſt tot, tamq;
magno & excellenti ingenio Iuris Ciuilis interpretes: qui in ſacro
ſanctis legibus ipſis explicandis, perinde atq; in Florentiſſima DEI OPT.
MAX. vinea excolenda operatores, ſtrenuam plane & glorioſam operam
nauarunt: ego quoq; tandem Iuris eiuſdem arcana, eaq; elementaria, reſeran
di prouinciam inſumpſero. Quippe, qui auguror fore pleroſq;, qui dicent,
me actum agere, & Athenas (vt fertur) noctuas: nimirum, obiecturi nihil ab an
teceſſoribus diligentia obmiſſum, quod intactum ad hoc vſq; æui perſeueret,
nec etiam ab illis relictum, quod poſſit a quoq̃ in melius reformari, ideoq;
ſuperuacaneum pene videri, decurſum relegere tramitem. Accedit etiamnũ,
quod non veterem minus, quam vulgatam eſſe rem agnorim, dum Neoteri/
ci ſemper ſcriptores aut in rebus aliquid ſe certius & ĩgenioſius allaturos, aut
ſcribendi arte, inueniendiq; ſolertia rudem (vt ille ait) vetuſtatem longo poſt
ſe interuallo relicturos arbitrantur. Rem tamen ipſe altius animo repetens, nõ
omnino me cœlo errare exiſtimaui: ſi ipſe quoq; (vtcunq; vndecima, eaq; ſe/
ta prorius hora conductus ſim) meas exiguas in vineam domini excolendam
operas exhiberem: cum, quod mihi æque atq; illis talentum a DEO OPT.
traditum, eiuſq; me tandem vſuras reddere obligatum ſciam: tum, quod om
nibus in ſtadio currere pariter præceptum, & quibuſq; vel ſingulis vitæ ſuæ ra
tionis reddendæ onus ſerio ſit iniunctum. Præterea & hac quoq; cauſa me nõ
ad latum vnguem errare crediderim, quod candidis ſanctarum legum Tyro
nibus pro virili parte mea ſuccurrendum ſit. Quandoquidem qui magnam
Iuris interpretum partem ſtudiorum amænitates quærere, immenſæ ſubtilita
ti, pernitioſiſq; argutiis ſtudere, placendiq; gratiam vtilitati iuuandæ præfer
re: & in ſumma ad pompam pleroſq; omnes & oſtentationem ita moliri vi/
derim, vt legalis quidem ſcientia, omnium quondam multo nobiliſſima, pe
neq; facillima, ab exiguis profecta initiis eo creuerit quo non modo difficul/
tate & magnitudine ſua laboret: verum etiam, quæ iuſtitiæ nunq̃ olim verita
tiſq; non fuerit alumna, nunc propemodum ſit effecta & erroris habeatur ma
giſtra. Quis autem tam veritatis oſor, tam infenſus iuſtitiæ tyrannus, tam ini
que de totius mũdi rep. meritus, qui idipſum diutius æquo ſit animo laturus?
Me ſane iſti eo adegerunt, vt laborem nõ ſolum gloria vacuum, ſed & odio
& periculo plenum ſuſceperim. Equidem diu multumq; tam pluſculos Iuris
ciuilis interpretes ſuo pene officio defungi, inter ſe magna in nullo non loco
concertatione diſſidere, & a ſeipſis aliquoties diſcordare, ſuis haudquaq̃ ra/
tionibus conſtare, eorum iter non apparere directum animaduertens, cœpi
ego quoq; in eandem domini mei vineam operas meas, vt vltimo, ita (veluti

ſpero)fidelius conferre:hoc eſt:poſthabitis longe deuiis iterum anfractibus
vanis pertinacibusq; argutiis,ſubtilitatibus, verſutiis, altercationibus, vitiliga
tionibus remotis,obmiſſo illorum ſcriptionis genere,& ſemota ſqualida va/
narum argutiarum ſylua in Iuſtiniani Imperatoris Inſtitutiones,perinde atq;
partem Iuris ciuilis librorum magis neceſſariã, PARATITLA (hunc ope
ri titulum dedimus,quoniam inibi gloſſemata,& quædam titulorum quaſi in
terpretamenta profitemur)& in præcipuum Pandectarum de Regulis Iuris ti/
tulum: PROBLEMATA prælegere,& DEO OPT. TEQVE vero illius
Vicario authoribus ſcribere exorſus ſum:opus ad compendium(ni fallor)or/
dinatum,ad veritatem indagandã non inutile,& quoad ratio paſſa eſt,ita mo
derate repreſſum , vt nec in eo prodiga ſit copia , nec concinnitas vndequaq;
adſpernanda: vtpote,quod fermentum magis agnoſcendæ veritatis,admini
culandæq; memoriæ,quam eloquentiæ bracteas,dictionis venuſtatem , ora/
tioniſq; phraſim polliceatur.Ego nimirum perlectis doctiorum,maxime pri/
ſcorum,Iuriſconſultorum paſſim,quantum ſubciſiui otii fuit,quatenuſq; ad
uerſa corporis mei, eaq; mihi non tam agnata quam cognata valetudo paſſa
eſt,voluminibus,compendio diligenter ſtudui , & a notioribus aliquantum
pedem retuli,& remotis haud longe imoratus ſum,& ita quidem rem tracta/
re orditus, vt ſeruatis docẽdi modulis ſuo quæq; loco reddere laborauerim.
Inſerui quoq; complura differenter congruentia:quo ſaltem varietate ipſa le
gentium faſtidioſæ nauſeæ mederer. Quandoquidem nec mens mihi fuerit
Chryſippeos,indiſpoſita quadam congerie,aceruos cumulare,& alteras con
ſarcinare Pandectas,ſed breuitati citra obſcuritatem ſtudere,nec omnia,quæ
ab aliis tradita ſunt,quaſi Crambem recoquere:verum qui ita cum delectu in
multis,imo pene infinitis in Ius ciuile ſcriptis,modum ſeruare ſtatuerim , vt
breuiuſcule omnia,quæ in rem facere viſa ſunt,colligerem,aliiſq; illudenti/
bus Comicum(vt fertur)oculos configerem,obmiſſa a cæteris apponerem,
& ſcriptorum forte vel vicio vel authorum incuria deprauata noſtra interpre
tatione manifeſtiora clarioraq; facerem,vetuſtis nouitatem,obſoletis nitorẽ,
obſcuris lumen,faſtiditis gratiam,dubiis fidem adſtruerem , & ſecreta Iuris
ſcientiæ primordia puro eoq; latino ſermone aperirem,& ita demum , quæ
eo attinent,noſtro fideli ſtudio præclara lucidaq; redderentur,vt veritas pla/
ne nuda,aperta,candida quibuſq; optimis pateret,haberentq; ſubinde Iuris
alumni legum monumenta non tam facilia quam prona & manifeſta.Id qđ
ſim ne in vniuerſum inibi conſequutus clam me eſt,conſequi profecto id ip/
ſum ſtudui,ſumq; illud ſolum profeſſus.Cæterum,etſi hoc pium mihi fuerit
propoſitum,& hæc iuſta docendi extiterit voluntas , attamen tantum abeſt,
vt me omnibus bene feciſſe putem,vt etiam labores meos,vtcunq; fideles &
pios,a pauciſſimis non modo non probatum iri,ſed a multis vitio verti , o
mniq; ex parte exploſũ iri ſcio.Quandoquidem eo noſtra ſit tempeſtate ven
tum malignitatis ac inuidiæ,vt nemo hoſtes habeat & maiores & acriores,
quam,qui ſimplicem vel ſcribit vel dicit veritatem,aut metam defendit iuſti/

ciam. Hinc eſt, ut mihi haudquaꝙ hoſtes multo acerrimos auguror defutu/
ros. Quod cum certo exploratum haberem, neceſſarium plane mihi futurum
exiſtimaui, ad aliquem me vertere tutelarem, cuius eſſem tutela protectus, &
mea pariter ſcripta ab iſtiuſmodi maledicorum ſcorpione ſecura ac tuta. In tã
to autem periculo, tamq; infenſa oſorum inuidia, MAXIME PONTIFEX,
ad quem vel iuſtius vel tutius, ꝙ ad ſanctiſſimũ numen tuũ, & ab vniuerſis reli
gioſe adeundum mihi putem confugiẽdum? In quo poteſtatis plenitudinem
eſſe credi ſit par & æquum, quippe, quẽ in excelſiſſimo humani generis faſti
gio poſitũ, vnicũ DEI OP. MAX. in terris oĩ uitæ ſcimonia Vicariũ agere cõ
fitemur, & penes quẽ ſecũdũ DEVM OP. MAX. totius humani gñis ſalutem
verti oĩo credimus, ideoq; nõ eſſe nec fore vnꝗ, qui tuæ poſſit aut debeat re
ſiſtere diuinæ poteſtati, deniq; eum eſſe, foreq; ſemper ab oĩbus inimicorum
iaculis immunem, quem ipſe tueris, ſeruas, protegis. Iſthæc proinde meæ au
daciæ anſam, & quod ad te inermis tyro confugerim præſtitere. Hæc operis fi
ducia, hæc dicatura, hæc noſtrorum laborum fides atque ſpes firma. Multa
namque (vt ille ait) impendio precioſa ideo videri ſolent, & minime violã
da, quoniam templis dicata ſunt. Conſuerunt alii ſua ingeniorum opera Cæ
ſaribus, alii regibus, alii principibus, quiq; ſua ſingulis inſcribere, nimirum ſi
bi illorum potentatu & magnitudine, & ſuis, apud omnes laboribus authori/
tatem, & ab inuidis munimen quærentes. Ego vero, quoquo me verto, tutela
rem te vno mihi nec meliorem, nec maiorem, nec potentiorem, nec ſanctio/
rem, nec doctiorem, nec ad omnia in omnibus oportuniorem inuenio. Nam
cui potiſſimum de Iuſticia & religione opus diſputans, niſi tibi, & inſcribi &
dedicari & cõſecrari debeat? Aut quem ego miſellus Iuſticiam & ad bene bea/
teq; viuendum normam pro virili portione, & ex officio meo demonſtrans
te potiorem appellem, inuocem, implorem? in cuius diuino ſunt pectore om
nia Iura, religioniſq; cardo, & per quem rebus humanis iuſticia, veritas, ſapiẽ/
tia, religio reſtituta eſt. Tu enim a DEO OPT. MAX. in tantã, tamq; ſublimẽ
Apoſtolicæ ſedis apicem vere, & lacerato pene ouili paſtor miſeroq; gregi
miſſus, declaratus, electus, creatus, confirmatus poſt ſanctiſſimos illos Apoſto
los (quos omni uitæ ſanctimonia, morumq; integritate refers) omnium facile
primus, & maxime repudiatis undecũq; erroribus, DEI OPT. MAX. maieſta
tem uere adorandam iubes, Eccleſiam ſanctam cognoſcis, miſeraris, inſtauras
honoras, tueris. Nam cum ille dies feliciſſimus orbi Chriſtiano illuxiſſet, quo
te Summus ad beatum Apoſtolici Pontificatus culmen elegit, euexit, confir
mauit, ſalutarem uniuerſis, & optabilem pontificatum præclaro, ſanctoq; ini/
tio auſpicatus es, cum euerſam, ſublatamq; iuſticiã reducens teterrimũ aliquo
rum facinus expiare ſtuduiſti, Eccleſiamq;, Chriſti ſanguine redemptam, iam
q; nutantem, & prope in precipitium euntem ſuſtentaſti: ſeruaſti, ſanctiſq; inſti
tutis auxiſti: pro quo uel unico, inter multa alia, de quibus ſancta modeſtia tua
ſilere ſuadet, ſacroſancto facto dabit tibi deus felicitatem, virtutem, diuturni/
tatem, ut eadẽ iuſticia, qua exorſus es, Chriſtianæ Reip. gubernaculum etiam

ad finem uſq; teneas, atq; te, perinde ut a diuo Petro Apoſtolorum principe,
ſucceſſoribus ſubinde tuis CHRISTI DEI OPT. Eccleſia immaculata, ſan/
cta, aucta reſignabitur. Quod uero reliquum eſt ſanctæ fidei hoſtium: quod ad
huc aduerſum iuſtos alias ſæuit: quanto ſerius tanto uehementius idem Omni
potens mercedem ſceleris exoluet: quia: ut eſt erga pios indulgētiſſimus pater:
ſic aduerſus impios rectiſſimus iudex. Hoc autem prorſus eſſe futurum: ſingu/
laris tua inter infinita tuæ ſanctitatis argumenta nobis arguit in impios iuſticia
in exules miſericordia: in pauperes pietas: in uirtutum bonarumq; literarum
cultores liberalitas: & admiranda in omnibus non tam ſecundis q̃ aduerſis re/
bus prudentia, magnitudo, fortitudo, conſtantia, uigilantia, & uera deniq; in
DEVM OPT. MAX. religio Quibus ſane hocq; genus aliis oībus multo in
clytiſſimis uirtutibus: ita uniuerſo terrarum orbi factus es admirabilis: ut nemo
ſit, uel a fide etiamnum chriſtiana alienus, qui te non a deo miſſum, creatumq;
in huius ſummi Pontificatus altitudinem fateatur & prædicet, & uerum & uni
cum CHRISTI Vicarium credat, teq; ſuum in terris eſſe numen & Theantro/
pum agnoſcat. Quo etiam fit, ut omnes ſub cœlo gentes tua gloriantes crea/
tione tuum ſpectent numen, uenerentur, exoſculentur, perindeq; ac deũ terre/
ſtrem rite adorent: Nempe, quæ te authore unico, CHRISTI IESV DEI
MAX. Vicario, orbis tocius moderatore uel a captiuitate, qua hactenus deten
tæ fuerunt, ſolutæ uel paulopoſt liberandæ tuis cupiũt & cogitationibus & cõ
ſiliis gubernari, tuiſq; præceptis plane diuinis obſequi. Nemo, ĩquam, eſt, qui
vel ſanctiſſimum imperium tuum recuſet, vel non omni contendat ſtudio, vt
tuæ diuinæ voluntati audiens certatim & continuo obtemperet: credens nimi
rum (& bene quidem) ſe non tam humano quam cœleſti viro parere. Hinc eſt,
vt tuo felici auſpicio aurea illa Saturnia ætas reuerti conetur, plurimiq; popu
li, qui internecino pluſculis nunc annis odio laborarunt, publicas clades, hor/
renda prælia patrarunt: te optimo Chriſtiani orbis duce creato ad vnitatem,
ſanctamq; concordiam vnanimes redire anhelẽt. Quare quibuſq; optimis
perſuaſum eſt, te unico tam pio tam ſancto DEI SVMMI Vicario omnia
ubiq; terrarum breui felicia, omnia læta, tranquilla q̃uoq; futura omnia. Quo
rum & inter alia numero tuæ ſanctitatis exempla pene infinita unum quoq; il/
lud euidentiſſimum eſt, quod iam ſane omnium doctrinarum, ingenuarumq;
artium ſtudia florere, ingenia excitari, virtutumq; ſpecimina ſuboriri, & uno
quaſi examine Poetas, Oratores, Philoſophos, Theologos, Iuriſconſultos, id
que genus cæteros optimarum diſciplinarum profeſſores ſeſe quam antea læ
tius erigere, ſuiſq; te poematis, orationibus, decretis, hymnis, legibus extollere
decãtare, uenerariq; uiderim. Inter quos & ipſe, Saulus inter ꝓphetas, ſupplex
aduenio, numen tuũ uenerabũdus adoro, ĩploro, inuoco: cui hoſce nři ĩgenii
q̃d mihi admodũ mediocre eſt, labores, meq; ſimul, animũq; meũ ſuppl͛r offe
ro, dedico, cõſecro: & hoc deniq;, q̃cq̃d eſt opis humillime ſubiicio Eius etenĩ
meæq; ſalutis tuũ penes numẽ ius ſit totũ, & ꝑtãs oĩs. Suſcipe igitur, iterũ atq;
iterũ oro tua, qua te accepimus, grã & miſericordia haſce exiguas a deo mihi

traditi talenti vſuras: & ſi quos inibi nummos inuenies improbos, miſericordi
ter diſcerne: neq̧, humillime quæſo, hoc humillimum meum holocauſtũ deſ
picias, ſed in eo, vt in cæteris omnibus, te DEO OPT. MAX. (cuius verus
es & ſuper omnes Vicarius) ſimillimum reddas. Id quod plane fiet, ſi pauper
culum hoc munuſculum minime ſpreueris, nec quæ offeruntur, vtpote vilia
ſed offerentis voluntatem .ſ. deuotam inſpexeris, Memento, quæſo, me paup
culæ viduæ filium, quæ habeo, æra minuta duo in Gazophilatium .S. T. of/
ferre, oblaturum deinde, ſi iſthæc pie (vt ſpero) ſuſcepta ſenſero, alia duo. Nũc
equidem tua ſanctitate, clementia, pietate, miſericordia fretus bene ſpero me
cum agi quod in .S. T. templum pelles, & caprarum pilos obtulerim: vtcunq̧
alii (Scimus enim in dei templo Vnumquenq̧ quod poteſt offerre) aurum,
alii argentum, alii biſſum & purpuram & Coccum offerant, & hyacinctũ: ne/
pe qui nequaq̃ ignorem Apoſtolum contemptibilia noſtra plerunq̧ fore ma
gis neceſſaria cenſuiſſe. Quem enim fugit totam illam Tabernaculi Solomo/
nis pulchritudinem & pellibus tegi, & Ciliciis, ardorẽq̧ ſolis pluuiarũq̧ iniu
rias, quæ viliora ſunt, ꝓhibere? Quorſum iſthæc? Huc CLEMENTISSIME
PONT. vt pio ſis animo laturus, quod villicus ego pauper in rure tuo educa
tus tibi numini meo lacte ſupplicauerim: & mola tantũ ſalſa, qui thura non ha
beo, litauerim, nec mihi peccato verſurus, quod modo, quo potui, deum te
mortalẽ meũ coluerim, Supereſt, HADRIANE SVMME SACERDOS
mihi iam tandẽ, meoq̧ ſtudio tuæ Max. authoritatis anchora accõmodes, &
aduerſus malignantiũ inuidiam miſericorditer tutelã præſtes, quo miſſellus
Nauſea Vineæ tuæ operarius, tui numinis clypeo tutus, defenſus, ꝓtectus vene
nata aduerſariorũ tela cõtemnere, & ſũme, T. S. anchora obfirmatus mortife
ros Syrenarũ cantus ſurda aure trãſire, & libellus hic tuus, in multorũ vtilitatẽ
ſine detrectatorũ morſibus legi & audiri poſſit. Id quod futurũ nõ ambigo, ſi
is a tua, qua es pietate acceptus, diuinaq̧ cenſura ꝓbatus fuerit Reliquũ, opto
vt in CHRISTO IESV DEO OPT. MAX. Valeas, & memineris mei
Papa Beatiſſime. Patauii, Tertio Calen. Apr. Anno a Chr̃o nato. M. D. xxiii.

EXCELLENTISSIMI AC FAMIGERATISSIMI IVRIS VTRIVSQVE MONARCHAE D. ANTONII FRANCISCI DE DOCTORIBVS PATAVINI DE OPERIBVS NAVSEAE BLANCICAMPIANI EXIMII IVRIS DOCTORIS CRISIS.

NOTVM ſit omnibus præſentis paginam ſcripti inſpecturis, Qualiter
ego Antonius Franciſcus de Doctoribus Patauinus Iuris vtriuſq̧ do
ctor, & Iura Pontificia in florentiſſimo Gymnaſio Patauino publice
legens vidi & legi, ac omni adhibita diligẽtia inſpexi Paratula in Iuſtiniani

Inſtitutiones & Problemata in Titulum de Regulis Iuris. ff. Edita, & ſummo ſtudio conſcripta, & digeſta per virum in vtraq; cenſura doctiſſimum Poeticæq; & Rhetoricæ artis & ſcientiæ eruditiſſimum dominum Fœdericum Nauſeam. Quæ vti a doctiſſimo & peritiſſimo viro facta & compoſita fuerunt, ita etiam vtiliſſima, & omni legentium vtilitati, & doctrinæ multum proficere exiſtimaui eaq; authoritate etiam noſtra, qualiſcunq; illa futura ſit, approbaui, & merito ab omnibus doctis viris habenda fore cenſui, In quorum fidem propria manu etiam præſenti paginæ, & ſcripto me ſubſcripſi ad omnium peritorum noticiam, apud quos opus ipſum non minus laudatum & approbatum quã vtile eſſe cenſeo & exiſtimo. Paduæ decimoquarto Calend. Iunii, Anno Chriſti natiuitatis Milleſimo quingenteſimo viceſimo ſecundo.

Ego idem Antonius Franciſcus de Doctoribus de Padua inter Vtriuſq; Iuris interpretes in fidem ac robur præmiſſorum propria manu ſub ſcripſi.

Laus deo clementiſſimo.

CLARISSIMI .I.V. DOCTORIS BALDASSARIS CARDVCII FLORENTINI DE OPERIBVS NAVSEAE BLANCICAMPIANI CRISIS

EGo Baldaſſar Cardutius Florentinus Iuris vtriuſq; doctor, & Iura Cæſarea in Florentiſſima Patauina Academia publice legens docenſq; notum facio cunctis præſentem ſcripturam aut inſpecturis aut lecturis, q̃d ego vidi & ſumma legi diligentia domini Fœderici Nauſeæ Blancicampiani viri in vtraq; cenſura longe conſultiſſimi in Iuſtiniani inſtitutiones Paratitla & Problemata in Titulum. ff. de Regulis Iuris, & ea eruditiſſima iudicaui, cen ſuiq;. Cenſeoq; de cauſa ea vtiliſſima, & omnium legentium vtilitati eſſe foreq; ſemp accomodata. Quare illa authoritate noſtra, qualis qualis illa ſit, & laudo & ap℘bo, & ab oĩbus doctis viris probabilia habenda exiſtimo. In quorum fidem propria manu etiam præſenti ſcripturæ me ſubſcripſi ad omnium peritorum notitiã, apud quos opera ipſa non tam laudata q̃ ap℘bata & vtilia eſſe iudico & cenſeo. Paduæ, duodecimo Calen. Iulii. Anno incarnationis Ieſu Chriſti. M.D.xxii.

Ego Idem Baldaſſar Cardutius manu propria ſcripſi

NOBILISSIMI ATQVE DIGNISSIMI. I.V. DOCTORIS IOAN. BAPTISTAE FIDELIS VENETI, PATAVII IVDICIS AQVILAE, DE OPERIBVS NAVSEAE CRISIS.

EGO Ioannes Baptiſta Fidelis. I. V. doctor vidi & accurate legi ſcripta domini Fœderici Nauſeæ excellentiſſimi iuris doctoris & viri eruditiſſimi tum Paratitla in Iuſtiniani Inſtitutiones, tum Problemata in titulum de Regulis Iuris. ff. & multa alia, quæ ſummopere pro mei ingenioli viribus & laudo & probo, dignaq́ꝫ cenſeo vt in lucem hominum veniant. Et in fidem præſcripto rum propria manu ſcripſi.

EX PRAECLARISSIMI. I.V. DOCTORIS MARCI BONAFIDIS PATAVINI IVRA PONTIFICIA PVBLICE, ORDINARIEQVE PADVAE PROFITENTIS AD D. FOEDERICVM NAVSEAM EPISTOLA CRISIS.

PErplacent admodum illa tua & Paratitla & Problemata: doctiſſime Fœderice: & ea, quoniam erudita ſunt & conſumata, æditione plane digna iudico. Vale, meq́ꝫ in tuo aere computa. Si quid erit in iis quoq́ꝫ meis lucubrationibus in Titulum de verbo. ſigni. ff. quod doctiſſimas illas tuas aures offendit, Fœderice humaniſſime, tuo modo expunge, nil mihi gratius (hoc velim ſcias) eſſe poterit. Verum Vale.

Idem Marcus tuus de Mantua.

EX SPECTATISSIMI IVRISCONSVLTI DOMINI ANTO. FRANCISCI DE DOCTORIBVS PADVANI AD FOEDERICVM NAVSEAM EPISTOLA CRISIS.

QVOS mihi, Præſtantiſſime atq́ꝫ doctiſſime vir: dediſti libellos in Ius ciuile cōpoſitos vidi ac perlegi, etſi eos in his vacatiis pfeceris illos ædere poteris pro tuo arbitrio, quæ res ꝛ tibi honori maxīo & plegētiū vtilitati erit. Quare te hortor, vt illis oīo finē īponas. Interea vero

curabis, vt priſtinæ tuæ valetudini reſtituaris. Et ſi quid eſt, quod pro te efficere poſſum, & potiſſimum, quod ſaluti tuæ conferre habeat, tuum erit præcipere ac iubere, tum nec labori nec rebus aliis parcam pro recuperatione tuæ ſalutis. Vale & me, vt ſoles, ama. Ex ſtudio noſtro. Die octaua Auguſti, M.D.XXI.

Tuus, ſi ſuus, Antonius Franciſcus de doctoribus ſcripſi.

EX EMINENTISSIMI I.V. DOCTORIS D. BARTOLOMEI DE VRBINO ORDINARIAM IVRIS PONTIFICII DE SERO LEGENTIS IN PRIMA SEDE IN FELICI STVDIO PADVANO AD EXIMIVM IVRIS CONSVL. F. NAVSEAM EPISTOLA CRISIS.

TVA Paratitla & tua problemata, quæ tu, doctiſſime & virtuoſiſſime Nauſea, ad nos, vt ea recognoſceremus, miſiſti, vidimus ac diligenter legimus, eaq; talia & tanta eſſe cognoſcimus, quanta & qualia opera in noſtra facultate Iuridica hactenus in publicum non exierunt. Sũt enim tua tum maximarum artium, admirabiliumq; virtutum tuarũ teſtimonia, quæ teſtantur ingenium tuum excellens, & vitam tuam omni macula carentem. Videmus enim te habere ſimul bonas literas, & eas infinitas, ac virtutes optimas, quæ duo in aliis rariſſime coniuncta (quæ tamen eſſe deberent) inuenimus. Quo circa nos cogimur lætari & gloriari te nos habuiſſe diſcipulum, noſque tuos olim aliquantiſper fuiſſe præceptores. Scriberemus plura, ſed modeſtia finem ſuadet, ne tibi aliis adulari videremur. Poteris vel meo incorrupto iudicio ſtare, & hæc opera tua rariſſima, & alia, quæ vidimus in cõmunem omnium vtilitatem, & in laudem Paduanæ Iuriſtarum Academiæ publicare. Tibi agimus gratias, quod nos tanto honore dignos cenſueris, vt tua iudicaremus. Vale in deo noſtro, tuamque cura valetudinem. Octauo die Iulii. Anno Chriſti Milleſimo Quingenteſſimo Vigeſimotertio. Hæc pauca aliena manu nobis mandantibus ſcripta ſunt, ſed a nobis compoſita. Ideo ego Bartolomeus de Vrbino Iuris Vtriuſque doctor & Ordinariã Iuris Pontificii de ſero in prima ſede, in felici ſtudio Paduano legens. In eorum fidem & verum teſtimonium propria manu me ſubſcripſi ad laudem Omnipotentis dei Amen.

Ego Idem Bart. doct.

Grammaticus, Rhaetor, Logicus, Iuriſq; peritus
  Dicimur hoc libro, lector amande, nouo.
Philoſophus, Sanctæ interpres verſamur in illo
  Codice ſcripturæ. Quid? Polihiſtor adeſt.
Hoc ſequitur Chriſtum Cicero, & magno fit amicus
  Scæuola Ariſtoteli doctus, aperta loquor.
Huic opulenta libro breuitas, breuitate refecta
  Copia, Mercurio iuncta Minerua deo.
In primiſq; ſtylo tibi ſunt patefacta diſerto
  Iura. Docet terſis Bartolus ecce modis.

MARCI ABSTEMII PORTVSGRVARIENSIS IN CRITICOS AC ZOILOS AD F. NAVSEAE CLARISSIMI IVRISCONSVLTI LIBRVM, VT EXEAT HORTATIO.

Heus agedum felix exi Paratitla? Quid? Exi
  Ocyus & propera? Quid rudis ipſa lates?
Non ne ſatis, multo iacuiſti puluere ſepta?
  Quæ tibi cauſa moræ? Tetrica verba times?
Dic agedum quæſo, nec ſit pudor, oro, quid obſtat
  Quo minus exilias, Detrahit anne Theon?
Quod Cicerona ſuum forſan, quod Quintilianum
  NAVSEA ſit ſolitus legibus ingerere?
Non ne Ambo Iuris, legumq; fuere periti?
  Vt ſatis atq; ſuper ſcripta vtriuſq; probant.
An quod barbariem ſcriptis non miſceat, vt qui
  Iura olim & leges expoſuere ſacras?
Aurea qui paſſim ſanctarum numina legum
  Fœdarunt Gothicis Vandaliciſq; ſonis.
A quibus ipſe meus tantum diſtare videtur.
  NAVSEA, quantum omnis ſidere diſtat humus
Non ne parem ſcriptis meruerunt Iura decorem
  Sortiri? atq; aliquem non ne aliquando dari?
Qui rite ac vere, velut eſt interpretis omnis
  Officium, exprimeret aurea dicta Virum.
Qualis, vt abſoluam paucis, & vera loquamur,
  Interpres ſummus NAVSEA vbiq; meus.
Quem ſi Valla ſuo certe vidiſſet in æuo
  Scribentem, nil tunc, quod quereretur, erat.

Quid dubitas igitur? Non eſt metienda Catonis
 Frons tibi, nec naſum Rhinoceroris adhuc.
Pontificis nam te excipiet manus inclyta ſummi
 Qua non in terris ſanctior ulla datur
Adiutrixq; magis pariter fautrixq; bonorum
 Quæq; magis poſſit, quæq; iuuare velit.

C. CAMILLI BRACCHISPHORTZAE ALEXANDRINI PHALETIVM.

Lege hoc te precor hoc volumen ipſum
Lector: Quo nihil eruditiuſq;
Præclarumq; magis, remotiuſq;
A uulgo nihil eſt: Quo enim docetur
Id quod Scæuola, quod Papinianus,
Et quod Seruius, & quod Vlpianus.
Paulus, Pomponius, Caliſtratuſq;
Caius cum Hermogene, atq; Iulianus
Cum Celſo, & ſimul Aphricano, & ipſe
Marcellus pariterq; Martianus
Et quod cætera contio perita
Iuris perdocuit. Volumen hoc eſt
Et tanto ingenio (quod eſt videre)
Quod punctum tulerit vel omne: Momo
Naſuto ſatis hocq; factitarit
Nam Boeotica Apollo ſcrupuloſa
Hic ænigmata Delius reſoluit

Vale & ſalue

FOEDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI IN IVSTINIANI IMPERATORIS INSTITVTIONES PARATITLA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRAEFATIO AVTHORIS.

QVoniam, Præſtantiſſimi auditores, hoc vos tempore meas in
nobiliſſimos Iuſtiniani Imperatoris Inſtitutionũ libros: enar-
rationes auditum in hoc loci cõueniſſe dignorim. operæ cẽſeo
pretium quadã initio me vti præfatiũcula. Quãdoquidem cũ
cuiuſq; rei principiũ (Caio Iurecõſulto authore) pars ſit potẽ-
tiſſima: magnopere curandum exiſtimo: ne hoc muneris vel in
præſentia illotis (quod aiunt) manibus a me ſuſceptum dici poſſit. Solent au- l.i.ff.de ori. iuris.
tem plæriq; omnes, qui profitendi prouinciã ſuſcipiunt, ſuis, quibus vtuntur
prologis vnũ illud conari, vt eius ipſius artis: quã ſunt profeſſuri, laudes ꝓpa-
gare, aut emerendi fauoris gratia audientiũ: oratorio more: beneuolentiã au-
cupari poſſint. Quorum profecto nullũ mihi in præſentia ꝓloquẽdi cauſam
miniſtrauit. Siquidem eam ſumpſerim ſcientiã elucidãdam, cuius ea ſit laus,
tantaq; dignitas, vt nullius vel Doctiſſimi encomio poſſit reddi aut laudabili-
or, aut dignior, nec alicuius vituperio, qđ in illã cadere põt nullum, effici infe-
rior. Tanti nimirum ſemper apud veteres, & eos quidẽ ſapientiſſimos habitã l.i.§.proin-
iuris prudẽtiam accepimus, vt nefas fuerit ipſam precio eſtimari: nempe quæ de.ff.de ua-
philoſophia eſſet vera, & illa ſane ſanctiſſima. Id quod credi par eſt & dignũ. riis & extra
Quãdoquidem legum: quas ipſa moderatur iuſtitia: tanta habeatur authori- or.cog.
tas, vt ea ſola res iuxta & diuinas & humanas rite gubernet, & omnẽ expellat
iniquitatem. Quem enim fugit, eam eſſe legum virtutem, imperare, quæ fa- l.i.§.i.C.de
cto opus eſt, ꝓhibere quæ iniqua, ꝑmittere quæ iuſta, punire quæ mala ſunt? vet.iu.enu.
Hæc autem an veritati conſona ſint, vel hoc ſolo poteſt a quouis intelligi ar-
gumento, quod ſine legali ſcientia, nulla nec priuatorum plurimorũ, nec vni- l legis.i.§.ff.
uerſæ Reip. aut ſalus, aut cõſiſtere poſſit dignitas. Eius nanq; virtute ciuitates de leg.
ab initio conſtitutæ ſunt, & ſæpe (vt inquit Scæuola Ciceronianus) conſerua-
tæ, & a principio deniq; mundi genus hominũ, qđ antea in montibus ac ſyl-
uis more beſtiarum, paſſim diſſipatũ, in vnã congregationẽ & ciuilẽ & vrba- Cice. li.i. de
nam cõpulſum, collectumq; eſt, & oppidis ſubinde mœnibuſq; ſeptum. Nõ- ora.
ne dignitas hæc? nonne laus? nõne maxima, quæ eſſe poteſt, commendatio?
diſperſos homines vnũ in locũ cõgregare, aut a fera, agreſtiq; vita ad huma-
num cultũ: ciuilemq; deducere, aut iam cõſtitutis ciuitatibus leges: iura, iudi-
cia deſcribere? Quã, quæſo, huic vni arti ꝑferemus? equidem nullã. Cuius de
laudibus ne quid vltra dicam imprudentior, mihi nũc plane ſubticendũ pu-
tarim: quippe quo finis noſtrũ cœptũ ſit proloquiũ minime. Crediderim ta-
men ex eius dignitatis ſcintilla, totũ facile animo, nõ autẽ verbis, quẽpiã cõ-
ſequi ignẽ poſſe, proinde haud quaq; mihi pro emerendo audiẽdi apud vos

Fauorē vel longis eſſe ambagibus laborādū. Neminē ſane tā eſſe vecordē, tanq̄ a ſenſu cōmuni duxerim, q nō toto pectore in id nobiliſſimū ſtudiū incumbere velit, quo vel vno Deo opt. Max. charus, ſibi honori, amicis vtilitati, Reip. toti deniq̄ emolumento indubie eſſe queat. Non eſt igit', vt eo q̄ſq̄ hāc mihi præfatiunculā eſſe ſuſceptā putet: quo ad eā ſanctiſſimā ſciētiam vos pinde atq̄ ꝓtentione quadā aut ardētius aut facilius amplectēdā & cohortarer & prouocarē, qđ ſi quoquo modo ſtatuiſſem, aliud certe nil a me dici poſſit ſtatutū, quā equis ſua ſponte currentibus ſtimulū addere, & Lydos in cāpum ꝓuocare. Abſit aūt Siſyphus ſaxū voluā, aut (vt apertius loquar) vndas maris emetiar, tāq̄ inanem mihi operā inſumē: & in eo ſacro vocalius canā, in quo longis canere tibiis, opus nequaq̄ ſit. Veꝝ, inq̄t q̄s veſtꝝ, quo tādem tuū anteloquiū? Cui ego eo nimirū, vt eoꝝ: quæ (Deo opt. annuēte) ꝓcedente tpe dicturus ſum quoſq̄ redderē & intētiores & dociliores. Cōſueuerūt enī (qđ Caius noſter credidit) ꝓfationes ipſæ & libētius nos ad ꝓpoſitæ materiæ electionem pducere, & cū ad eā ipſam ventū fuerit, eius euidētiorem clarioreq̄ intellectū ꝓſtare. Eſt aūt noſtræ ꝓfationis ſūma, & totus in ea cardo: vt noſtra dicēdi ratio cuiq̄ apertiſſima ſit, & quē in noſtris enarrationibus ſeruādū decreui modus nullū plane ꝓtereat. Quæſieritis qualis iſte? talis inq̄ nolim quēpiam a me hiſce in meis interꝓtationibus vel chriſippeos expectare aceruos aut alteras Iuſtiniani pandectas, ſquallentē cōmentationū, quas plærīq̄ longius q̄ opus fuerat diffundere, ſyluā deſiderare, q̄ppe qđ nullū ſim exhibiturus. Cur enim ipſe ſtatim de portu egrediēs nauim nō modo impingere velim, ſed vel in ſacratiſſimas leges peccare: quas ꝓ virili ſeruādas & ſuaſerim & admonuerim. Quaꝝ deniq̄ gratia docēdaꝝ huc acceſſerim ac ꝓuinciā pœne meis iparem viribus obierim. Nōne aduerſum leges ego, vbi qđ hæ ꝓhibēt, facere ipſe tentē? legibus vero eſſe cautū, ne ullis poſthac iuriſcōſultis: aut in ius ipſum ciuile cōmentarios ſcribere, aut q̄piā circa illud Batologia vti copia eſſet, ignorari haud quaq̄ pōt. Sancte qdē & ſapienter illud, vt oia, cōpertū vtiq̄ diuus habuit princeps, quam ipſe antea leges perperā quorundā longioribus cōmētationibus in diuerſum diſtractæ fuerāt, ideq̄ fore noſtris temporibus nō obſcure pariter auguratus eſt, nēpe quē minime latuerit, contrariis interꝓtantiū opinionibus totā pœne iuris & virtutē & reuerētiā (vt certe adſolet) conturbatū iri. At inquunt noſtri legulei, nouas modo leges Imperatorē: haud dubie cōmentaria edere ꝓhibuiſſe, q̄bus ecōtrario rn̄derim, imo vtrūq̄ ſerio ꝓhibuiſſe, eoſq̄ vniuerſos legi fraudem facere: eamq̄ ſiniſtre circūuenire, qui ſecus ac ipſe legiſlatoris verba accipiūt. Id qđ tn̄ a nullo facile ſperauerim quū bonā iuris prudētiam ptem mecū cōuenire ſciā: cui ꝓfecto maximæ ſemp curæ fuit, iuris candidatos a lōgis cōmentariis, diuerſis doctorū ſententiis: profundioribus ſubtilitatibus, enigmatis, captioſiſq̄, ac nullius pœne frugis argutiis fideliter dehortari. Norant enim, norāt illi ingenio nihil eſſe vel pniciosius, vel a veritate magis alienū. Quibus eqdē parti adhæſerim parti vero maxime alienū me ꝓbuerim. Laudo Edepol prolixiores in iure ambages, & interꝓtū tene

Lydos in campū prouocar:

Anteloquꝫ

Cardo

chriſippeos acer uos.

Batologia

bricoſas & Cimeriis tenebriores perq; ſimillimas inuentiones: opiniones: ſub/
tilitates: argutias, Gordii nodos, & q̃ſtiones Delio etiamnũ natatore nõ intel
lectas. Antimonias deniq; nullo ſub iudice tãdem finẽ habituras adeo ſtudio/
ſe, omniq; fide ab illis dãnatas: nimirꝫ quæ vel ſingula iam pridẽ leges iterũ
atq; iterꝫ exhorruerint, reprehẽderit, ſintq; odio pœne Vatiniano exoſæ & de
teſtatæ. Culpari autẽ e regione eoſdẽ iuris expoſitores, qd' adeo ſe in cõtẽptũ
& peſſum fere dederint: eludendoſq; vel hoc vno expoſuerint, qd' quæ dehor/
tati ſunt ne fierẽt: in ea ipſi delapſi, quæ ꝑcepere non ſeruarũt, id qd' a vero ve
torũ doctoꝝ officio Lactãtius veridicus, idẽq; nobiliſſimus author eẽ ait lõge
alieniſſimũ. Quam vero iſti imẽſis ſuis ſcriptionibus, & iexhauſtis pœne ſub
tilitatibus, & Labiryntheis griphis iuris ſciẽtiã nobis deturparint, obſcurarint
quoq;, licet nemini non inde videre, vt q̃ olim fuerit vna omniũ: vel Cicero
nis teſtimonio, facillima, atq; añ oculos ferme: & in vſu cotidiano: cõgreſſio
neq; hominũ poſita collocataq;: & paucis deniq; literis paruiſq; voluminibus
contẽta, nũc luxuriãti ſcribentiũ (ita ſuo nũcupant nomine ipſos legũ enar/
ratores) multitudine, ac qbuſq; nugãtiũ, ſchediis, & anguſtis cõciſiſq; quorũ
dam diſputationibus tã reddita ſit illigata, obſcura, difficilis, dura, aſpera, in
ciuiliſq; (q̃ tamẽ peculiariter ciuile ſibi vẽdicauit noĩẽ) vt nõn legibus modo
ipſis ſed & legũ interꝑtibus maxime opus ſit interꝑte, & qdem eo, q Oedipo
ſit q̃ Dauo ſitior, Deliũq; plane agat natatorẽ, q i ciuiliũ iſtaꝝ vndaꝝ abyſſo
non ſuffocari poſſit: & in ſinuoſis iſtis, profundiſq; profundiſſimi pelagi vor/
ticibus ſubmergi. Nũ inepta nobis hæc verboꝝ hoc loco tranſlatio? & ꝓpo/
ſito perinde atq; rei haud quaq̃ congruẽs deridendã? minime. Quandoqdem
quis facile explicabit, qd' vel ex his etiamnũ, qui ſine cortice ſecuri iam tandẽ
nare: ſeq; in dextrã (vt in adagio eſt) aurem dormituros arbitrabant, qui non
in æſtuoſo ipſoꝝ Oceano naufragiũ paſſi ſunt: aut (quod negari nõ poteſt)
ſciſſis nauigiorũ velis ſumma cũ difficultate ad littora portũq; appulerint, aut
conſpectis vndoſi maris fluctibus, non turpi formidine enatarint, aut qui ſe
vento pontoq; cõmittentes in ipſis giris atq; meandris tãq̃ ad Syrenios ſco/
pulos cõſenuerint? Quorſum hæc? illuc nimirũ, qd' neminẽ inficias iturũ pu/
tauerim: cõpluſculos ſe ad iuris artem alacriter cõtuliſſe, ſed a limine pene &
in porta cõmentantiũ multitudine, & opinionibus ſibi ipſis nõ ſat conſtanti/
bus deterritos, aut deſperaſſe, & turpiter defeciſſe, aut pſeuerãtes inibi nihil ali
ud factitaſſe, q̃ Penelopes telã retexuiſſe, aut (quod ego multis vſu veniſſe ex/
ploratũ habeo) eã inexperti adhuc diſciplinã tetrã, adſpernabilẽ, inſuauemq;
dictitaſſe, cuius ſemper mira in cognoſcendo ſuauitas fuit & delectatio. Ad/
ſolet hinc euenire ſub finem, vt qui ſtudia haud dũ amare poſſunt, ea ſũmo ꝑ
ſequãtur odio, & amaritudinẽ ſemel perceptã etiã vltra rudes annos refor/
midant. Abſit igit eos ipſos interꝑtandi magiſtros: quos nunq̃ ꝓbaui mihi ſe
quendos putẽ, abſit inq̃ deſertores ſtudioꝝ efficiã, quos omni, qua poſſum,
diligẽtia, opa, ſtudio, induſtria, (ſi i me eſt vlla) docẽdos iſumpſi: quoſq; ſtudio
rũ, & eoꝝ qdẽ cæteris nobilioꝝ: amatores pitoſq; redder magnope deſidera

ui. Noli: mehercle, noli ſerius quēpiā ad finē: q nobis ꝓpoſitus eſt: p itinerū anfractus, deuia ſaxa, perqꝫ ihoſpita teſqua ducere, quo pducēdi via ſit plana, trita, amœna, oiſqꝫ laboris & diffidētiæ vacua: Memor ſane ero iterptis me vicē agere, cuius eſſe officiū cēſueri & gradū docēdi primū, ita loqui, vt intelligi poſſit, & viā docendi eligere ſemp faciliorē, melioréqꝫ, & alterū plane reddere Apolloniū: nēpe qui nullū apud ſeſe diſcipulū operā perdere vellet: ſed optimo cuiqꝫ Muſarū ianuas fore apertas. Admonitus eapropter diui Iuſtiniani pſcripto: in eos modo inſtitutionū iuris ciuilis libros admonitoria q̃dam ita (deo duce) ſum collaturus, vt ab ipſis libris minime diſſona videri poſſint: ſiquidem conabor, quoad potero, vt elemētaria ſua elemētariis in iuris ſciētiā libris gloſſemata reddātur: ſumqꝫ ea in explicādis legū, decretorūqꝫ ſenſis breuitate vſurus, vt me Iuſtiniani Imperatoris æquiſſimā de interptādo iure ciuili ſententiā plane expleſſe dextimi quiqꝫ iudices pronunciaturi ſint, verboſitatē nimirū & captioſam reiecturus ſubtilitatē, curioſa ſpreturus, quoad licebit, enigmata. eo vti ſtudebo expoſitionis cōpendiolo: qđ ipſam ſit artē, quæ hactenus plæriſqꝫ viſa eſt oibus incondita: difficillima, nulliuſqꝫ facile ingenii capax, & pœne obſtruſa, ſubqꝫ inuolucro velata, & hinc oppido paucis cognita, omnino poſthac redditurū apertā, grauē, nō difficilē, magnificā, nō diffuſam, ſumatim magis magnā atqꝫ vberē, q̃ vel pdifficilem vel obſcuram. Sed ne quiſpiam plus me a fronte polliceri putet, q̃ mea poſſit in receſſu pſtare facultas: colophonē iā tādē addā, ſumqꝫ mox ſubinde (Deo opt. ſtudiū noſtrū adiuuante) eoꝝ, quæ arrogantius pene recepi, periculū facturus, modo tamē illud antea vnū maxime admonuerim, opus fore magnopere qui velit ad penitiſſima totius iuris ciuilis arcana, & ad intima legū penetralia & ad magnificētiſſimū iuſtitiæ tēplū cōmode feliciterqꝫ peruenire: eū initio omni animi vehementia ad vnguē hos quattuor inſtitutionū legalis prudētiæ libros audire, legere, perdiſcere, in eoſqꝫ quaſi ſanctaꝝ legū totiuſqꝫ iuris ſciētiæ veſtibula ingredi, quibus vel inertia vel inſcitia vel quoquo modo obmiſſis, non eſt quod aliquis ſublimiora in aliis ſapiētiæ legalis voluminibus iura itellecturū ſe ſperet, cū in domū: neglecto hoſtio: nullus vnqꝫ fauſto omine perrexerit. Facceſſant igiť excutientes iſti Tyreſiæ: qui eos egregios libros tanq̃ exiguos, exigua forte ipſorū inſcriptione ducti faſtidire: ac immature poſt habere audēt. Imo ſciant ſtolidi iſti & ꝑpingui admodum Minerua tyrones ea haud quaq̃ fore parua, ſed vel maxima, ſine quibus grādia eſſe nequeunt, præterea eum Sardonia digniſſimū riſiōe: qui in minoribus nauigiis rudē ſe cōfitetur quinqueremes autē, vel etiā maiores gubernare didiciſſe, q̃uis neſciā iure ne hæc ipſa metaphora huc trāſferri poſſit, cū nō minus in his inſtitutionū libris quā in reliqs pœne vniuerſis reperiať legū eruditionis: & nihil ferme iter vtroſqꝫ inueniatur diſcriminis quā quod hi legalē ſciētiā confuſim, illi vero ſtrictim & anguſtiore (vt legū ſolent argumēta) quodāmodo alueo, elemētariaqꝫ docendi rōne cōplectātur: facilioriqꝫ via exhibent: Id qđ paulo poſt aperiemus: vbi prius, quæ pmittenda ſunt, præmiſerimus. Diximus.

Quid

QVID IVRIS SCIENTIA, IVRIS ITEM CONSVLTVS, ET LEX.

QVanq̃ minime me fugiat pleroſq; fere omnes, qui authorẽ quẽpiam exponẽdũ ſibi inſumpſerũt: a principio authoris uitã, operis titulũ, materiæ pertractandæ qualitatẽ, authoris intentionẽ, librorũq; fuiſſe numerũ explanare ſolitos, attamẽ ea ego ipſa ex compoſito: dataq; opera alio differenda cenſeo. Ve℞ hac parte operis prima: primũ iuris ſciẽtiæ definitionem: quoad eam accipere datũ eſt, breuiter collocabo. Id qđ omni me iure facere haud difficile mihi pſuaſerim. Quãdoquidẽ, natura uideri comparatũ poſſit, vt quæ a ratiõe ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, a definitione frontiſpicium ſumat, quo intelligi queat: quid ſit: quo de diſputatio cepta eſt, & hoc uel ea etiamnũ ratione, ne (quod Cicero dixit) uagari, & errare cogatur oratio, ſi ii, qui inter ſe diſſenſerint, nõ idem eſſe illud, de quo agitur, intelligent. Eſt ergo (ut uidere uideor, nam nõ memini, qui huic ante me definitionẽ q̃piã accõmodaſſet) IVRISSCIENTIA, aut, ſi mauis, iuris prudẽtia (pro eodẽ eni accipi hoc maxime loco minime diſſentaneũ iudicarim) rerum & diuinarum & humanarum notitia: iuſti atq; iniuſti ſciẽtia. Quam ſane definitionẽ arbitror: a nemine ſapiente impugnatum iri. Cum ius ſit boni ars atq; æqui. Continetur autẽ hac ipſa definitione non tam diuini quam humani: aut cuiuſuis etiã alterius iuris ſcientia. Hanc qui callet dici poteſt Iuriſconſultus: quẽ Tullius definiuit legum, & conſuetudinis eius, qua priuati in ciuitate uterentur, & ad reſpondendum, & ad agendum, & ad cauendũ peritum. Hinc & huic pariter nomen legum perito: Iuris perito: prudenti: ſapienti: quibus ſingulis ferme uirtus eſt & poteſtas ſignificati una. Hunc non iniuria appellandũ cenſuit philoſophũ Vlpianus, nempe qui ueram profiteretur philoſophiã, & omniũ multo maximam, ſine qua ciuitates aut eſſe: aut bene moratæ eſſe nõ poſſunt. Cũ enim philoſophiã in tres diſtribuerint partes: quarũ prima naturæ obſcuritatem, altera diſſerendi ſubtilitatẽ, tertia bonã beatãq; uitã: atq; mores perdocet bonos, quis nõ eã ultimam cõplecti a iuriſſciẽtia credat? quãdo hæc ipſa iuſtitiã: quæ ab Ariſt. uirtutũ regina dicitur, colat, æquũ ab iniquo ſeparet, licitũ ab illicito ſeparet, bonoſq; nõ tam pœnarũ metu quam præmiorum exhortatione efficit. Quod nimirũ lex, qua hæc conſtat: & pollicetur ſimul q̃ præſtat. Lex nanq; (uel quãlibet tandẽ mauis: diuinam, aut humanam) eſt, ut Cicero, quem ſequitur Lactantius, definiuit, recta ratio, naturæ congruens, diffuſa in omnes, cõſtans, ſempiterna, quæ uocat ad officiũ iubendo, aut uetando a fraude deterret, ac in ſumma: ut idem Cicero inquit uitia emendat, uirtuteſq; commendat. Hæc tamẽ legis definitio, quamuis omni poſſet legi accõmodari, quia cuilibet congruat: diuinæ tamen legi: quæ immutabilis omni eſt tempore: magis conſonat, quã quidem ſapientiſſime nec hominũ ingeniis excogitatam, nec ſcitum aliquod eſſe populorum, ſed uniuerſum quiddam, quod uniuerſum regeret mũdũ imperandi ꝓhibendiq; ſa-

Marginalia: Cic.li.offi.I. — Ci.li.i.d'or. — Iuris ſciẽtia — Iuriſcõſult. — l.i.ff.de iuſt. & iure. l.i.§.pinde de variis & ord.cog. — Philoſophiæ ptes — Iuſtitia regina virtutum — lex quid — Ci.li.de rep. Lactã.li.6 ca.8. — Ci.li.i.d leg. — Lex diuina

piẽtia: quã deniq; rectã eſſe ſũmi Iouis ratiõe, hoc eſt, principem legem illã & vltimã mentẽ dei omnia ratione aut cogentẽ, aut vetantẽ eſſe dixerunt. Ex hac illam, quam dii humano generi dederunt, recte emanaſſe: nemini dubiũ eſt. Eſt enim ratio, mensq; ſapientis ad iubendũ, & ad deterrendũ idonea: quæ ad recta facta vocat, a peccatis auocat. Eiuſmodi ſane vir vere Iuris v[ir] peritus vel prudẽs appellat[ur], huic olim a Cæſare ius rñdẽdi, iuriſq; publice iterptandi copia dabat: cuius ſentẽtiæ & opiniões: ea erãt authoritate tãtæq; fidei, vt ab illis, iudici recedere haud quaq; liceret. Talẽ, pfecto virũ tam ſaluti antiquitas reipu. tamq; ad ſalutẽ ciuium, ciuitatũq; incolumitatem, vitamq; homini & quietam & beatã eſſe & quidem veriſſime cenſuit, vt eius fuerit domus ciuitatis, in qua ille eſſet: vel totius etiam mundi, cuius vir ſapiens: qui nullis circũſcribitur terminis, ciuis extat, oraculũ publice appellata, nempe: a qua regẽdæ reip. ratio ac ſcientia & nõ aliunde ſumeret[ur]. Id. qd' pythius ille Apollo apud Ennium egregie cõmonſtrans, inqt ſe eſſe eum, vnde ſibi, ſi nõ populi & reges at omnes ſui ciues conſilium expeterẽt. Ennius hoc verborũ contextu ſententiam graphice ſubiecit.

Inſt. de iur. nat. genti, & ciui. §. Reſponſa. l. 2. §. poſt originẽ & §. Iuriſci uilis. ff. de orig. iur.

Iuriſconſultor dignitas

Philelphus li. 6. ad Amerinum.

Apollo.

Ennius

Lactã. lib. 3. ca. 16.

Suarum rerum incerti, quos ego mea ope ex
Incertis certos, compoteſq; conſili
Dimitto: vt ne res temere tractant turbidas

Hæc ille ſapiẽter, vt omnia. Quæ Lactan. aĩo conſiderãs: Tullii oratoris clariſſimi ſniam nõ potuit nõ vel maiorẽ i modũ extollere & ad vnguẽ verã cõprobare: qua PARENS ille eloquẽtiæ rectiſſime philoſophiæ doctoribus ptulit ciuiles viros, puta Iuris peritos, q rẽp. gubernarẽt, q vrbes aut nouas cõſtituerent: aut cõſtitutas æqtate tuerent: qui ſalutẽ: libertatẽq; ciuiũ, vel bonis legibus vel ſalubribus cõſiliis vel iudiciis grauius conſeruarẽt. Quæ ſubinde VLPIANVS rite, & qdẽ ita ẽ exoſculatus, vt Iuriſcõſultũ verũ dici phum: & nõ fictũ voluerit: qppe, q nõ (vt alii) phiam ſimulatã affectaret. MINIME igit[ur] Iuſtinianus aberrauit, q eundẽ Iuris videlicet prudẽtem, optimũ iuſtitiæ & reip. miniſtrũ, & pene Gubernatorẽ fore & eſſe voluerit, & ſuã: hoc ẽ totius mũdi, cui? dominiũ eſſe voluit ipſa venerãda legũ maieſtas, rẽpublicam eidẽ ſoli credẽdam adminiſtrandãq; ſerio cõſtituerit. Sed hæc de Iuris ſciẽtiæ, legis, Iuriſcõſulti dignitate, paucula ex multis hũc i locũ eſſe relata ſat puto. Mõ de legũ inuentoribus: earũq; inuẽtione paucula ſubiiciemus.

Li. ff. de Iuſt. & iure.

In prolog.

In prolo. inſti.

DE LEGVM INVENTORIBVS.

LEgis: quã pauloante rectã eſſe rõnẽ naturæ cõgruentẽ diximus, ĩuẽtorẽ dici deũ optimũ: max. & Imperatorẽ oĩum latorẽq; eẽ: haud quaq̃am ambigẽdũ erit, qui cũ hoc illa cõueniat tota. Illa eni: vti ille, cõſtãs eſt: & ſempiterna, ĩmutabilis & vna, cui nec ppagari phas eſt, nec ex ea qcq; derogari: neq; abrogari, nec ea vel p ſenatũ vel per ppſm ſolui, cuius nõ opus eſt, aut expoſitore, aut ĩterpte alio: quã deo: q nõ alia Romæ, alia Athenis, ſed vbiq; omnibus vna ẽ ac erit. VERVM de legũ: quaq; ĩuentio hoibus adſcribi ſolet:

lex diuina

inuentoribus,nõ cõuenit ĩter authores. Atheniẽſes enĩ eas primũ iuenĩſſe glo riãt Cecropa. Archiui Phoroneũ,Cretẽſes Minoa atq; Rhadamãtũ. Lacæ/ demonii Lycurgũ. Aegyptii Mercuriũ Nyli filiũ. Perſæ Zoroaſtrẽ. Plærique Cererẽ,alii Dracone,alii Solonẽ reperiſſe tuliſſeq; primos Atheniẽſibus peri/ buere. In quo℞ ſane nullius ſñiam iturus ſum:nẽpe:q earũ cõſtanter primũ in ueritorẽ latorẽq; fuiſſe MOSEN adſerueri,q authoribus Ioſepho & Euſebio a mũdi creatiõe ter mille,ſexcẽtis quinquaginta ãnis exactis florẽs ante ſupra/ dictos oẽs fuit,& ante eũ,Ioſepho ꝓdente,oẽs nimirũ gẽtes ꝑter hæbreas: de finitis ſentẽtiis:& regũ ꝑceptionibus,regebanť,imo lõgo ẽt tpe moribus tã/ tũ vtẽtes,& nõ ſcripto,ſed caſuũ euentu ſolo mãſere. Qđ vero ad Romanas attinet leges qbus ipſi & vtimur & gubernamur,qbus de nr̃a cepta eſt ꝓfeſſio: rẽ ex Põponio &.T.Liuio ita habere. CVM iã Atheniẽſes a Solõe leges rece piſſent:hiſq; parerẽt. Romani:q tũc pœne totius mũdi rerũ potiri incipiebãt Athenas decẽ legatos rogatũ leges Solonis miſere,q accipiẽtes eas decẽ Ebur nẽis tabulis cõſcriptas,& reuerſi Romæ ꝓ roſtris collocarũt,vt cũctis eſſet,ꝓ/ uoto inſpiciẽdi copia,addiderũt,multitudĩe ppľi cogẽte,duas vt ſubĩde nu mero eſſent duodecim. quarum par erat vſus inuiolabiliſq; ptãs apud oẽs. VN DE duodecim tabula℞ paſſim in iure nr̃o nomẽclatura,& nullis nõ ſcriptorũ monimẽtis maxime inuulgata. Ex qbus paulopoſt procedente tpe emanauit Ius ciuile,legis item actiones,Iuſq; Aelianũ prolata ſunt,& ĩde Senatuſcõſul ta,ꝑtorũ Aedicta,principũ reſcripta,priuilegia,& multa alia legis æqtatiſq; ſcripta,qbus Ius ipſum humanũ de quo paulopoſt,cõſtat,& pinde atq; vnũ corpus coadunatũ ẽ. Quid hac de re latius ſcriptitarũt Cãpanus, Philelphus C.Lancilotus,Zaſius aliiq; neoterici nos minime ꝑterit. Quibus forte a nobis ſuo occurretur tempore.

Inuẽtores legum.

Moſes

l.2.ff.de ori. Juris

Romanæ leg's

Diſ.i.ca. fuerunt.

Duodecim tabulæ

DE IVRISSCIENTIAE MATERIA ATQVE VLTIMO FINI.

SOLET a pleriſq; oĩbus:qui de quapiã ſciẽtia ſunt diſputaturi,poſt defi/ nitionẽ q̃ri,q̃ ſit eius ſciẽtiæ ipſius materia:qs pĩter finis. MATERIAM ſiquidẽ accipiẽtes eã,in qua ars ipſa tota & ea facultas:q̃ conficiť ex arte verſať:quã alii ſubiectũ nominitãt. Quo mõ Grãmatices materiã dĩit orõnẽ cõgruã:Logices ve℞ & falſum. Finẽ aũt accipiũt qđ eſt qd ſũmũ & vltimũ,a Græcis τέλοσ dictũ:& eſt ad qđ ars tẽdit oĩs. Quæſtionẽ igiť his de rebus i hac parte ſoluturi,dicimus Iuriſſcientiæ materiã eſſe. IVSTITIAM,quæ eſt,defi/ nitore Vlpiano cõſtans & perpetua volũtas,ius ſuũ vnicuiq; tribuẽs,Tota ni/ mirũ Iuriſperitia circa iuſtitiã verſať,nẽpe:in id vnũ ſtudẽs,vt qđ ſuũ eſt,vni/ cuiq; tribuať. Sũt tñ quĩ Iuriſſciẽtiæ materiã eſſe voluerũt bonũ & æquũ, alii iuſti vel iniuſti actionẽ,ſed videriñt ipſi. Finẽ aũt:ſi tamẽ Fabio Quintiliano lib.2.oratoriarũ inſtitu.ſtandum putamus,facile Iuriſſcientiæ dixerimus eſſe, res diuinas,humanaſq; noſcere,& iuſtum atq; iniuſtũ ſcire. Nam Fabius finẽ artis,ex eius artis definitione ſumẽdũ,non obſcure cõmõſtrat. Cũ inquit,ſi eſt ipſa.ſ.rethorice bñ dicẽdi ſcientia. Finis eius & ſũmũ,eſt bñ dicere. IVRIS aũt

Materia

Subiectũ

Finis

Iuſtitia

l, Iuſtitia. ff. de Iuſt.& iu.

Quin.li.2.

Iuriſſciẽtia.

ſciētiæ definitionē dederūt: ut ſit rerū diuinarū: humanarūq; noticia, iuſti atq; iniuſti ſcientia. Iuris autē ciuilis ſciētiæ, de quo prima nr̄a erit diſſertatio: finē

Ci.li.1.d or.

eſſe autumat Cicero legitimæ, atq; uſitatæ in rebus, cauſiſq; ciuium æqualitatis conſeruationem. Nolim hoc me loco ab aliquibus male audiri, quod in iuris diſſertationibus, aut Fabium aut Ciceronem allegare conſueuerim: perinde ſcilicet ac neutrum eius ſcientiæ prudentem ſatis. Quibus ſane reſponderim Tantum abeſſe, ut alteruter Iuris prudentia uacet, vt uel ſingulos pene uel

Ci.& Quīt. Iuriſcōſulti

Scæuole doctiſſimo, uel Seruio Sulpitio prudētiſſimo in ea ipſa doctrina pares dixerim: Id quod utriuſq; profeſſio ſat ſuperq; innuit, quoniam uterq; orator fuerit: cui, ut liquet, neceſſaria eſt iuris ciuilis ſcientia. An ipſum ambo reddiderint, undecunq; ex amborum docuſſimis eſt uidere libris, quarum nulla ſane pars iuris ſcientia uacat. DE TVLLIO in primis ait Quintilianus ipſum

Quin. li.12.

inter agendum nunq̃ fuiſſe iuris ſcientia deſtitutum: ſed etiam aliqua de ea cōponere cœpiſſe. Vñ uera illius gloriatio Se triduo fore Iuriſcōſultum. Quod Laurentius Valla Criticus ille licentioſus & Thraſo iactabundus perperā intelligens: ſe Gloſſas in digeſta triēnio cōſcripturū: longe etiā meliores Accurſianis, Suffenus ipſe gloriatus, & iactabunde polli citus eſt, nimirū multū a fronte promittens, ſed parū in receſſu tribuens. Sed bone Valla cur ſutor toties ultra crepidā? Quid impudēs ſæpicule falcem in alterius meſſem ponere audes? cur recipis, quod præſtare tuū nō ſit? Immemor utiq; Horatiani illius. Nauē

Lau.Val.in prolo.li.3.

Hor.in epi.

agere ignarus nauis timet. Abrotanum ægro non audet niſi qui didicit, dare. Quod medicorū eſt: promittunt medici. Tractant fabrilia fabri. Vtinam ipſe Grāmaticæ ſtudioſis in tuis p̄ceptionibus uel tibi modo ſoli ſatiſfeciſſes, & reliquiſſes legum interpretibus; quod ſuum eſt. Non eſt Mediuſfidius: quod ubiq; locorū immodeſtius in ACCVRSIVM inueheris, qui, crede mihi, ingenii præſtantia: & cōſilii potentia, rerūq; oīum prudentia, Iuriſq; ſciētiæ acrimonia, te longo poſt ſe reliquit interuallo. Verū: & alias minime tecum habitaſti, vbi rudis ipſe in paleſtra Tyro: auſus fuiſti te eruditiſſimo Athletæ impudenter conferre. Quid tu, qui ſcientiā iuris (vt videre videor) vix a limine ſalutaſti, Ciceroni Iuris peritiſſimo te comparas? Ignoraſtin: patrem omnis illum eloquentiæ a patre ſuo, ita olim ad Scæuolam Iuris peritorum eloquentiſſimum fuiſſe deductum ſumpta virili toga, vt, quoad poſſet & liceret, a ſenis latere nunq̃ diſcederet, a quo, credi par eſt, eum non Iuris ſciētia modo, ſed vel eloquentia factum multo præclariſſimum. Sed de hiſ hactenus: de quibus alibi forte diffuſius, & lege (vt dicitur) agendum erit.

Accurſius Defenditur

Val.in prol. li.3.

DE IVRIS DIVISIONE.

QVamq̃ hic locus Iuris diuiſionē a primis membris vſq; ad ſuprema expoſtulet, Attamen, quū non verboſos cōmentarios: ſed paratitla tantū pollicitus fuerim, cōtentus diductione, quæ facta eſt a legis latore Iuſtiniano: & legum ſapientibus; eam modo ſubiiciam diuiſionē quæ propoſito inſeruiet. SANE de iure ſcripto totus noſter ceptus eſt tra-

foret chatedralis & parochialis? Vtri legatum debeatur? Parochiali eccleſiæ non dubie reſpondent Cynus & Saylcetus.l.1.C.de ſacro,ſanct.eccle.Bartolus item & Paulus Caſtrēſis per.l. q̄ conditio. Abbas in.c.iudicāte de teſtamētis per.l.nulli.C.de epi.& cle.inibi enim in.§.ſin autem perſona. Legatū poſſe exigi ab eo epiſcopo qui eius eſt ciuitatis ex qua oriūdus fuerit qui teſtatus eſt. Ita pariter.l.quæ conditio videtur ſentire,cum inquit illud intelligēdum forum,in quo is qui teſtamentum fecerit,domicilium habuerit. Horum mihi q̃ Fabri ſententia probabilior videtur,at nō legibus,quibus ſe obfirmāt, quā q̃ non vnde quaq; infirmæ ſint,ſed.c.quæ ſentit onus ſentire debere & cōmodum de re iu.in.6.Inſti.de vend.& empt.§.cū autē cōmodum nanq; meritos eius eſſe debet,cuius periculum eſt.12.q.2.eccleſiaſticis.l.ſecundū naturam.ff.de reg iu.c.1.de ſepulturis in Aut.decet nimirū,eos eſſe conſolationum, quæ ſunt beneuolæ accuſationes.c.1.qui.mo.feu.amit,in le.feu.ſocios,qui & paſſionū. Sed parochiales eccleſiæ parochianis ipſis ſacramēta adminiſtrant,proq; ipſis diu noctuq; orationes deo offerunt:ergo iure,quod in eum eſt modū, & ſubinde in dubio legatum,parochiæ debetur,deq; ea teſtator ſenſiſſe videri queat. Niſi ipſe in vtraq; eccleſia & officia diuina,quæ appellant,audire,& ſacramenta recipere conſueſſet:tum enim Abbas.c.nos inſtituta,&.c.de iis de teſtamētis inter vtrāq; legatum cenſent diuiduum. Ex iis exiſtimo Fabri & Are. opinationes infirmari:ita tamē meo iuditio,defenſum poſſe, vbi eccleſia chatedralis iure pariter parochiæ fungeret. Cuiuſmodi eſt Curiæ i oppido apud Rhætos,& alias. Sin vero legatū eſſet in eo loco, vbi plures ſacræ forēt ædes: nulla tamē chatedralis nec parochialis,pauperiori cedere legatū,in dubiū venire nequit per.l.ſi quis ad declinandam.§.ſin autē ampliores.c.de epiſcopis & cleri. Id quod de Cænobiis itentidem iudicauit ſpectatiſſimus vir Antonius FRAN.de doc.præceptor meus magnopere venerādus. Hippolytus tamē:veſtalium monaſterio intelligendū autumat in ſing.248.circa medium.

Curia oppidum

A.Franciſc⁹ d doctorib⁹

CIVS AVTEM GENTIVM.

PRIMO COL. Bella & captiuitates de iure gentiū eſſe inuenta,iuriq; naturali aduerſa hocq; pacto ius gētiū iuri naturæ derogare.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure. Iuxta quæ duobus danda eſt opera. Primū an bella gerere cōueniat,quæq; iuſta & licita. Deinceps q bella mouere poſſint. De primo qd dicturus ſum,quod ad me attinet,neſcio:quū bellorū rabiem rem vna omniū maxime ab ineunte pœne ætatula non modo exoſus,ſed perinde atq; rem execratione dignā incuſaui,deteſtatuſq; fuerim:nempe, quod ſemp plus mali q̃ boni bella,& id cū plurimorū,maxime,ſimplicis plebeculæ exitio,doloreq; attuliſſe,indeq; ſequutū ſexcentis ferme experimentis didicerim. Quorū vtiq; vel partē ſaltem hac in parte recenſerem,niſi occupatiori alio diuertendū eſſet. Verū illud rei nemo ad votum meū,exq; mea ſententia vno eſt Eraſmo noſtro Roterodamo grauius,elegantiuſq; exequutus,ad quē lubens quoſq; remiſerim, vbi eius inuenient rei cornucopiā,& ſyluam amenißimis arboribus circundatā, in qua non glandes, ſed poma dulciſſima colliges. Cæ

Diſ.i ca.ius gentium

Bella an bona vel mala

terū, quia nūc lege agendū ſit, lege qđ tenendū ſit videamus. BELLVM ſcri
bunt Grāmatices authores hoſtilē eē diſſenſionē, q̄ arma mouent̄, eoq; ſignifi Bellum
cari totū, quo ſunt in militia milites tp̄s, ꝓliū vero dici ipſum certamē pugnā
aūt aliquoties nudis verbis altercatiōes. Maronis carmine ꝓlii a bello differen Prælium
tiā facile docemur. Cū cecinit īfantē fugiēs media īter ꝓlia belli. Et T. quoq; Li
uius pop. ait Ro. nullo ſane bello: multis vero ꝓliis victū. Hanc tn̄ diſcretionē
cōfundi Saluſtii authoritate admonemur, qn̄ in bello trecētos milites deſide
ratos ſcribit. Ita pleriq; doctiſſimi Quīti. Seruius, Priſcianus dictū tradidere, Valla. li. 4.
ab eo, qđ eſt bonū. Per Antiphraſim vtiq;, qđ ipſum minime ſit bonū. Hinc ca. 245.
multi moti bellū fugiēdū putarūt, ſuæq; adiunxerūt ſniæ: qđ ipm legibus ci
uilibus & diuinis ꝓhibitū legat̄. Dixiſſe eni iuriſcōſultū cū enim inter nos co l. vt vim ff.
gnationē quādā natura cōſtituerit: cōſequens eſſe, hoīem hoī inſidiari nephas diuil. & iu.
eſſe. Præterea Iulianū dixiſſe. prætorē haud pati debere eos ad arma & rixā ꝓ
cedere, quos ſua poſſet iuriſditione cōpeſcere. Inſup chriſtū deū opt. Petrū iuſ Matth. 26.
ſiſſe ut in vaginā gladiū cōuerteret, & alibi mihi vindictam, & ego retribuam. Deut. 32.
Quid? quod is idem pacē ſuā dederit, inq; extremis, vtiq; tuendā ſeruandā reli Ad Ro. 12.
querit? Et alias multis ſane in locis illud deteſtatū. E cōtrario ſunt, q bellū nō a Ad he. 10.
contrario dictū velint ſed a bono, qđ boni olim gratia bella ſuſciperent̄. Hinc Ioā. 14.
quondā Iudeis deū fuiſſe authorē aduerſum hoſtes. Hoc medius Fidius pate Prouerb. 25.
re dauidis, Machabeorū Heroū, Centurionis, & aliorū pariter exemplo: qđ ii 1. cho 6.
vel ſanctiſſimi cōtra hoſtes dimicarint. Hoc itaq; mō a pleriſq; in diuerſum itū 11. q. 3. ca. in
eſt. Qua ī cōtrauerſia qđ ſentiā, paucis explicarim. Bellare, inquā phas eē, quū ter verba. 23
vel neceſſitas cogit, aut pax ipſa q̄rat̄. Iuſtū ſane illud dixeris bellū atq; licitū, q. 1.
qđ pacis gratia ſuſcipit̄: q̄ nō quærit̄, vt bellū exerceat̄, ſed gerit̄ bellū vt pax 11. q. 3. c. ter
habeat̄. c. noli exiſtimare. 23. q. 3. Nō eni bellū ad inferēdā, ſed ꝓpulſandā iniu ra ſæpe
riā, pacēq; parandā iura admonēt. Ea ꝓpter eloquētiæ pr̄, nobis adſtipulatus, Cic. li 1. off.
bella quidē ob eā cauſam ſuſcipiēda cenſuit, vt ſine iniuria in pace viuat̄. Nō
aūt bellū ſuſcipi debet nocēdi cupiditate, vlciſcēdi crudelitate, rebellandi feri
tate, dominādi libidine, & horū ſimilibus, q̄ legitimo īperio, vel deo authore
vindicāda lex iubet. c. qđ culpat̄. c. militare. c. apud. 23. q. 1. bellū iuſtū eſt, qđ
ex edicto gerit̄ de rebus repetēdis, aut ꝓpulſandorū hoīum cā. c. iuſtū. 23. q. 2.
iniuſtū fit, rōne pſonæ, puta ſi ſit eccliaſti. Rei, ſi nō fit ob rerū repetitionē vel
pr̄iæ defenſionē. Cauſe, ut ſi nō neceſſitate: ſed volūtate ſuſcipit̄. Animi, cum
vlciſcēdi ardore geritur, ſi nō indictū fuerit principis authoritate. De iis vide
gl not. i ſūma. 23. q. 2 & i ea cā. q. 1. i verb o ꝓpulſandā. Hoſti. c. 1. de homi. li. 6.
PRAEdictoꝝ clariore itellectu nō ē ignorādū bellū dici aliqđ ꝓ priū: aliqđ ī
propriū. ILLVD eē, qđ iuris ſeu pricipis ſupiorē haud regnoſcētis authorita
te idicit̄, vt ē iperator & ſūmus pōtifex ſm Hoſt. c. 1. 23. q. 2. l. hoſtes. ff. de capti 12. q. 2. c. vul
uis. l. hoſtes. ff. de ver. ſig. q ꝓ ab aliis publicare fert̄: i quo locus eſt titulo de ca terat æ. glo.
ptiuis. ff. quo i bello imobilia pricipis ſūt idicētis. l. ſi captiuus. §. fi. ff. de cap. in. c. ius, mili
Mobilia capientiū. l. ſi qs i bello. ff. de cap. Diſtributio tn̄ eoꝝ ꝑ militiæ ducē tare. di. 1.
iuxta vniuſcuiuſq; merita & virtutē fieri debet. l. pe. §. ſi di. n. ē. C de don. Bar.

l.ſi qd bello.ff.de cap.Q.d' & ALEXANDRVM illũ Macedoniæ regẽ obſer uaſſe hæc in verba.Q.Curtius Hiſtoricorũ luculẽtiſſimus li.5.cõmemorat do na deinde amicis cæteriſq; pro cuiuſq; merito dedit:propemodũ oĩa,quæ in ea vrbe cœperat,diſtributa.Bellum quoq; indicere poſſunt dicente Innocẽ.c. olim.1.de reſti.ſpo.& Bar.l.hoſtes,qui ex facto ſuperiorẽ nõ recognoſcunt: veluti Veneti,Florentini,Hiſpaniæ,Galliæq; reges.BELLVM IMPRO PIVM eſt qd' nõ eo modo p principẽ indictũ eſt:de quo plenius p Abba. c.ſicut de Iureiu.põt aũt a priuato ad ſui vtilitatẽ ſui defendendi,ſuæq; rei gra tia authoritate ſupioris cũ moderamine bellũ geri per.l.1.& doc.ibi.C.vnde ui,Verũ inibi iura de captiuis tituli locũ non habebunt. Quid aũt de hac re uel tota ſenſerit doctiſſimus meus Alciatus nunc, ne iuſto longior ſim, non referam,relaturus ſuo loco:ubi forte ex re magis ſit futurum.

l.vt vim.ff. de ius & iu.

SECVNDO col.hic ex glo.cuiq; uim ui,& ſic arma armis repellere lice re.l.1.§.uim ui.l.Idẽ eſt.§.eum igit.ff.de ui & ui ar.Id qd corporis tñ cauſa, non etiã rerũ fieri poſſe uidetur velle.l.ut uim.ff.de ius.& iu.ubi ait iure quẽq; feciſſe extimari:quod qſq; ob tutelam corporis ſui fecerit.ATTAMEN per glo.inibi idẽ de rebus eſt:per.l.1.C.unde ui.& p.l.Idẽ eſt.§.eũ igit ut ſupra. CVM moderamine tñ iculpatæ tutelæ.Hoc eſt,ut placet Bar.i.l.furẽ.ff.de ſicca,quũ aliter ſe defendere nequit p.l.ſcientiã.§.q cũ aliter.ff.ad leg.Aql.l. ſed & partus.§.1.ff.qd' metus cau.Itẽ nõ ad vlciſcẽdũ.l.ſciẽtiã.§.q eũ ut ſupra. Vt præceſſerit offenſa.l.ſi ex plagis.§.tabernarius.ff.ad.l.A qui.ut fiat in conti nenti.l.idẽ eſt §.eũ igitur ut ſupra ante rixã cõſumatã.l.2.&.3.C.de ſicca. ut ſit armorũ paritas.l.2.&.3.C.de ſicca. Vt ſit pſonarũ nõ omnino diſparitas .l.non eſt uериſimile.ff.quod me.cauſa. Hæc ſunt: qbus in dubio ſui defenſio uideri poteſt:cũ moderamine iuſta. Aduerſus ea tamen læſus probare poteſt, meo iuditio per.l.1.C.de ſiccariis.Quod & ſentire uideo gl.in.l.ſi ex plagis .§.tabernarius.ff.ad lege A qui.Vtcũq; Ioanni aliter uiſum eſt:de quibus om nibus uide gloſ.not.in.l.1.c.unde ui.in uerbo moderatione.

OCCVRRITVR hic a quibuſdã uim ui repellere nõ eſſe de iure gentiũ: ſed naturali p.l.1.§.uim ui.ff.de ui & ui,ubi dicitur iuſq; id natura cõparatum itemq; per.l.ut uim.ff.de iuſt.& ubi in exemplis de iure naturali refertur uim natura propulſare licere.Et Hercle unicuiq; natura eſt creato,ſe, ſuamq; tueri ſalutẽ.Huic ego reſponderim:utiq; ipſam defendendi uoluntatẽ:propulſatio nẽq; de iure eſſe naturæ,uerum cum moderamine,& ratione de iure gentium.

Eodem titu. &.§.

Id quod iamdudum Iaſoni doctiſſimo placuiſſe memini.

QVAESITVM fuit,qd ſi effugere nequiero:quin me lædas,ante interfi cere ĩpune mihi liceat?Licere Aretinus rñdet,poſt Bart.in.l.furẽ.ff.de ſicca. ubi ꝓ rebus ĩterficere licet furẽ.Ergo credibilius ꝓ pſona,qñ quæuis in pſonã iniuria:ea,q̃ in rem eſt,grauior exiſtimet.l.in ſeruorũ.§.i pſonis.ff.de pœnis. Cæterũ,utcũq; durum ſit aduerſus ſtimulũ calcitrare:hoc eſt:maioribus: po tentioribuſq; nobis repugnare,ego tñ nõ unde quaq; uero cõſonam putarim Bar.& Ang.aliorũq; horũ cõplitiũ opinionẽ.Nec ꝓbare eã per.l.furẽ:ubi fu

rē nocturnū īterficere licet, quē & alioqui ſine diſcrimine pœne occidere quis pōt. Rectius ergo dixeris: tū ſolūmodo quépiā interficere licere, qñ alioq, niſi tū vitæ, ſalutiſq, nō rei periculo: effugere nequiret. Id qđ rite admonet cōtex. l. furē. Cū ait tū licere furē ferire, qñ parcere ei ſine periculo ſuo nequit. Vbi ſa ne pīculo ad vitæ diſcrimē referēdū duxerim per. l. 2. 3. 4. C. de ſicca. & l. ſed etſi in prin. ff. ad le. A qui. vbi ī diſcrimine vitæ poſito tñ īpune licet occidere. Quod in dubio creditur, qñ aduerſarius gladiū ſtrinxerit, & in eo pcuſſerit p. l. 1 §. Diuus Adrianus. ff. ad leg. Corne. de ſicca. ita pariter intelligo ca. olim. 1. de teſt. ſpo. Vbi modū excedens tenetur. Facit & cōfirmat. c. ſi furioſus in cle. de Homi. vbi dicit eū incurrere irregularitatē (vt verbo vtar nr̄is peculiari) minime q inuaſorē vel mutilat vel trucidat vide glo. l. vt vim. ff. de iuſt. & iure. q̄ horū nihil de iure poli eſſe licitū ſentit, & me iudice bñ Imo. l. quid ergo ī prī ci. ff. de leg. 1. vide Lud. Roma. ſing. 28. incipiente. Accuſatus de homicidio, vbi accuſato de homicidio, cuius neceſſitate obnoxius factus eſt, cautionē nō vulgarem impartit. Quandoquidē non etiam defenſuro occidere liceat, niſi (vt omnes cōcordant doct.) cum inculpatæ tutelæ moderamento: magnope re fuerit bene reo conſultum, ſi adiecerit ad ſui illud neceſſariam feciſſe defen ſionem. Eam tamen rem ſenioribus me, qui ex factis ipſis & experimentis, qd inibi iuris ſeruetur, reliquerim. Ego equidem (quicquid iure caueatur) maximi duxerim peccati, quoquo mō hominem interficere, quē niſi deus ſolus, in vi tam reſtituere poſſit nullus. Laudarim aūt, deūq; impendio gratū habere autu marim, a malis, iuſtitia iudicante, & poteſtate, ſupplitiū ſumi. Nam: vt ait Vl pianus: ſacrilegos, latrones, plagiarios, fures cōquirere oportet, & prout quiſ q; deliquerit, in eum animaduertere, alioqui nulla nec ꝓuintia nec ciuitas lo cus neq; vllus in pace & quiete eſſe poſſit. Quod, dii velint noſtrates ſemel cor di perciperēt, eſſentq; in illis in terra arida piſcātibus expiſcādis ſolicitores.

Vide Innocētiū Hoſti. Ioan. And. petrū Anc. Abbatē. c. 1. de immuni. eccleſi. Nota

l. cōgruit. ff. de off. pſidis

¶ CONSTAT AVTEM.

COLLIGE. 1. Ius ciuile aliud eſſe ſcriptū, aliud nō ſcriptū. Scriptū cō ſtare legibus, plebiſcitis, ſenatuſconſultis, principū decretis, prudentū q; authoritate. l. ius aūt. ff. de Iuſt. & iure, quæ plane ſingula ex ordine ſubinde hoc in titulo. & l. 2. ff. de origine iuris exponunt. Et c. ſingula diſ. 1. SECVNDO COL. ex verbo interrogante, ſtatuti faciēdi rationē, quæ eſt vt, quod ſit ſtatuendū corā populo proponat, ipſeq; po. roget vtrū malit. p eū, qui ꝓponendi officio fungit. vt ſupra diximus vide Bald. l. 1. ff. de legi. SCITV HIC dignū cenſeo, qui dicantur dicti ue ſint olim ſenatores atq; patricii. Quos nimirū intelligere eſt ex. T. Liuio li. 1. deca. 1. quum ille in hæc verba ſcribit. Quum iam viriū haud peniteret, ſ. Romulum: cōſilium deinde viribus parat. Centū creat ſenatores, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue, qa ſo li centū erant, q creari patres poſſent: pr̄es certe ab honore, patriciiq; eoꝝ ap pellati ꝓgenies. In cuius ferme ſententiā & ante Liuiū Saluſtius admodū gra phice ſcripſit. Delecti, inquēis, qbus corpus annis īfirmū, ingeniū ſapiētia vali dū erat reip. cōſultabāt. Hi vel ætate vel curæ ſimilitudine pr̄es appellant. Q. &

alr. cyſtat q.

Senatores patricii

Patres

autē ſubinde tempora poſt aliqua illorū fuerit officium, non illepide ex Varrone A. Gellius ſcriptū reliquit. Et nos pariter hunc imitati li. Iſagogarum primo nōnulla diximus, poterit & ſuffragari tit. ff. de ſenatoribus.

Gel. lib. 14. ca. 7.

❡ SED ET QVOD PRINCIPI.

COLLIGE .i. quod īperatori ſeu principi, qđ idē nūc cū illo eſt, vel p cōſtitutionem aliquam vel epiſtolam placuit legis loco, legemq; eē habendum. Quod vti accipi debeat exponetur per .§. ſe. quodcunq; & le. leges. c. de legibus & .l. 1. ff. de conſti. princi.

Cōſtitutiões duplices

SECVNDO COL. conſtitutiones aliquas dici generales, aliquas ſpeciales. Illas ab oībus æque ſeruandas, eaſq; agnoſci, vt hic docet Ang. ſi in ipſis dicatur his legibus generalibus. Aut his Aedictalibus legibus. Si vel miſſæ in ſenatū fuerint. Si vel mandetur, qđ in ipſis eſt, paribus in cauſis obſeruari.

l. leges. C. de legi.

SPECIALES ſunt, quarum virtus perſonam non trāſgrediens, ſucceſſori non prodeſt, nec ad exemplum trahi debet. Veluti cū quid princeps alicui ex merito indulget. l. 1. § plane. ff. de conſt. l. priuilegia. ff. de re. iu. vbi exemplū in noſtris videbitur, pblematis. c. priuilegium de re iu. in. 6. vbi videbis apud Dynū, qñ veritas, pnunciato nō eſt. Facit. l. Neratius. ff. de reg. iu. vbi beneficiū, qđ Cæſar ſe quaſi viuenti dari ſcripſerat defuncto illi haud accomodat.

l. bona fides. ff. depoſiti. l. Aut facta. ff. de pœnis. 8. q. 1. c. ſaciendum. l. 1. ff. de offi. eius. 1. q. 1. ca. 1. 13. q. 2. c. aiæ

TERTIO col. poſſe nonnūq; alicui perſonæ ſecundū quod aut bene aut male merita ſit, pœnā remitti: augmentariue, etiā aliquoties in aliorū terrorē pœnā a quopiā ſumi grauiorē. Siquidē, quoties ſupplicia ueniunt a quodam ſumenda. In factis eni delictiſq; luendis habendā vtiq; cenſuit iuriſcon. rationē cauſæ, perſonæ, loci, temporis, qualitatis, quantitatis: euentus: Quam & ecōtrario ſeruandam duxerim in beneficiis conferendis, & hoc quidem per locū a cōtrariis. Cum argumentum a cōtrariis in iure tam pōtificio q̄ Cæſareo receptū ſit vti validum & veritati conſentaneum.

❡ PRAETORVM QVOQVE AEDICTA.

PRIMO col. prætorum Aedicta legis vim obtinere. l. 2. §. ita dece & octo. ff. de origi. iuriſ. Horū ædicta in albo ſcribi cōſuere. l. ſi quis id. ff. de iuriſd. om. iud. HORVM ius honorariū eſt dictum, quod huic authoritatē contulerint, qui honores gererent. Illud autē ius ab iis vel adiuuandi, vel ſupplendi vel iuris ciuilis gratia corrigendi ob publ. vtilitatē introductum fuit. l. ius autē. §. ius prætoriū. ff. de iuſ. & iu. eſt & ipſum quaſi viua vox iuris ciuilis. l. nam & ipſum. ff. de iuſ. & iu. PRAETOR autem olim omnis eſt dictus cui exercitus pareret, aut, vt Liuio uidetur, quod præeſſet, aut, vt Varro ait, quod præiret. Hunc ſane magiſtratū vna cū curuli Aedilitate; quæ præerat venditionibus permutationibus animalium vitioſorum. l. 1. ff. de ædili. ædict. Inſignē & nouū dicit. T. Liuius li. ab ur. con. 7. decad. 1. ptores fuere Vrbani, q. in vrbe ius dicebāt. Prouinciales, q in pꝛouincia. l. 2. §. deinde cū placuiſſet. ff. de ori. iu. vbi Pomponius elegātiſſime eorū & creationem & officia deſcribit. Qua de re & nos in li. Iſago. 1. aliq̄ tetigimus. Scripſit & ipſe Laurē. Val. uir bñ meritus de latina lingua de huiuſcemodi magiſtratuū noibus lib. 4. ca. 266.

Honorariū ius.

Victorinus i l. 1. ad here. Pictor

SECVNDO col. Aediliū pariter curulium, ædictū, legis loco habitū. l. 2. §. quotiēs aūt. ff. de orig. iu. ædiliū erat ædibus ſacris præeſſe: & Cereri, hoc eſt frumento: hinc cereales appellati. l. 2. eod. titu. quorū ſex in urbe iura dicebant, de quorū officio latius in titu. de Aedili. ædicto. curules uero nuncupati a ſolio eburneo, quod illis dabatur, quoq; uehebantur. Erat aliud Aediliū curulium officium, & aliud Cerealium, illi ludos publicos exhibebant, ſacra ædeſq; priuatas tuebantur q̄q; in urbe erant factu neceſſaria, ꝓcurabāt & alia. Cereales uero (ueluti Dionyſius Halycar. ſcribit) curam habebant annonæ forenſis, copiæq; cibariorum. De quibus uel ſingulis abunde diſſeruimus libro noſtratum Iſagogarum uigeſimo primo.

¶ RESPONSA PRVDENTVM.

COLLIGE .1. Iuriſcōſultorū reſpōſa olim legibus æq̄ fuiſſe, & a iure cōſulēdo iuriſcō. appellatos. l. 2. §. exactis deide. ff. de orig. iuriſ. quātū diſtet ſnīa ab opiniōe, uideat̄ hic Aretinus. Et nos ſuo deinceps loco aliqua forte nō adſpernabilia dicemus. Vide pariter. c. reſpōſa, & ibi glo. diſ. 2. SECVNDO col. ex uerbo recedere. Snīam cōtra iuriſcōſulti opinionē nō valere, ſi nō appellet̄. l. 1. ff. q̄ ſniæ ſine appel. reſcin. ſunt §. Itē cū cōtra hodie eni legibus nō exēplis iudicādū eſt. l. nemo. C. de ſent. pōt tñ iudex doctorū, quæ rationi amicior eſt, opinioni adherere p. l. ſi quādo. §. 1. ff. ſi ſerui. uend. l. in ſubſtitutione. §. fi. ff. de uulg. & pupil. Quæ uero huic noſtro pronunciato perinde atq; plurimum contraria a quopiam obiicientur, recte, & quidem facillime, dilues reſolueſq;, ac ſingula unanimiter concordabis per doctrinā Gloſ. & interpretum aliorum. l. 1. §. Item cū contra. ff. q̄ ſententiæ ſine appel. c. reſpōſa & gl. fina. diſ. 2

¶ EX NON SCRIPTO.

PRIMO col. Ius nō ſcriptū eē, quod diuturnis moribus cōſenſu utentiū cōprobatis ꝯſtat, ipſumq; legis uirtutē obtinere. Dicit̄ aūt illud alio nōie cōſuetudo. Quā Ioā. An. ſequutus Iaco. de Raphano definit ius eſſe quoddā, qd' moribus uſibus uē populi uel totius uel maioris ſane partis rōne cœptū: cōtinuatū & cōſtitutū legis authoritate fungit̄: ſiquidē qd' p lege, cū lex deficit, ſuſcipit̄. 50. diſ. c. cōſue. Hæc (ut habet̄ diſ. 1 §. cū ergo) ſcriptis cōprehēſa lex ſeu cōſtitutio, citra ſcripturā: cōſuetudo uocata eſt. Quæ, ſi valere debet, neceſſū eſt rōne ſit tēporeq; debito cōfirmata, nō actu iterrupta cōtrario, ſed frequēti actu ſi cōtradictorio (det̄ docēdi grā, barbaro uerbo uenia) iudicio, uel cuius nō extat memoria itroducta, uſuq; utētiū cōi approbata. c. fi. de cōſuetudi. q̄ nimirū iuri uel cōmuni uel ſpeciali nūq̄ ꝑiudicat, niſi careat errore, iuri diuino nō ſit cōtraria rōne uallata, ꝑſcriptiōis apta, uel ꝑſcripta, populoq; ſciēte itroducta, q̄q; maior pars uſa ſibi ius acquirere itēdit. Quā tñ & ratio & ueritas ſemp excludūt. c. ueritate diſ. 8. uide Latius Aſonē, Iaſ. edum, Hoſtienſem, queq; in ſuis ſummis, Ange. in repeti. §. Ex nō ſcripto inſt. Bar. & Salycetū in. l. de q̄bus. ff. legibus & l. 2. C. quæ ſit lōga. cōſue. But. & Imoleſē. c. fi. de cōſue. Pan. in Rubrica de cōſu. i Aut. Mihi ꝑfecto uidere uideor, meo me functū officio, qd' Imperatoris iuſſui obſequutus retulerim quæ cōtextus

Ius non ſcriptum Cōſuetudo

Glo. in c. Abbate. de ver. ſigni

vim atq; ſenſum reddunt. Viderint ſibi, qui hoc in loco ea confecere, cumula-runtq;, quæ non modo tyronum ingenia, ſed vel memoriam ipſam obdu-cunt, conſtringunt, præcipitant quoq;. Miror Hercles qua ducti ratione tam longiſſimos ediderint in eum librum cõmentarios: qui eorum capax non eſt: & ab iis Iuſtinianus non tam cauendum, abſtinendumq; adhortatus eſt, q̃ in-terminatus. Num hoc eſt pacto inſtituere rudes? Minime, ſed deſtituere, inq; deſperationem velis, vt aiunt, nolis compellere. O peruerſam docendi ratio-nem. O miſeram diſcipulorum inſtructionem. O perfidam docentium volun tatem. O deteſtandam vanæ mentis gloriolam: qua (niſi fallor) iſti noſtri do-ctores seducti, non docendorum fructus quærunt, ſed pompam quandã ina-nem pernitioſamq; reip. venantur.

SED NATVRALIA QVIDEM.

Vide Hip. Marſi. ſing. 210

COLLIGE ius naturale & gentium eſſe immutabile, ciuile vero per aliud ei contrario, vel expreſſo vel tacito, tolli conſenſu .l. iura ſan-guinis. ff. de re iure.

CAETERVM hæſitante hic gloſ. de quo ipſum illud iure naturali an pri-meuo, an de iure gentium accipi debeat, quippe quod naturalis quædam ra-tio inter omnes homines cõſtituerit, haud iniuria a pleriſq; quæſitũ fuit, vtri, quum vtraq; proba videatur, gloſſæ opinioni fides ſit tucius adſtringenda?

QVAESITVI reſponſurus rem ſane altius repetam, quoniam & inter multos venit in quæſtionem. Quid ſi vel doctorum vel gloſſæ opiniones ſunt & multæ & diuerſæ? Cui inhærendum? Fuere qui digniori, fuere qui ſubtilio-ri, fuere qui maioris numeri, fuere qui vltimæ ſtandum opinioni cenſuerunt. Ego autem inibi duxerim ſolum ad ſentiẽdum, quæ ſubtilior melioribus vti-tur rationibus: nec vel perſonæ dignitatis, multitudinis: loci rationis quicq̃ habendum per .l. 1. §. ſed neq; ex multitudine C. de ueteri iure enunc. Siquidẽ ut ibi dicitur: cum unius, & quidem deterioris ſæpe ſententia & multos & ma iores aliqua poſſit parte ſuperare. Ita nimirum ſenſiſſe propemodum uideo Ioan. And. c. 1. de conſti. Pannor & gloſ. c. capellanus de feriis. Barto. l. bona fides. ff. depoſiti. Andre. Sicca conſi. 57. gloſ. l. qui filium. §. Sabinus. In uer-bo. Et alia. ff. ad Trebel. Quam meo iudicio Aretinus in §. Reſponſa ſupra eodem, alios taxans perperam accepit. Quando inquit, eam uelle in dubio ultimæ opinioni adhærendum. Quod profecto non dicit, ſed eius utiq;, quæ ſit & dignioris & ultimi & meliores rationes reddentis.

ADDE VEL IPSOS etiam ſexcentis ferme in locis gloſſatores admo-nere, primam ex multis opinionem eſſe amplectendam, & ita accipi eos ſine diſcrimine & uſq; adeo aliquoties opinari: ut ad finem hiſce concluſerint uer bis, uel dic neſcio: et bene quidem rem dicet nigram, quæ alterius non ſit co-loris. Et rei ignarus magis ſecure reſpondere nequit, quam ſe neſcire dicere: ut cunq; neſcio feratur, breuem eſſe aſinorum bipedũ reſpõſioné, quæ tũ uillici fi lio fatis ſiniſtre ceſſit. Cum aliunde forte ex ſtudio literario reuerſus, a Sacer-dotulo (ut fieri ad ſolet apud noſtrates) experiũdi, tentãdiq; igenii eius gra to

gatus, qui nam hic (erāt enim in Cemiterio: vbi mortuorū ſūt Sarcorphaga) hic eſſet ſepultus? neſcio aliquoties reſponderet fuſtibus ad mortē pene cederetur. Erat enim patera nequitioſo, verſutoq; antea ſacerdote informatus: vt ſi ſæpius neſcio filius interrogatus reſponderet: eius eēt certiſſimū inſcitiæ argumentū. Caueant ergo quicūq; auentes eſſe in doctorū albo ne rogata per verbū neſcio ſemper abſoluāt: licet & ipſe non ſemel eo me reſponſo defenſare conatus fuerim. Verū quid ad Rhombū? Ne fabulis longius innuemur: ſuaſerim de ea, quā ob cauſam, re noſter cœptus eſt ſermo, cæteros in eā ſcribētes legendos: apud quos non aceruū, ſed chaos eſt reperire. Ipſi tamen ſuo quidē loco etiam alia nō diſſimulabimus.

TERTIVS TI. DE IVRE PERSONARVM.

RECte poſt iuris vniuſcuiuſq; & definitionem & diuiſionem, in vniuerſum titulo proximo traditā: deinceps de eorum: quorum gratia ius eſt conſtitutū, iure eſt tractaturus. Sunt autē tria: vel Caio ſcribente: ob quæ iura adinuenta ſunt ipſa. Quando quidē omne, quo vtimur, ius, uel ad perſonas, uel ad res, uel ad actiones pertinet. Quorū ſane perſonæ perinde atq; digniores primū occupant locum. PERSONAM autē (uidetur enim illud neceſſario dicendū) philoſophi definiūt eſſe naturæ rationalis indiuiduā ſubſtātiā: ad q; eius cōſtitutionē tria eſſe pernecesſaria. Siquidē, ut ſit iduiduū, & in genere ſit ſubſtātiæ: & rationis etiamnū capiēs. Nō ergo uel lapidis, uel arboris, uel eius, quod ratione uacat, ſed uel dei: uel angeli uel hominis perſona eſt. Cuius nimirū dignitatē rebus præ cæteris Naſo ingenioq; fons i. tranſfor. li. haud iniucundo carmine: quod hic a gloſ. adducitur, cecinit. Qua de re Lactantius ille Firmianus diſertiſſime & prudentiſſime in libro de opificio dei diſſeruit & Ariſto: pariter ālias ante illū, & pleriq; alii, quos, quorunq; ſcripta recēſere ſupuacaneū duxerim. Illud tn̄ nō ſubticuerim, pſonas ipſas: hoc eſt hoīes: cunctis nō mō aīantibus (digniſſimā enī ipſum eē creaturarū patet p. l. iuſtiſſime. ff. de Aedil. Aed.) uerūetiam rebus præſtare omnibus, cum, quod, quæ in terris gignūtur ad hominū uſum creata ſunt omnia, hiſq; ſubiecta cuncta, tum quod cætera ſenſu tantū mouentur animātia, & ad id ſolū, qď adeſt, quodq; præſens eſt: ſe accomodant: pauliūq; admodum præteritū aut futurū ſentiētia. Homines uero ipſi rationis participes: per quā conſequētia cernūt, cauſas (ut ille inquit) rerum uident, earūq; progreſſus: & quaſi anteceſſiones nō ignorant: ſimilitudines cōparant: rebuſq; pſentibus adiungunt: atq; adnectunt futuras, facile totius uitæ curſum uidēt: ad eāq; degendā pparāt res neceſſarias hactenus pater eloquētiæ. Cuius, ſane ex uerbis, exq; Saluſtii alias ſat ſupq; in clar et hoīes rebus eſſe digniores & aīantius cunctis: ideoq; rite hūc de iure pſonarum ab iperatore titulum eſſe præcollocatum æque ac de dignioribus. CIRCA cuius tituli inſcriptionem & ex gloſ. in eum collige digniores eē præferendos. c. fi. xvii. diſt. c. Iſidorus. 16. diſt. l. 2. ff. de adoptionibus Digniores autē ſunt in dignitate, qui uel prius dignitatē reperint: quoniam ii labores exercuerint longiores, ſtipendiaq; maiora fecere. l. nemo. C. de officio magi/

Perſona

l. infra. ď re. di. §. in pecudum

Cic. li. 1. off.

l. iuſtiſſime. ff. de edili. edict.

l. obſeruādū. ff. de off. pſ. l. 1. §. ſi ſeru° ff. de vent. in ſpe. glo. in. l. ſecūdam. ff. de poſt.

ſtri off. uel qui dignitatẽ a principe cœpit. l. ſi. ff. de alb. ſcri. c. per tuas extra de maio & ob, uel qui ſint loco alicuius ſupioris puta metropolitani: tum enim deſignant: cuius uicem gerunt. glo. in. c. epiſcopos diſtin. 17.

c. ſedes apoſtolica. de reſcrip.

SECVNDO collige. Si in quapiam ſcriptura duæ ſunt expreſſæ perſonæ Digniorem vtiq; primo poſitam. glo. c. quorundam de elect. in. 6. niſi, quod Abbas notat, circa turpia nominarentur.

TERTIO col. Teſtibus pluribus deponentibus, aut numero paribus, ſtãdũ eſſe dignioribus. l. ob carmen. §. ſi ea rei. ff. de teſt. c. i. noſtra pñtia extra de teſti. vide Ludo Ro. ſing. 360. incip. duo teſtes. Id qđ accipiendũ eſt. Si vel ab eadem parte, ſiue a diuerſis producantur. Bar. & Glo. in. l. ob carmen. ff. de teſti. Quod facit ſecundũ Ange. ſi ſtatuto caueretur, minorẽ ſine ꝓpinquorũ conſenſu cõtrahere haud poſſe. Diſcordantibus a ſe illis, ſtatur dignioribus.

ADVERTENDVM quoq; inibi cẽſuerim, quõ ius ipſum, quo vtimur attineat ad pſonas, res, actiones. Reſpondet glo. i. l. 1. ff. de ſtatu hominũ. Ipſum ad perſonas ita pertinere, vt ſciamus quõ pſonæ ideſt ſerui acquirant, alienant, remittentur, cõſeruentur: & quæ earũ ſint, quæ ſunt vel officiis præfectæ, conditiones. Ad res vero, vti acquirantur, cõſeruentur, amittant, alienent. Cũ vtiq; in oĩ agaꝛ iure, quẽadmodũ qđ cuiuſq; ſiat, aut qs rẽ, vel ius ſuũ cõſeruet, aut quo modo alienet aut amittat. Ad actiões aũt, q̃ aut quõ nobis cõpetant, & in quẽ modũ, quod ſcitu optimũ eſt, in iudicio ꝓponanꝛ.

l. totũ ius. ff. de leg.

ℭ SVMMA ITAQVE DIVISIO.

PRIMO COL. ex huius contex. initio diuiſionẽ vel Ariſtotele, cæteriſq; dialectices authoribus teſtibus, breuiorẽ eſſe q̃ bimembrem haud poſſe idq; ex dictione ſumma accipiendum: quæ nimirũ breuis, vel bonorũ ſcriptorũ vſu, breuis ſignificat, & prima, veluti hoc etiã loco nõnulli interpretes expoſuere & l. ſũma. ff. de ſtatu hoium & l. in ſũma. ff. de cõdit. indeb. & l. qđ ſi epheſi. §. In ſũma. ff. de eo, qđ cert. lo. Eſt vt diximus, hæc loquendi venuſtas nõ indoctis frequens. A qua ſummatim aduerbii orationis partis. Vlpianus. Plane ſũmatim examinandũ iudici cõceſſit. l. Idẽ alias ipſe, inquit, prætor debet ſuper ea re ſummatim cognoſcere, aut cautũ iubere aut denegare. l. 1. §. qđ ſi ſit. ff. de præ. ſtip. Plinius item ſenior li. nat. hiſt. 7. c. 26. ſumma, inqt, ſummarũ in illo gloria fuit. Sed in re oĩbus obuia, quid multis? Pli. nepos. In ſũma, oĩa pietate pleniſſima, ac tãto magis: qm̃ in expectata ſũt. Idẽ ad Priſcũ In ſumma, noſti facetias hoĩs: quas velim attendas. De diuiſione vero, quando ipſa etiamnũ poſſit eſſe trimembris, vel etiam quadrimembris poſt Boeti. in li. Diuiſi vide noſtrum Gorgiam. de principiis Dialectices.

l. ſi qs libertatẽ. §. plane. ff. de peti. here.

Plin. li. 5. ad Ruſinũ & li. 6.

SECVNDO col. hominem vel eſſe liberum vel ſeruum. l. 3. ff. de ſtatu hominũ illum a naturali iure, hunc vero gentium ita factum. l. ſi id quod dominus. ff. de con. iude. Natura ſiquidem omnis liberi naſcimur, ſed iure gentium puta vel hoſtium, ſi bellum ſit iuſtum, captiuitate vel ancillarũ partu ſerui euadimus. l. manumiſſiones. ff. de iuſ. & iure. l. & ſeruorum. §. iure gentium. ff. de ſtatu hominũ. c. ius gentium & gloſ. inibi diſtin. 1.

In Authẽ. q mo. nat. effi. legit. § ſi qs vero circa finem.

TERTIO COL. omnis hic & alias in omnis, numerum vnitatis reſol/ l.3.ff.de ſta.
uendum, ne, quod alibi pariter gloſ. admonet, argutiæ locus foret. Duobus homi.
videlicet demonſtratis libero & ſeruo, opponeretur eos eſſe aut liberos aut
ſeruos. Quod vtiq; abſonum eſſet. De quo vide Bald. l. hoc articulo. ff. de he
red. inſti. & Angel. hac in parte. Quod haudquaq̃ mirum videri debet, quan
do non ignobiles latini eloquii ſcriptores, vel Sophiſtis repugnantibus, om/
nis diſtributionis vocem idem multitudinis, quod numero vnitatis notat: ſi/
gnificare tradiderint. Quid enim aliud omnis homo currit, q̃ homines cur/
runt omnes. Quem etiam in modum & eloquentiæ principes vſurpaſſe, vel
ſexcentis in locis eſt obſeruare.

EX QVIBVS colligi meo quidẽ iudicio poteſt alibi a Gloſſatore non l.hęc verba.
admodum bene a Proculo iuriſcon. verba eſſe emẽdata. Cum ille ait hæc ver ff.de ver.ſig.
ba, ille aut ille: non ſolum diſiunctiua, ſed etiam ſubdiſiunctiua orationis ſũt.
Hæc verba, ſubſequitur gloſ. licet dicat hæc verba, non tamen eſt queſtio ni
ſi de coniunctione aut &c. Certe ex præſenti pronunciato inculpate Duxeris
inibi numerum multitudinis in vnitatis reſoluendum: quanq̃ minime putem
errare, qui ipſam de tribus verbis ille aut ille: deq; horum conſimilibus ſenſiſſe
adfirmet, eoq; pacto nullam in ſcribendo eſſe orationis accidentiam Gram/
maticorum diſcordantiam, nec uocis nec ſenſus nec utriuſq;. Cæterum hac
de re: non eſt, hic multa incaſſum ſubiiciam, quando eam in primo noſtrarũ
Iſagogarum in Dialecticen libro: & in noſtris in Laurẽtii uallæ, ac Trapezon/
tii, Aureliiq; Ange. Dialecticen prælectionibus copioſe diſputauerim, neq; in
Gorgia noſtro diſſimularim. Vbi ſanna, uel poſtica, dignos cẽſui, qui: neſcio
cuius ducis perſuaſione, propoſitionem in plures, & unam diſtribuunt, & il/
lam eſſe propoſitionem negant, hanc uero aſſeuerãt. Quomodo idipſum ſit
accipiendum, dicere huius nec eſt loci nec temporis nec propoſiti.

¶ ET LIBERTAS QVIDEM.

COLLIGE ex hoc: §. libertatem eam eſſe natura facultatẽ, qua quis
facere aduotum poteſt, quod uel ui uel iure non eſt prohibitum. l. li/
bertas. ff. de ſtatu ho. eſtq; hic libertas definita, perinde atq; ſeruituti op
poſita. Quo fit, ut gloſ. hac in parte de triplici ſeruitutis definitionis in/
tellectu diſſerens penſi haud quaq̃ eſt habenda. Nũq̃ enim, quod & cæteri ſen l.ſi p errorẽ
ſere: libertas cuiuſmodi hic definitur, in ſeruitute eſſe, eius utique aduerſa/ ff.de iuriſdi.
ria poterit; quando quæ inter ſe contraria ſunt ſimul & ſemel in eadem om.iu.l.1.ff.
re eſſe nequeant. mandati.

SECVNDO col. a libertate pinde ac ab abſtracto: ut Gramatici: aut de no
minatiuo: uti Dialectici loquuntur: liberos denominari, nec ſunt hæc de/
finitionis uerba quoniam (quod noſtros antea iuris interpretes ignoraſſe ſub
miror) ſpeciei: ideſt definiti naturam nulla ex parte definiat, id quod, uel
Ariſtotele authore, ueluti in Gorgia noſtro, & Dialecticæ Iſagogis do/
cuimus, uere eſt definitionis. Sunt autem rite, & parentheſi quidem: at Ariſtoteles.
Imperatore interiecta, ne, uidelicet, quis ignauior a libertate libertus, & ti.prædica/
mentorũ.

non liber denominaretur, quod ſane Logices expertibus facile vſu uenire poſ
ſet. Hinc candidiſſimus quiſq; facile cognoſcet, quã plurimum proſit vel ad
iuris peritiã, nullius (quoad fieri poſſit) diſciplinæ eſſe indoctum.

TERTIO COL. Quoniã libertas de naturali manarit iure, quẽpiam exi
ſtimari liberũ, niſi aliter ab aduerſa fuerit parte probatum, & niſi quis, quaſi in
ſeruitutis poſſeſſione actu eſſet. Res nãq; quælibet libera iudicatur, ſi in contra
riũ minus probatio obuiarit. l. Altius & glo. ibi. in verbo prohibetur. C. de ſer
uitu. & aqua. Ita etiamnũ Bar. in. l. ſi prius. nu. 14. ff. de noui ope. nunct. Bald.
l. libertas. ff. de ſtatu hominũ. Non eſſet (ni fallor) huic abſonum loco de liber
tatis precioſitate nõnulla vel eo verba facere: ne quidam nullius homuntiones
l. libertas. r. frugis, aduerſante natura, adeo proni ad eam explodendam, amittendãq; fo
l. libertas. 2. rent. Cæterũ temporis anguſtia diſtricti, alio tranſmittimus. Subiicientes mo
ff. d reg. iur. l. do tanti libertatẽ a veteribus ſapientiæ legalis cultoribus habitam, vt eam om
nõ eſt. §. infi- nibus eſſe dixerint rebus fauorabiliorem: & rem ſane ineſtimabilẽ, hincq; fa-
nita. ff. d reg. ctũ, vt inter pares numero iudices ſi diuerſæ ſint prolatæ ſententiæ, & quidem
iu. i cauſis liberalibus, p libertate cõſtitutũ optineat. Q d' nimirũ Paulo viſũ eſt.
l. inter pares. RECTE ERGO ille pro libertate moriendum cenſuit. Quod adeouſq;
ff. de re. iud. olim Romanis illis nobiliſſimis cordi fuit, vt nullum mortis genus libertatis
Verg. & Cic. gratia exhorruerint: nempe, quæ (vt hiſtoricorũ candidiſſimus ſcriptum diſer
T. Liuius. li. tiſſime reliquit) virorũ fortium pectora acuere, animareq; ſolita ſit. Quã olim
8. belli. pu. 2 a Roma. quo damno perditam idẽ author non recte minus q̃ grauiter deplo
T. Liuius. li. rat. Adde libertatẽ adeo quondã ab Athenienſibus honoratam, vt eorũ, qui
3 deca. 1. ab quouis modo libertatẽ aut tutati eſſent aut recuperaſſent, ſeruis indere nomi-
verb. con. na decreto publico prohiberetur: nempe, nephas eſſe, nomina libertati patriæ
A. Gell. li. 9. deuota ſeruili cõtagione coinquinari. Adeo nimirũ turpe ab antiquis, vel no-
ca. 2. ſtri etiam ſeculi populis: habita eſt, tanq; omnis (vt Cicero inquit) ſeruitus
miſera iudicata, vt libertatis aut tuendæ aut recuperandæ: ſeruitutiſq; amouẽ
Cic. phil. 3. dæ gratia nullum nõ bellum rite geri exiſtimatum ſit, mortiq; quam ſeruituti
ſubiugari facilius creditum: nec arma vnq̃ iuſtiora reputata, quã quæ vel pa-
triæ vel libertatis conſeruandæ caperentur. Quod ſane non opus eſt multis,
quaſi minus vero conſonũ, probẽ, quum nullus pene apud T. Liuiũ. C. Salu-
ſtium, Cæſarem. Q. Curtium. C. Tacitum, alioſq; nobiliſſimos hiſtoriarum
conditores inueniatᷣ locus, q fidẽ huic ſit rei nõ locupletiſſimam facturus.

SERVITVS AVTEM EST.

PRIMO COL. Seruitutẽ iure gentium cõtra naturæ ius introductũ
l. libertas. §. ſeruitus. ff. de ſta. homi. l. manumiſſiones. ff. de Iuſt. & iure.
Nec obſtabit ipſum eſſe imutabile ius naturale. Non vtiq; in genere, ſed
Gloſ. i. l. ma ſuis tantũ ſpeciebus mutari pro ratione ſolet. Præterea occurri põt, quã An-
numiſſiones gelus adducit ratione: vt videlicet, ipſum non deſtruatur: verum modus qui-
ff. de ius & dam huic adhibeatur & declaratio atq; iuuamen. Et ſane obſeruabis ſeruitutẽ
iu. a iure gentium eſſe inductã ideſt approbatã nõ aũt iuentã glo. c. ius gẽtiũ diſ. 1.
SECVNDO COL. Seruitute quẽpiã alterius dominio ſubiici, huiuſq;

effici iuris.l.libertas.§.ſeruitus.ff.de ſta.ho.nihilq; ſibi,ſed totã domino,ſub cuius eſt iugo,acquirere,nihilq; penitus, quod iure valeat,ſine domini iuſſu facturum.Hinc Marcellus ait omne,quod ſerui noſtri ex traditione vel ſtipulatione vel alia quacunq; cauſa acquirunt,nobis acquiri. l.acquirit.ff. de acq.rerũ

ℭ SERVI AVTEM EX EO.

PRIMO col.Seruos a ſeruando dictos,quoniã captos olim vendi,nõ autem occidi,hocq; pacto ſeruari ſolitos iperatores iuſſerint.Pari quoq; modo mancipia nuncupatos,quod manu ab hoſtibus caperent. Id quod Florentinus quoq; antea ſenſit.Quod ſane ad huncq; modũ intelligas velim.Captus eni, quem vendere manceps vellet,manu tenebatur,& adhibitis non minus quinq; teſtibus Romanis ciuibus, puberibus:& alio eiuſmodi cõditionis,qui libram teneret aeream.Emptor dicebat Hoc ego ex iure Quiritiũ meum eſſe aio,hoc,quod emptum eſt:hoc aere,æneaq; libra.Et ita ære ſubinde percutiebat:idq; aes dabat,a quo rem emptã accipiebat.Quam mancipationem vocauere.Hinc ſeruus,equus,ouis,aliaq; eiuſmodi dici mancipia quod manu capiuntur,mancupi emptione acquiruntur,cœpta ſunt. Et mancipo perinde atq; manu capio,& ſeruũ facio:& quidem abſq; tradita ſolẽnitate. Illiuſmodi ſolẽnitate Iuſtinianus tit.de vſu cap. Nexũ appellauit.De qua Boetius in Top.Id quod nec Cynum nec Albericum præteriit. l.pupillus § Seruorũ. ff.de ver.ſig. l.4 §.ſerui. ff.de ſta.ho. l.libertas.§. ſerui ff.de ſtatu.ho. Seruus Mancipiũ

CAPIVNTVR itaq; in eodem pœne ſignificatu ſeruus,mancipium,ſeruitiũ.Nam & hoc apud non ignobiles lectum memini ſcriptores.T.Liuius.4 ab vrbe cond.ſeruitia,vrbem vt incẽderent,diſtantibus locis:cõiurarunt. Idẽ in eodem pauloante.Fraudandoq; parte cibi diurni ſeruitia.Ex quibus facile dicerem id nõis ipſum numero tantũ,multitudinis,p ſeruis poni Salu. in cat. opifices atq; ſeruitia in vicis ad eum recipiendũ ſolicitabant.Haud ſane etiã nũ hoc eſt loco diſſimilandum.mancipes alibi ab Are.& Hono.interpretatos ſaliuarum eſſe cõductores quod equidem ex cõmuni vſu loquendi admiſſum exiſtimarim:quum alioqui nomen ſit generalius,cõprehendatq;, qui a fiſco aliquid vel emunt,vel cõducũt.Ita,nuncupatis(teſtibus Cicerone,Tranq.Nonio Mat.Pediano)quod ſublata manu authores ſe cõtractos ſignificent. Seruitia Mancipes Famuli Famulitiũ

SECVNDO COL. eum perperã dici famulũ,qui ſeruus: nempe quod ille ſui adhuc iuris operas ſuas ad tempus tantũ non autẽ ſe,iuſq; ſuum locet. Ecõtrario autẽ hic vt ſupra diximus.Nuncupatur autẽ a famulor,quod inſeruio temporaliter ſignificat,Cic.2.de rep.Cũ autem ii famulantur, hinc famulitiũ modo pro famulorũ copia,modo pro famulari obſequio. Abſit igitur eius opinemur eſſe cõditionis famulum,qua eum,qui iure ſeruus dicitur, vti paulopoſt docebimus.ILLVD tamen minime ignorandũ eſt.Plerũq;,ſed abuſione quadam,ſeruũ pro famulo appellari,& tũc quaſi a ſeruiendo dictũ, Id quod vel poſt literariæ rei ſcriptores admonuit Pan.Et de vtroq; accipiendum eſt,quod per totum tit.de Iudeis notatur.Iudeus enim chriſtianum nec famulum nec ſeruum habere poteſt.Et eum ad modũ a iuris quoq; ciuilis authoribus,in primis Vlpiano accipitur.Non,inquit,ille ſolum ad ſeruos perti- Rubrica de Iudeis

l.1 §.fi.ff. de tribut. nebit tributoria actio, verũ ad eos quoq; q nobis bona fide ſeruiũt ſiue libe/ri,ſiue ſerui alieni ſunt.

TERTIO col.ex gl.in uerbo ſeruare Seruũ nõ poſſe tabellarii officio fungi
.l.generali.C.de tabel.li.10.vbi iubet,liberos hoĩes tabellarios creãdos, & q
ſeruituti ſint ob noxii minime.Et debẽt illi tab.noſcere leges,quẽadmodũ gl.
inibi placere uidet.Hic pariter admonendũ duxerim queq;.Seruũ nõ modo
ab officio tabel.oportere eſſe alienũ,imo eũdẽ nullo ciuili officio fungi.l. cũ
ꝑtor.§.fi.ff.de iudi.qppe qui nec iuris ciuilis,nec ædicti ꝑtoris cõmunionẽ ha
beat.l.q teſtamẽto.§.ſeruus.ff.de teſta.Immo(qđ plus eſt)apud utrũq; ꝓ nullo
habeat.l.1.ff.de iure deli.l.qđ attinet.ff.de reg.iu.In oĩbus ea ꝑpter officiis, q̃
fieri p liberas pſonas leges deſiderant,ſeruũ interuenire haud poſſe cõſtat.p.l.
In oĩbus.ff.de re iu. SERVVS itaq; iudex eſſe nequit.l.cũ ꝑtor.§.nõ autẽ.
ff.de iud.Nec põt eſſe vel actor vel reus,l.ſeruus i iuditio.ff.de iudicis &.l.cũ de
Bar.l.bona.§.ſi cã.ff de bono poſ.nu.5. bitoris.Exceptis aliquot caſibus.ſ.octo.De qbus videre eſt citata p gl.in.l.vix
certis.ff.de iud.Nec põt eẽ teſtis.l.qm̃.C.de teſtibus.Nec tutor.Inſt.q dari tut.
poſ.§.Seruus aũt alienus.Nec arbiter.l.pedius.§.in ſeruũ.ff.de arbitris. Nec
executor Bal.i.l.id qđ paupibus.C.de epis & cle.colũ.2.q.1.Card.in cle.1.q.
17.de teſta.Nec ſacris iniciari.c.cõſuluit de ſeruis nõ ordinãdis,ſine dñi ipſius
cõſenſu:nec miles eẽ põt.l.penu.§.fi.C.qui mili.nõ poſ.li.12.nec cadit i ſerui
lẽ pſonã vlla obligatio.l.i pſonã.ff.de re iu.l.nec ſeruus.ff.de peculio.l.ſerui.
ff.de act.& obl.id qđ actiue & paſſiue,iq; ꝯtractibus locũ hr̃e leges inibi admo
nẽt:ſecus eni i delictis,& q̃ſi maleficio.l.ſi vnius.§.cũ ſeruus.ff.de iniuriis.Vide
latius Phili.Detiũ.ꝑcep.meũ multo doctiſſimũ in.l.in perſonam.ff.de re iur.
MODERANDA ſũt dicta,veritati haud locũ fore,errore,quouis mõ,iterue
niẽte,tũ eni ſeruus libero pene æqualeret p.l.Barbirius philippus.ff.de off.ꝑ.
Præterea,q̃ diximus,iure ſũt ciuili recepta oĩa,non aũt iure naturali,quo oẽs
Bar.l.l.2.ff.de.fide iuſ.nu.2.l.ſeruus in ſcio.ff.eod.Ad Galat.2 hoĩes æq̃les ſumus.l.qđ attinet.ff.de reg.iu.nec iure etiãnũ diuino eẽ pſonaꝝ
puta aut ſerui aut liberi acceptionẽ credimus. HINC nõ eſt,qđ nõ nulli ve
re dñi,ideſt Tyrãni,iiq; phalariani,Buſiriani q; aut quocũq; demũ & Camby
ſe & phaereo,aut,ſi iis fuit vnq̃ aliqs crudelior,ſeuitioſius inimiciuſq; i ſeruos
agũt,p inde atq; ſuæ naturæ,totiuſq; antiqtatis imemores; haud etiãnũ aliter
ac ſi ſerui omnino nulli ad oĩa,habẽdi eſſent,idq; hominum genus;quod Dii
immortales nec cura ſua nec, prouidentia dignarẽtur. In quo vtiq; toto, vt
aiũt:cœlo,tã q̃ errãt, vt de ſeruorũ ſupplicio cœlũ idignatio penetrarit.ME/
MORIAE nãq; ꝓditũ cõſtat anno poſt Rho.cõd.474.Atroniũ quendã,co
gnomẽto maximũ,ſeruũ ſuũ verberatũ,patibuloq; cõſtrictũ ante ſpectaculi
cõmiſſionẽ p circũ egiſſe,hac cã Iouẽ indignatũ, Annio cuidã p qetẽ,iperaſſe
ut ſenatui nũciaret,nõ ſibi placuiſſe plenũ crudelitatis admiſſũ.Quo diſſimu
lãte,filiũ ipſius morte repẽtina cõſũpſiſſe,poſtq; ſum denũciationẽ,eadẽ ne/
gligẽtia,ipm quoq; i ſubitã corpis debilitatẽ ſolutũ eẽ.Sic demũ ex amicorũ
cõſilio lectica delatũ ſenatui retuliſſe,& vix cõſumato ſermõe,citra morã,cõ
moda valetudine recupata,curia pedib9 eẽ egreſſũ.A c deide ex S.C.& Meuia

lege ad ꝓpitiandũ Iouẽ additũ. Cũ itaq; ab Aethnicis hoc creditũ ſit. Quid putamus nobis credendum? qui in deum verũ vnicũ, æternum, omnipotentẽ rerũq; omniũ conditorẽ credimus, illũq; cõfitemur, colimus, veneramur? An illi deo opt. max. vllam eſſe de ſeruili conditione curam inficiabimur? Abſit, quũ nulla ſit apud ipſum perſonarũ acceptio, verũ Tros (vt ita dixererim) atq; Tyrius diſcrimine viuatur nullo. Quẽ & ipſi in hoc maxime ſequi deberemus quibus ab eodẽ præceptũ eſt: quo, vti pater eius, eſſemus miſericordes. Abſit igitur, inquam, qd ſubinde a nobis imitius, ſeuerius, crudelius in ſeruos ipſos agamus, quaſi nõ ex iiſdẽ nobis & cõſtent & alantur elementis, eũdẽq; ſpiritũ ab eodẽ principio carpant. Num eos noſtri diſſimiles putabimus: qui iiſdẽ ſeminibus orti, eodem, quo nos, perfruntur cœlo, æque nobiſcũ vitã degunt, æque decedunt? Serui ſunt, vt ait ille, ĩmo homines. Serui ſunt, ĩmo conſerui. Si cogitauerimus tantundem in vtroſq; licere fortunæ, tã nos illos videre liberos poſſumus, quã nos illi ſeruos. An ignoramus, qua ſeruire ætate cœpit Hecuba, qua Crœſus, qua Darii mater, qua Diogenes, qua Plato? deniq;, cur ita nomẽ ſeruitutis horremus? Serui vtiq; ſunt: ſed neceſſitate, ſed fortaſſe libero ſerui ſunt aĩo. Cur nõ, quæſo, noſtrã adeo exhorreſimus ſeruitutẽ: qua alius libidini: alius auaritiæ, alius ambitioni ſeruit: omnes aũt ſpei, oẽs timori ſeruimus? Quũ tñ alia ſit ſeruitus turpior nulla: quã voluntaria. IN SVMMA cogitemus, oro, oẽs dei manui ſubiectos eſſe nos æqualiter, & in vtroſq; plurimũ vel oĩ tempore (deo permittente) fortunæ ludibrio licere. Rectius eni fecerimus, ſi (vt Theodoſius ait, ex quo iuſtã horũ partẽ tranſcripſimus) nõ fortuna hoĩes, ſed moribus eſtimabimus quãdo liqueat ſibi quẽq; dare mores: conditionẽ vero caſus aſſignet. Stultũ certe eũ diceres: qui empturus equũ, nõ ipſum inſpiceret, ſed ſtratum eius: ac frenos. Nõne pariter & eũ exiſtimas ſtultũ: ĩmo ſtultiſſimũ, qui hominẽ, aut ex veſte, aut ex conditiõe, q̃ modo veſtis circundata eſt, æſtimandũ cẽſet. Viuamus itaq; cũ ſeruis noſtris clemẽter, comiter quoq;, & in ſermonẽ illos, & nõnũq̃ in neceſſariũ admittamus cõſiliũ. Sæpe eni: vt eſt in ꝓuerbio: olitor bona loquutus eſt. Nõ ſit, quod arbitremur illos non etiã ſuo tẽpore ad aliquid dignitatis (ſi fortuna volet) ꝓuenturos: quũ ex literarũ cõſtet monumentis, cõpluſculos, qui ſeruitutẽ ſeruiuere, fuiſſe omni diſciplinarũ genere ꝑclaros: & aliqñ euaſiſſe etiãnũ maximos. Id quod poſt alios, coaceruatim ẽlegere: apud A. Gel. li. noct. 2. ca. 18. apud Macrobiũ li. Saturnaliorũ. 1. ca. 6. Vnũ eſt qd poſtremũ velim ſciẽdũ: q̃ haſtenus a nobis dicta ſũt, ad eos quoq; nũc poſſe referri, quos famulos dicimus. Video nãq; a pleriſq; altero uſurpari uocabulo pro altero: quamuis diuerſa: vt exiſtimo, ratione id quod ſupra quoq; monuimus.

32. q. 4. c. ſicut de cõſe. diſ. 4. c nec quenq̃. 49. diſtin ca. ſi. 63. cit. c. ſacrorum. 21. q 5 c. li qs 11 q. 3. c. ſumop te glo. l. iperiales. C. de nup.

QVARTO col. ex cõtex. & gl. in uerbo ex ancillis. Ancilla natũ: etſi is liberũ hẽat pr̃em: eſſe diciq; ſeruũ. l. fi. C. de liberali cã. l. partũ. C. de rei vend. Qđ tñ ſecus eſt i nobilitate: honore & cõditiõibus aliquot decurialibus, tũ eni filius & vxor ex pr̃e nobilitatẽ recipiũt & dignitatẽ. l. mulieres. C. de dignitatibus. li. 12. l. fi. C. de nuptiis. l. fœmiæ. ff. de ſen, §. 1. Qđ de iũe ꝓceptis itelligẽdũ

iuriſcõſutus innuit, vulgo eni cõcepti matrẽ ſequunt̃.l.cũ legitime.ff.de ſta. ho.id qd accipiẽdũ volũt quoad lib:rtatẽ & originẽ.l.1.§.fi.ff.ad muncipales

¶IN SERVORVM CONDITIONE.

PRIMO col. Seruos in nullo eſſe diſcrimine, nec aliquam in ipſis naturæ differentiam reperiri, ſed vnã in oĩbus eſſe conditionẽ.l.&. ſeruorũ. ff. de ſtatu. hominũ. Quãq; vnus altero maioris ſit: & hoc vel officii vel operarum ratione eſtimationis, melioriſq; ſtatus: ut notat inibi & hic glo. in verbo dignitate, id quod ſane improprie verbum eſſe poſitum dixeris: nempe ſeruos nulla fungi dignitate conſtat p.l.generali.C.de tabula li.11.

SECVNDO col. ex contex. & glo. in verbo multæ: dictionem multa duobus poſſe conſtare videri, eſt: quod tamen in re ipſa minime verũ videri ſolet: quoniã nec Imperatorem de duobus tantum liberorũ generibus ſenſiſſe putãdum: quũ paulo poſt & libertinos, q & ipſi liberi ſunt; in, dedititios & latinos deduxerit. Dic ergo multitudinem rarenter paucioribus q̃ duobus pluribus, puta aut tribus, aut quatuor, aut quinq; vt vſq; in infinitum conſiſtere numerum: ita quoq; colligi ex.l.licet Imperator, in verbo, quæ ex multis, vbi dictum iuriſconſulti quatuor probatur exemplis.

Infra tit.7. de libertis.§.libertorum c.chriſtiano. 34.diſ.

Multi Pluralis locutio

IN SVMMA obſeruandã velim loquendi ſcribendiq; conſuetudinẽ, quã ſæpiuſcule multis acturi paucis nos dicimus acturos, & ecõtrario: hinc nolim e veſtigio argumentandi materiam, & argutiarũ ſyluam cuiq; datũ iri: quod cõpluſculos tamen leguleios ineptiter factitare videmus: nimirũ de lana ſæpe caprina, quæ nulla eſt: litem motitantes. Quæ tamen res: quia pluſculis forte mirabilis videatur, a uobis latius explicabitur. c. pluralis de reg. iu. li. 6. Vide de hac, quæ noſtra eſt: materia gl. in.l. antiquitas in uerbo: pauciſſimis.C. de uſu & habitatione. glo. item in.l.2. in uerbo hoc uerbo.C.de bo. uacant. lib.10. & margaritam Baldi in dictione pauca. Pan. c. penul. de rebus eccle. non alie.

QVARTVS TIT. DE INGENVIS.

RECTE facta liberorum in ingenuos & libertinos particione: de ingenuis perinde atq; dignioribus titulũ primo ſubiungit, mox ſubinde: qui ingenuus dicatur, adnectẽs. Vbi non ignores eum dici ingenuũ, qui in libertate natus eſt: & ex eo. Authoritate Boetii. li. Top. gentilitatem duci, ab ingenuorũ enim antiquitate gentiles nuncupandos. Quos Cicero definiuit eſſe: qui inter ſe eodem nomine ſunt, & ab ingenuis oriũdi, quorum maiorũ nemo ſeruitutẽ ſeruiuit: qui q; capite diminuti non ſunt. Qua de re fecimus & mentionẽ in libro nr̃o, cui nomẽ Gorgias: de principiis dialect.

Ingenuus Gentiles

¶INGENVVS EST IS.

COLLIGE ex principio huiuſce para. ingenui definitionẽ, quę, cum euidens ſit, nõ eſt quod huc tranſcribam uide.l.& ſeruorũ.§. ingenui. ff. de ſtatu. homi. & aduerte inibi p̃ris habẽdã cõditionis nullã, nec cõceptionis: an hæc a iel iuſtis nuptiis uel uulgo proceſſerit ut ſubinde habebatur.

Not:

HOC LOCO poſt Ioan. Fab. & Angelum cenſeo notandum, eſſe ac dici ingenuum, cui, cum adhuc in utero ſit, per fideicõmiſſum libertas relinquitur.

etiamſi, eo naſcente, mater adhuc ſeruitute ſubiugetur: id quod nimirũ non iure cõmuni, ſed libertatis fauore humanius receptum exiſtimarim. l. cum inter veteres. C. de fideicõ. liber. l. cũ vero. §. apparet igitur. ff. de fideicõ. lib.

SED SI QVIS.

PRIMO col. ex hoc. §. eũ qui natus eſt matre libera, patre aũt incerto ingenuum eſſe. l. cũ legitime. ff. de ſtatu ho. partus nanq; ventrem ſequitur, cum quoad libertaté. l. partum. C. de rei vendi. tum quo ad originem. l. i. circa fi. ff. ad Munici. Quod & de eo, qui ſine legitimo matrimonio naſcitur Vlpianus accipiendum docuit. INIBI NOTATV haud abſonũ erit, eũ q̃ patré: quia incertus ſit, demõſtrare nequit aut põt: ſed qué habere nõ licet, ſpuriũ dici, authore Modeſtino, huncq; appellari vulgo cõceptũ. Hinc ab Auſonio alterius, aut incerti authoris verſus appellari ſpurios animaduertimus. Quãdo inquit. Quiq; notas Spuriis verſibus appoſuit. ERRANT igit͛ meo nimirũ iudicio, qui Spuriũ dici volunt qui ex nuptiis ſit inceſtuoſis natus. Qué nothum iure riteq; appellabis. Id aũt elici poſſe: crediderim, ex hoc Maronis carmine. Quos Dedala circe ſuppoſita de matre nothos furata creauit. Vbi honoratus Grãmaticus hac voce materno ignobilé genere ſignificari, eſſeq; eã adeo Græcã, vt nõ ſit, quẽ admodũ latine dicas. SVNT & alia, qbus exprimunt͛ illegitime nati: vocabula, Manſer videlicet & filius naturalis. Quæ tñ a latinis authoribus recteq; loquentibus vſurpata haud meminerim. Verũ eniuero, q̃m in eo ſumus loco: vbi nõ tã qd͛ recte: ſed qd͛ vel pperã dicit͛ ſciédũ fuerit: haud aggrauabor rẽ diſticho tumultuario explicare, hocq; Hoſtienſis Card. & Pannor. authoribus, & gloſ. in. c. niſi cum pridem. §. perſonæ vero. De renunct. in ant.

Ex Scorto Manzer, Mecha nothus, aſt ego amica.
Sum ſpurius: naturalis ſpeciali ego dicor.

Diſtichon hoc habet. Manzeré ex Scorto, ſpuriũ ab amaſia, Nothũ ex adulterio, naturalé ex domeſtica: eadéq; ſpeciali natũ cõcubina. Qd͛ tñ diſcriminis nec a leguleiis quidé vndecũq; obſeruari video. Quãq; in iis vel ſingulis legitimãdis opus ſit, quo ſit modo q̃ſq; genitus agnoſcere. Id qd͛ alias latius vbi dicẽdi locus oportunior erit, diſcutiẽdũ veniet. QVAERI tñ põt. Qua ſunt eo modo illegitimi cõditione cæteris deteriores? Repellunt͛, reſpondet gl. in. c. niſi cũ pridẽ. §. perſonæ de renũciatiõe ab oĩbus honoribus, epi nequeũt, nec ſacerdotes creari. c. cũ in cunct. de electio. c. literas de filiis pſbyte. Succedunt tñ naturales ex concubina in domo nati in bonis paternæ ſubſtãtiæ patris ab inteſtato moriẽtis duas in vncias: cõiuge legitima & aliis filiis haud extantibus Authé. licet patri. C. de natura li. In bonis vero maternis æqua Portione cum legitimis. Qui vero ex dãnato ſunt coitu oĩ excludũtur beneficio vt i Auth. vt ſupra & l. ſi q̃ illuſtris §. fina. C. ad ſenat. Orficianum. In authé. Quibus mo. nat. effi. ſui. §. fina. SPVRIOS tamen, ſi nõ adſit competitor legitime quæſitus, i decurionũ poſſe ordiné recipi Vlpian9 & Pap. ſcribũt, nõ enĩ ipediẽdã eẽ dignitaté eius q nihil admiſit: Mõ ſit re & vita honeſta. l. gñali. l. ſpu. ff. de decu.

l. placuit. C. de libera. cã l. lex naturæ ff. de ſta. ho.
vulgo conceptus l. vulgo. ff. de ſtatu. ho.
Spurius
Nothus
Vergil. 7. Aenei.
illegitime
Manſer
Naturalis filius

QVAERI ſubindē ſolitū eſt. Qui medeať iis, q̄ hoc modo geniti oībus ſunt honoribus deſtituti? Reſponſum legitimatione. Hac enī iſti in oībus puta, iuris origine, muneribus & ciuilibus officiis inſtar legitimorū habenť. doc. in. c. innotuit de electiōe. POTEST aūt fieri legitimatio modo p reſcriptū principis. Et pr̄is noīatione in teſtamēto ſuppreſo naturalis dictiōe, & p curiæ traditionē, tū p ſubſequēs matrimoniū. Quēadmodū colligiť ex toto tit. i Auth. qui. mo. nat. eff. leg. col. 5. & in tit. extra qui filii ſint legit. & l. ſi qs. C. de nat. liberis. vide Hippo. Marſilium in ſing. 121. incipiēte Credo te ſcire. Hac tū parte magnope notādū cenſuerim legitimatū ab iperatore & famæ reſtitutū ſecundū Baldū marga. 14. ad oēs ciuiles honores eſſe idoneū: ad eccleſiaſticas vero dignitates minime. Præterea ſcribēte grauiter Innocē. in. c. p venerabilē. Qui filii ſint legit, a Max. pon. legitimatū i terris tm̄ eccleſiæ ſuccedere. IN SVMMA eodē teſte. legitimatū vel famæ reſtitutū vel diſpēſiōis cōpotē oia facere ſup qbus ptātē hēt, q vel legitimauit uel famæ reſtituit. Poterit enī i iuditio teſtimoniū pbere, ad ciuileſq; honores vocari: & ſi q̄ ſūt alia, q̄ mō i alterius piuditiū minime tēdāt. Nō eni q a pricipe vno legitimatus ē ab iteſtato bona hereditaria i ea q̄ ſubditiōe legitimātis nō ē: terra, obtinebit. Quo nimirū malo defūcti cōſāguineis: aut fiſco, q ab iteſtato ſuccedit bona auferri certū ē. Quibus tū de rebus ſubīde paſſim p loci tēporiſq; ratione copioſius ſumus dicturi.

Legitimatio

l. & ſeruorū §. fi. ff. de ſtatu ho. l. cū rō. ff. de bo. dam. l. crimē, paternū. ff. de pœnis

SECVNDO col. parentū calamitatē debere filiis haud quicq; nocumēto fore. hinc nō itereſſe an iuſtis ſint nuptiis an uulgo cōcepti. l. & ſeruorū §. igenuī ff. de ſtatu. ho. ea cōſtitutū rōne exiſtimauerim, ut i partu triū ſit tēporū hn̄da ratio cōceptionis, & eius, quo in utero geſtať, & quo in lucē pdiit. Ex qbus ſane qd̄ partui ex re magis iudicať, ut ingenuus naſcatur, ſequendū autumant. Id qd̄ hic Angelo placuit. Quæ uero in cōtrariū obiici poſſunt, ſolues ex dictis Azonis in ſūma. C. de fideicō. lib. ad finē.

Calamitas

Ignorandū modo nō eſt, calamitātē pprie dici grādinē, qd calamos: ideſt culmos & ſegetes cōminuat, hocq; ex Terē. in Eunucho colligi. Ipſa egrediť nr̄i fundi calamitas. Inde tū p oī trāſumptū miſeria: erūna: anguſtia. Quo etiā ductus de noſtri tpis cū peſtis, tū morborū tū bellorū refertiſſimi miſeria librū BAPTISTA ille Mantuanus. Carm. poeta, me iudice, Maroni lōge primus poſt Iouianū Ponta. iter Neotericos calamitatū titulo iſcripſit.

Calamitoſus homo

Dici quoq; cœptus eſt calamitoſus hō, q calamitatibus, hoc eſt, erūnis multis pgrauať. Cuiuſmodi me ſæpius extitiſſe recordor, dei tū opt. max. benignitate nūq̄ nō pie redēptū, cui pinde gloria: q̄ deū decet.

Arg. ī Aut. vt nulli iudicū. §. quoniam vero col. 9 l. qſqs. §. filii vero. C. ad le. Iul. maieſt.

MOTA EST hoc in loco a pleriſq; qō nō tā iucunda q̄; pficua. Nunqd parentū delicta filiis iputari debeāt, ipſaq; filios adficiāt? Quibus occurrēs Bar. in. l. 1. c. de iterd. & relegatis rn̄det, pr̄is delictū nō undecūq; filio nocere. Sequunť alii etiānū doc. l. 2. C. de libertis & eorū liberis. Cynus Bald. Salyce. Ang. l. qſqs. C. ad legē Iuliā maie. Non eni nocet filio macula pr̄is, quominus & priuilegio & aui dignitate frui poſſit. l. emācipatū. §. ſi qs & patrē. ff. de ſen. eos tū, quorū crimē leſæ maieſtatis pr̄ cōmiſit: infamia uſq; paterna ſequiť: & qdē uſq; adeo: ut eos iperator ad nullos honores puenire uelit filiū tū

ſacris Initiatũ ob eiuſmodi patris crimẽ ſacerdotio minime priuandũ cenſet glo.1.c.ſatiſ.56.diſ.nẽpe q a principis exemptus ſit iuriſdictiõe. ET VT Sũ/matim eius rei habeas intellectũ. Scias parentũ delicta, quoad æternã uitã filiis nunq̃ nocere, & apud deũ ſuã ſibi cuiuſq; culpã dãnationi futurã. Id qd' plane per oĩa capita docetur.56.diſ.ſed quoad ſuccedendũ utiq;.6.q.1.§.uerũ deni q; ad alias pœnas: ut tradit̃.c.eccleſia.1.q.4.pœnã aut eẽ & corpis & ſpũs quã/dã non ignores. Illa ſæpe unũ ꝑ altero puniri cõſtat.6.q.1.c. Illa ſi qs cũ. Quã ſane re igne cõſumptos legimus Sodomitarũ paruulos:& Amalechitarũ nõ modo infantulos, uerũ aĩalia ipſa bruta ad internitionem ꝑrſus deleta. Et cæ/cũ in euãgelio parentũ culpa uiſu orbatũ. Præterea hoc modo ueritati locus erit. Quo dici ſolet: ego ſum deus zelotes uiſitãs peccatã parentũ in filios in tertiã uſq; & quartã ꝑgeniẽ. Tametſi Aurelius Aug. illud ipſum dictũ mitius in telligendũ ratus fuerit: ut ſit. ego deus ſolita mea benignitate pœnitentiã ab ho mine ad ſeniũ uſq; expecto. Aliter, & qdẽ ſubtiliter: ꝓfundeq; exponit ille do ctiſſimus Origenes. Homelia in.20. Exodi octaua, nec multũ ab hoc Diuus ce/dit Ange. Pœna uero ſpirituali aliquoties unus ꝑ altero punitur nã hæc bipha riã ſcindit̃. Interdicti aliq; & ſuſpenſiõis:q̃ ab altero uel innocẽte ſumit̃.c. non eſt uobis de ſponſa. Aliqua Anathematis, q̃ nocentẽ modo innocentẽ uero cũ enorme fuerit crimen: tangit.c.ſi habes.24.q.3.pœna uero æterna peccan tẽ ſolum tenet.11.q.3.c.illud. Hinc illud Ezechielis locum habet quo fertur. Anima quæ peccauerit: ipſa morietur: nõ filius enim patris iniquitatẽ, nec pa ter filii portabit. Verũ, ut Paulo placuit, unũquenq; ante dei tribunal ſua con feſſurum peccata, proq; iis: quã meritus eſt, pœnã luiturus. Portabitq; unuſq̃ q; onus ſuũ:& in ſemetipſo tm̃ uel gloriã uel uituperium habebit. Hæc ille.

l. Iſti qdẽ. ff. qd metus. l. q̃ſqs. C. ad le. Iul. maie. Gen. 19 1. Regum. 15 Ioan. 11 Exodi 20

Vide Pano. c. vergentis de hereticis

Ezechie. 18 1. ad cho. 3 Ad Galat. 6 c. ſi qs. c. ca/tholi. c. for/te. 23. q. 4

¶ CVM AVTEM INGENVVS.

COLLIGE manumiſſionẽ de facto (ut loquunt̃) minime ĩgenuitati no cere, ita ut ea facta libertinus, & nõ ĩgenuus ſit. Ex facto aũt ĩtellige illũ eẽ manumiſſũ, q liber pinde atq; ſeruus ĩ ſeruitute detẽtus ĩſtar ſerui ma numittit̃. Nõ liber hõ ſed ſeruus manumittit̃. Manebit ergo, q eũ ad modum manumiſſus eſt, ut antea erat, igẽnuus. HINC SOLVITVR q̃ſtio, q̃ ſæpius dubitatũ eſt. Nũ ſat fuerit ꝓbare ſe multa cõfeciſſe inſtrumenta ꝑ notario geſſi ſe, ſi nõ ſe iure creatũ notariũ ꝓbarit. De quo Bal. l. Herẽnius. ff. de decurio. In noc. c. 1. &. c. cũ. p. tabellio de fide Iuſt, q eũ nõ ſat probaſſe putãt, utcũq; Bar. in diuerſum eat l. Barbirius. ff. de off. pſidis. SAEPICVLE demiratus ſum. Cũ uerecundiæ ſit abſq; lege loq. i. nemini de cõtrouerſia quapiã reſpondẽti credendũ, niſi ſu i hẽat niſi legẽ cuius authoritate ꝓnũciato fidẽ ſit facturus, id q; ad mortẽ ferme a leguleiis (ueluti iuſtũ ẽ iureq; cautũ) ſemp obſeruatũ i q/buſq; i iure factoq; litibus:& hoc, ubi ad dictionũ ꝓprietates: q̃ maximi ſemp hñ dæ ſũt, pcipuæ i legali ſcia attẽtẽdæ: venit̃: adeo nõ eẽ cordi: ut iſti de uer/boꝝ ſignificantiis diſſerẽtes aliquẽ ſui dicti authorẽ citarẽt: qd tñ illo vel Pau/lo magis neceſſariũ foret: qñ qdẽ Grãmaticẽ (cuius ꝓuincia multo maxia ha/bent̃, cuiuſq; uerbi & ꝓpritatẽ ſigãtũ elicere) artẽ eẽ & ꝓfeſſionẽ cõſtet, q̃ rõne,

Manumiſſus

In Auth. de Triẽ. & ſẽ. §. conſiderẽ mus col. 3. l. fi. C. de con ſul. le. 12

Proprieta tes verborũ ſcire oportet

Rufoni meo debeo, vel propter natales ipſius, vel propter eximiam mei charitaté. Idé li. 5. ad Meſſium Maximú Nõnúq̃ cãdidatus, aut natales competitoris: aut etiá mores arguebat. Natales inibi, ideſt obſcuros parentes, vel ignobillitaté, & hoc eius, quod adiectum eſt, verbi arguebat ratiõe. HINC facile ex eorú dixeris eſſe numero vocabulú, quæ media a multis nuncupata, & in ſiniſtrá & dexterá ſolita ſunt accipi parté. In boná Suetonius. Deprecatus adulterii pœná propter natales: hoc eſt maiorú ſuorú nobilitaté. Iuuenalis duobus in locis. Palmá iter dominas virtus natalibus effert. Idé alias Quis Catilina tuis natalibus atq̃ Cethegi. Inueniet quicq̃ præclarius, quáq̃ non me lateat inibi diſcordare criticos. C. Tacitus lib. 17. de Ser. Galba. ſed claritas nataliú & metus temporú obtinuit, vt quod ſegnitia erat, ſapiétia vocaretur. Plinius li. 8. ad Rufinú Nam mulier natalibus clara, moribus proba. Et Paulus iuriſcõſultus alibi. In primis, inquiens, mercedes præceptoribus, nõ quas minimas poterit, ſed pro facultate patrimonii, pro dignitate nataliú conſtituet. Hermogenianus conſiderãda eſt origo nataliú. Imperator ité natales, inquit, antiquos, & ius ingenuitatis non ordo præſtat decurionú, ſed a nobis pet tur. Latine ita q̃ eos dicimus claris ortos natalibus, quos alio dicẽdi genere, eoq̃ latino claris maioribus natos. Cicero. Et quia vtile eſt reip. Nobiles eẽ hoïes dignos maioribus ſuis. Hunc pene admodum accipiendum crediderim ſub eo, qui de natalibus reſtituendis inſcribitur, titulo vide Vallenſem li. 4. ca. 192.

l. cú plures. §. cú tutor. ff. de admi. tut.

l. 1. & 2. C. de Iure au. Anulorú

QVINTVS TIT. DE LIBERTINIS.

PRIMO hominú liberorú genere titulo præcedenti examinato: tranſitus fit ad ſecundú liberorú, qui libertini dicuntur, genus, ac ſecundú, q̃ tit. prox. circa finé data eſt, diuiſionis membrú. In cuius principio illud admonendú erit: nullá hic inter libertinú & libertú, quæ a Grãmaticis adſignata eſt, differentiá haberi, ut hic manumiſſus eẽ ſeruitute, ille ex hoc pgnatus dicatur. Quod tamé diſcriminis olim fuiſſe ex Suetonio in Claudi. facillime accepimus. Ait ení Ignatus temporibus Apii, & deinceps libertinos aliqñ dictos, nõ ipſos: q manumitterent, ſed ingenuos ex iis procreatos. Hoc tamẽ vel in primis notandum, etſi nihil, ſi definitioné vtriuſq̃ reſpexeris: inter vtrúq̃ nomé diſtantiæ ſeruet. alia tamé & alia in hoc q̃ in illo eſt ſignificatio. Per libertinú ení hoïs conditioné, ſicut per ingenuú: p libertum aút quendá ſignificari videmus priuatum reſpectú, ſicuti p patronú. Dixerút ergo eú: q ſeruus eſſet manumiſſus, libertinum: vti (quod ex Quintiliani orato. inſti. li. accipimus) Addictum, recepta libertate, ingenuum.

Libertus Libertinus

ET ITA haud difficile notatu fuerit arbitror: ingenuus & libertinus: patronus ité & libertus relatiua, dialectico loquẽdi more, eſſe & habẽda. Quorú ſane naturá illi eſſe tradunt: vt vno in rerú natura poſito, reliquú poni neceſſum ſit: & cognito diffinitione vno, & alterú pariter cognoſci, ac vtrúq̃ conuerſione quadá dici: veluti pater filii pater: libertus patroni libertus. Secundú q̃ Serui nõ eſt libertinus relatiuú: quoniá nõ ſerui, ſed patroni libertinus eſt. Q. d' ſi gloſ ſo matus eſt: meo certe iuditio ſua fallitur opinione. Cú potius vnú dixeris al

c.placuit 16.q.1.

terius eſſe deſcriptioné, interpretationemue. A qua nois interpretatione argumentú ſumere conſuerũt: quo & Ariſtotiles & Tullius vſi ſunt, a Græcis ονομα τικοσοβοσ. In hunc ſane modũ duci ſolitũ. Libertinus manumiſſus eſt. Manumiſſus nemini ſubiicitur. Libertinus ergo nemini ſubiicitur.

Homina ad aliq

FATEOR equidẽ & inibi pene relatiuorũ naturá verſari, quoniá vno vel poſito vel intellecto, & alterũ vel poni vel itelligi neceſſum ſit. Relatiua tñ ſibi inuicé nõ ſũt. Quæ a Dialecticis recte dici ſolét Ad aliqd; qm̃ id qd ſunt aliorũ eſſe dicuntur. Quicquid eni, inquiũt, in relatiõis natura dignoſcitur, id cũ alio cõſideretur neceſſe eſt. Quo circa cũ vnius relatiui nuncupatio mox ſecũ etiã aliud trahat: ad aliquid vnũ eẽ nõ poſſit per ſe. Cæterũ de hac re multa in Gorgia noſtro de principiis Dialecti. De correla tiuorũ (caue tñ dicas correlatiuũ qa dictio a latinis nũq̃ recepta) natura vide, quãtũ ad ꝓpoſitũ, Pan. i. c. i. locati. c. qa clerici de iure pat. c. fi. de iudi. Barto. l. fi. C. de iud. vi tol. Bald. l. nemo mart. C. de ſacroſan. eccle. At nolim hoc loco exiſtimari, vel ad finé, ignarus, eorũ, q̃ de diſcrimine iter libertinũ & libertũ loquaciſſime effudit Lau. iſte Vallẽſis glorioſus Thraſo, & q oino ſe dianæ Epheſiæ tẽplũ incendiſſe opinat, qd ſuffuciis quibuſdá, & falſo tñ Iuriſconſultos taxarit cui rñderé & hac in pte, niſi alias a nobis abũde & p me alios doctores occurſũ eẽt vide ipm li. 4. c. 162

correlatiuu nõ ẽ latina dictio:

¶ LIBERTINI SVNT.

l. manumiſſiones. ff. de iuſti. de iure & in. §. & cum vno Iuſtus Iuſtum

PRIMO col. eũ dici libertinũ, qui ſeruus ex iuſta ſeruitute manumiſſus eſt. l. libertini. ff. de ſtatu. ho. Id quod alias exponit Vulpianus hoc eſt, q ſeruus eſſe: ſubaudi manumiſſione: deſiit. Nec eſt, qd vocula iuſta multipharia hoc loco accipi poſſe cõtédant, quãdo pſpectũ eſt, & ab aliis quoq; ſcriptoribus Iuſtũ pro vero: & legitimo (vti hic) vſurpatũ. Pli. in præfat. ad Veſpeſianũ. Nos quidé oẽs patrẽ, te fratremq; diximus ope iuſto tẽporũ noſtrorũ hiſtoriá orſi a fine aufidii. Suetonius. Velletq; iuſti triũphi decus, vnde acquireret. T. Liuius li. I. In fines Romanos excurrerũt populádi magis q̃ iuſti more belli. Et idẽ alibi iuſti ducis ſpecié nactus. Alioqui etiá ſignificat, qd mediocre: cõueniens, mediũ tenẽs hinc iuſtá dicimus quẽpiá habere ſtatura, qui nec ꝓceritate aut craſſitudine aut breuitate aut excellit aut deficit. Vnde idẽ Liuius ſpecie iuſti exercitus pro vero etiá vſus eſt Flac. Ho. metiri ſe quẽq; ſuo modulo ac pede verum eſt. i. iuſtũ. Non eſt ergo aliter hic q̃ pro vera & legitima & ſoléni, exponẽda dictio. Immo neceſſitate ductus legiſlator ea iterſeruit dictioné, Ad ſignificandũ vtiq; eũ nõ dici libertinũ, ſed plane ingenuũ, q ingenuus, & perinde atq; ſeruus eſt manumiſſus. Nã illá ipſam manumiſſioné Imperator natalibus ſupra minime officere dixit, quá noſtri de facto, non iure factá aiunt eſt & eum in modũ accepta. l. I. ff. de teſtamen. in verbo iuſta ſententia & l. cũ filiofamil. §. finali. ff. de leg. 3. & l. omnes. ff. de integ. reſtitu. Id quod ſane etiamnũ tenet Azo, ille perdoctus in ſumma. C. de vindicta libertate.

Azo.

Manumiſſio

SECVNDO col. Manumiſſioné eſſe libertatis dationé, & a dñi ptáte liberationé, a iureq; gentiũ origené cœpiſſe. l. Manumiſſiões. ff. de iuſti. & iure. Quæ ſingula expones, vti p glo. hic & Io. Fa. & Ang. ET Diſtat aliquoties ab emã

ſcipatione: quod hæc ad filios, illa ad ſeruos referatur tametſi non ųųꝗ alterum vicem alterius ſuppleat. Quemadmodum ex Martiani alias verbis liquet. Cũ ait apud proconſules tam liberos ꝗ̃ ſeruos manumiſſum iri poſſe. Ita ſub tot. tit. ff. ſi quis a pa. ma. — l. 2. ff. de off. procon.

TERTIO col. ex uerbo ſecuti. q nouo emergẽt, nouis idigere remediis, nõ tiſꝗ morbis: noua cõuenire antidota: hoc eſt. Noua facta nouis indigere cõ ſiliis. l. 1. ff. de vent. inſpi. c. Cæterũ de iura. colũ. l. ſi ab arbitro. §. fi. ff. q ſatis co gunt. Solet enĩ, quod medicamẽta egritudinibus, hoc iura exhibere negotiis in Auth. Hæc cõſtitutio. colla. Octaua. INEPTIVNT igit, ac aniliter puera ſcunt, q vel eo leges ipſas dehonoſtare moliunẽ, qđ in dies pene ſuccreſcãt: & in ſyluã quodãmodo imenſam radices agant, garriẽtes, pinde atꝗ citra cau ſam vetterentur. In quo certe ſibi iniquiter mentiuntur, moreꝗ Andabatarũ cæcutientes, in alienoꝗ foro luctautur, ignorantes nimirum ſtolidi iſti homũ tiones: ac Analphabetici Archadii: optimi eiuſꝗ doctiſſimi iuriſcõ. Vlpiani verbum, quo quæ emergunt auxilio indigere, dixit. — Vide. Q. cur tiũ li. 5. vbi dicit nouis Initiis & ho[...] bus opus eſt l. fili⁹. §. fi. ff. de pcura. l. nõ eſt. ff. de trãſact. l. q ſitum. ff. qñ act. d peculi. i an. l. de ætate quoꝗ. §. ex cã. ff. de iter ro. act.

MVLTIS AVTEM MODIS

COLLIGE ex hoc, §. in ædibus ſacris manumiſſioni locũ eẽ. Aut quo in loco eſt & chriſtifideliũ cũ antiſtite cõgregatio, q alioqui p dictionẽ eccleſiã ſignificat: l. 1. & 2. C. de iis q in eccleſiis manumitt. eius ratione cenſent, ſi cauſa pietatem reſpiciẽs: quæ in eccleſiis fieri poteſt authore Petro de Anch. c. cum eccleſia. Et Bald. l. nemo. C. de ſacro. eccle. — Eccleſia

QVAESITVM eſt hac in parte. Primũ. An iudicia, & q̃ ad iudicia attinent in eccl'is expediri poſſint? Reſpõdi eccleſiaſtica: minime vero ſecularia. c. 1. & 2. de imunitate eccl. li. 6. & ſi fiunt, nullius ſunt roboris vt ibi pattet adde. c. qua fronte de appel. in Aut. c. 1. de Immu. eccle. c. fi. 2. q. 2. quæ Pannor. c. cũ eccleſia de actibus intelligit, quæ fiunt a iudice inibi per iuriſdictionẽ cõtentio ſam, Allegat Bar. l. actus. C. de feriis vbi conſtat actus ad voluntariam iuriſdi ctionem attinens in diebus feriatis fieri poſſe: argumentum ſubinde a tempo re ſacro ad locũ trahens ſacrum: Quod in iure noſtro validum eſſe idem do cuit. l. Diuus. ff. de feriis. Cauſam vere per iuriſdictionem contentioſam expe diendam, & eam piam non poſſe fieri in eccle. Abbas autumat, imo fore nul lum, quoniam iudex in tribunali ſuo procedere debeat. c. dec.

SECVNDVM fuit qſitũ. Quid de cõtractibus, in qbus iudex interuenit nul lus, vti i emptiõe, vẽditiõe. Locatiõe, & hoc genus aliis. Rñderũt Bar. & Guil. de cul. i. l. 2. C. de ſacr. ecc. & Gemini i. c. decet de Im. eccl. i. 6. inibi celebratos valere qdẽ: ſed pctm̃ cõmitti mortale. Sui dicti gl. i eo. c. citãtes, qm̃ ibi pceſ ſus tũ iuditiõꝗ & iniæ ifirmẽt nõ licere pœnalẽ, cuiuſmodi ea ẽ, cõſtitutionẽ extẽdi. p. c. i pœnis de re. iu. i. 6. l. ſi pſes. l. pe. ff. de pœnis. arg. l. hæc, §, qd ergo ff. de ſuſp. tut. de ptractibus vero q̃ cãm ptendũt ſpũalẽ, aut piã, dubitari haud pot. qn inibi fiãt & valeãt, & maxĩe, ſi cõtrahẽs tẽplũ tuto egredi nõ poſſet. Ve luti admonuere doct. l. 1. C. de ope. pub. De hoc qd dicã haud ſaneſcio. Cum i eo tã plerĩꝗ excellentes viri egregie cõuenerint. DEMIROR aũt: v. vno &

patebit Cornelius Tace·li·13.duas manumittendi quoq; ſpecies ſcribit inſti/
tutas, quas quia, hic referre haud ſane expediat, uolo eas uel apud ipſum lectũ
ire, uel Alciatum doctiſſi.uirum.li.3.diſpunct.ca.14. Quã deniq; rem doctiſſi *Alciatus*
me exequutus Vdalricus ille Zaſius iuriſconſultorũ non ſolum inter Germa/ *Zasius:*
nos oĩm facile celeberrimus: qui .ll. doctor excelentiſſimus non ſine magna
laude apud Friburgos Phryſios iura interpretatur ciuilia cui nimirum uiro ni
hil non iuris alũni debent. Et erit inibi ſane admonendũ nõ undequaq; (quod
tamen cauillabantur imperitiores nõnulli) perperam dixiſſe glo. Vindictã di
ci (& hoc quidem Seuerino Boetio authore) & fuiſſe uirgã prætoriã, qua ter:
iuxta ſolẽnitatem, ſeruus percuſſus liber abibat. Ad quod non obſcure uidetẽ
facere. Illud Perſii Saty. penul. Vindicta poſtquã meus a prætore receſſi. Nec
ab illo abſonat. l. & ſi minor uiginti. C. ſi aduerſus libertatẽ. IN CONTEX/
TV Tamen vindictæ impoſitio, qua libertas iuſta innuitur. Imponebatẽ enĩ
vindicta: ideſt virga libertatis a prætore. Illi aũt nomẽ eueniſſe a ſeruo quodã
Romanorum Vitelliorũ vindicio, aduerſus dominos eius Romæ libertatem
vindicante (illi enim vna cum Aquiliis iuuenibus pariter nobiliſſimis ad reſti/
tuendum Tarquinium ſuperbũ Lucretiæ interfectorem. Bruto tũc primo Ro
manorum conſule ſerio antea prohibente, cõiurabant) eaq; cauſa a populo li
bertate donato, & ſubinde pariter a magiſtratu aliis nequaq̃ obſcure hæc i ver
ba T. Liuius Hiſtoricorum maximus prodiit. Præmium, inquit inter alia, in *T.Liuius li. 2.ab vrb: cõ.*
dici pecunia ex aerario, libertas, & ciuitas data. Ille primum dicitur vindicta li
beratus, quidam vindictæ quoq; nomen tractũ ab illo putant. Vindicio ipſi
nomẽ fuiſſe, poſt illum ſeruatum, vt qui ita liberati eſſent, in ciuitatem acce/
pti viderentur. Hæc ille & eleganter & grauiter. Cum quo nimirũ conuenire
videtur Pomponius noſter, quãdo ſcribit Brutum primũ Romæ conſulẽ vin
dicias: hoc eſt (vt inibi glo. exponit) ſententias a vindice nuncupatas, ſecundũ
libertatẽ in Vitelliorũ ſerui vindicis perſona, qui proditionis coniurationem *l.2.§.initiũ fuiſſe.ff.de*
inditio ſuo detexerat, dixiſſe. Ex iis credo eos ſat defenſos, qui vindictam pro *origi.iuris*
apud iudicẽ manumiſſione, virgæ impoſitione interueniente, nuncupandã,
& vindicias pro ſententiis in libertatẽ aſſerentes dicendas, autumarũt. HINC *Vindico*
quoq; vindico a receptis video ſcriptoribus: pro libero, as, are, protraho; inq;
libertatẽ adſero ſæpius vſurpari. T. Liuius. A cuius inquit crudelitate uoſmet *T.Liuius.3. ab vrbe con.*
ipſos armis uindicaſtis. Tullius li. 2. ad Curionẽ cogita, quæ eſſe in eo ciue ac
uiro debent, qui ſit remp. afflictam & oppreſſam miſeris temporibus: ac perdi
tis moribus i ueterem libertatẽ ac dignitatẽ uindicaturus. Idẽ ad Cæſa. iunco.
Quo me una cum rep. in libertatẽ ut uindicaſſent idem in Cato. mai. Ne ab
omnibus eam uiciis uideat uindicarẽ. Caueat, qui latinus eſſe uelit: & haberi, *Vendico*
ne pro eodẽ ſit accepturus uendico & uindico (ut a noſtris ſæpenumero audi
ui) quando illud ſignificet rem meã eẽ aſſero hoc, libero: uti exim…s illuſtratũ *Cice.li 2. de orat.*
eſt Cice. quantum ego poſſem ab obliuione hominũ, atq; ſilentio vindicarẽ.
TERTIO col. Manumiſſionem ipſa fieri & per epiſtolam, & nuntium ad
illã tamen deſtinatum. præterea epiſtolã: & nuntiũ inter ſe quandã cognatio. *Epiſtola Nuncius*

nẽ,imo habere cōcordiã multo cōiunctiſſimã:qñ vnũ alterius officio plerũ/ꝗ fungat.Id qđ nō tã vero ꝗ aperto Paulus & Iulianus viri ſane iuris ciuilis cōſulutiſſimi arguerunt:vbi illi eos,q negotia vti emptionis & venditionis,& alia eius generis pleraꝗ gerunt,cōſentire omnino ſuſficere perdocuerunt.

l.1.§.fi.ff.d cōtra.empt. l.cōſenſu.ff. d act.& ob.

SVFFVNDANTVR igitur pudore,vel inhoneſtiore, oſores nōnulli nr̃i magniꝗ exiguæ noſtræ gloriæ ꝗ(utcũꝗ tenuis & exigua vel nul la eſt) nuper mihi apud quoſdã ineptiſſimos homuntiones inuidiã, veluti fumũ ignis parere cœpit:zoili,ſciolıꝗ clãcularii.quod nō admodũ cōcinne in noſtro de cōficiundis epiſtolis Syntagmate epiſtolã nuncio,& eregione nunciũ epiſto/læ cōtuliſſem, Videant nũc docticuli illi in re literaria pueri(vtcũꝗ ſint & ætate,& ſtatura,verbiſꝗ glorioſis ſat ſuperꝗ ſenes)quã male carpant, ſiniſtreꝗ. corrodant,deꝗ iis,ꝗ neſciũt,iudicarũt,& an nudis tantũ uerbis & nō legibus authorũꝗ teſtimoniis oĩ exceptione maioribus egerim ſumꝗ ſubinde actu/rus:quoad mihi hoc in cãpo equos flectere a deo illo opt.max.benigne dabitur.Nec a virtutis actione,quã inter oia expeto,malignatiũ quorũdã bipedũ me deterrebit maledicentia:verũ pluris apud me erunt viri & animi dexteritate clariſſimi & omni cũ morũ ſanctimonia,tũ omniũ doctrinarũ maieſtate. illuſtriſſimi:quibus nimirũ me ſolis ſtudui,ſtudeboꝗ,donec cũ literis,& alias mihi negotiũ ſit,placere:quibus demũ me,meaꝗ probatum iri ſperauerim omnia:quum & antea,quæ a nobis,uel inuitis,ædita ſunt:illis adriſiſſe non una ex pte acceperim:id qđ mihi mercedis plane loco ducẽdũ cenſuerim:qñ nō ultima laus ſit,principibus placuiſſe uiris illiſꝗ ꝓ uirili rem facere gratam.

SILEO HIC vanã & anilẽ prorſus diſceptationem eorundẽ noſtrorum zoiloꝝ,quã mei corrodendi,noſtriꝗ literarii laboris deuenuſtandi gratia:inter epiſtolã & literas multitudinis numero differentiã excogitare,aut(qđ utiꝗ melius dixeris)ſomniare moliti ſunt.Blaterãt quicqd,ac quoad uelint. Dico ipſe literas,cũ mittunt:ab epiſtola nuſꝗ & nũꝗ diſtare,& ab authoribus receptiſſimis qbuſꝗ citra diſcrimen uſurpari. Quod uel apud Ciceronẽ unicũꝗ huiuſce rei principem ſexcentis pene in locis docebere.Faceſſant igitur mi/ſelli iſti grãmatiſtæ, & ualeant ut merentur.Vos hic iſtis ſtudioſiores admo/nuerim,alios manumittendi modos ex allegatis p glo.in hoc.§.colligẽdos.

Literæ Epiſtola

¶SERVI VERO A DOMINIS.

COLLIGE Seruos a dominis ubiꝗ locorũ(honeſtorũ tamẽ)manumittẽdos.l.nō eſt oino.ff.de manumiſſis u indicta.Rationẽ pronũctiãti eſſe putant,qđ manumiſſio uoluntariæ ſit iuris dictionis,quæ ut uult Ange.poſt gloſ.in.l.ut ſupra,iudicem pro tribunali ad ſui perfectionẽ haud quaꝗ efflagitat:ſecus tamen in ea,quæ cōtentionis eſt,iuriſditione.l.a procedente iudice.C.de dilationibus.Non enim,quæ contentioſæ ſunt iuriſdictionis,niſi in figura iudicii & iudice pro tribunali ſedente exerceri poſſunt.l.2.ff. de off.pr.quã ſane rẽ Iaſon poſt alios hic doctiſſime proſequitur.

Vide.l.2.§. dies.ff.quis ordo in.bo. poſ.eſt ſer/uandus

HOC VELIM loco obſeruandũ,eſſe nōnullos qui legendũ cẽſent.Serui uero a dominis ſemp manumitti ſolẽt.Equidem quos mihi cōtigit aut legere

aut uidere, Codices: uidi oēs & ſingulos continere ſæpe & nō ſemp. Quid uere dicā in promptu nō habeo, nec e ueſtigio auſim, qd' tot tantiq; uiri tā lōgo tempore approbarūt: refellere. QVAESITVS tamē ingenue reſpōdeo: uoculā ſemper q̄ ſæpe magis mihi lenocinari: cū qd' ſæpe dictio ſit aduerſatiua, quā hic locū habere nō crediderim: tū qd' uox adeo, mox ſubſequēs, emphaſim q̄ſi tpis ſubnotare, & recte qdē: uideaē: & neſcio qd loci: una cū tēpore, cōplecti. Si iſthæc nr̄a poſſit ſubſiſtere opinio: nō abſurde hic uideri queat Aretinus tractare huius uoculæ ſemp (q̄ tps ſignat cōtinuū.) ꝓprietatē: ſed (niſi fallor) aniliter cum ea dictionem quandocūq; conferre, quum uel mediocriter eruditus maximam unius eſſe ab altera agnoſcat diſtātiam. Vide Cynum in. l. 1. ff. de ſo. mat. Et alios in. l. Gaio. ff. de Aliment. leg. Sæpe Adeo Semp quandocunq;

LIBERTINORVM AVTEM.

PRIMO col. ex hoc. §. omnes hodierno tempore libertinos una: eadēq; cōditiōe perfrui, utcūq; multiplici quondā: ueluti ex cōtextu ſubinde ſua imperator ſerie declarat. Alia enī dediticia, alia latina nuncupabaē, & Romana alia. Quarū ſane dictionū, q̄ antiquitatē ſapiūt multo uetuſtiſſimā & expōnē & originē uidebitis ī cōtextu & eiuſdē gloſſematis. De quibus ipſi in libro nr̄arū Iſagogarū. 40. non paucula, & meo nimirū iuditio ad rem plurimū attinentia: diximus: quo quemlibet remittendum duxerim. Dediticii Latini

SECVNDO col. ex uerſi. Latinos aūt. in uerbo. Et omnē. Rebus principalibus peremptis extingui: & ea pariter q̄ acceſſionū loco ſunt. l. cū principalis. l. nā q̄ acceſſionū. ff. de pecul. leg. c. Acceſſoriū de reg. iu. in. 6. l. nō dubiū. C. de legibus. Itē §. liberis. Inſti. de pupil. l. Lucius. ff. qui poti. in pig. l. Aurelius §. legatū. ff. de liber. le. C. de prudētia extra de dote poſt diuort. reſti. c. ſi diligenti de fore cōp. Et eſt huic regulæ veritatis locus, vt tradūt Dynus & Ioan. And. tā in principali inducēdo, q̄ tollēdo & cōfirmādo. Præterea eādē ſcias regulam tenere veritatē, quādo eadē eſt Ratio Id quod Bartolo placuiſſe video, nec Baldū repugnaſſe, nec diſſenſiſſe Alexandrū in cōſilio. 4. in prin. penul. col. li. 1. regulā exemplo illuſtrare cōuenit ſecūdū. c. ſi ſu p gratia li. 6. vbi morte cōcedētis gratiā nō extinguitur gratia, ita etiānū nec executoris eiuſdē gr̄æ officiū. Archieps. Flo. i. c. acceſſoriū in parte. 1. ſūmæ cōtritione, q̄ in penitētia principalis a Theol. diciē ſ regulā declarat. Remota enī cōtritiōe: nullius ſūt & ualoris cōfeſſio & ſatiſfactio, q̄ ad illā acceſſoria habēē. Latius uide Iaſonē. l. 1. C. de iuditiis & i. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Griſogonus. ff. de uerb. obl. multa eā ad rē cumulātē. Præterea uideas philippū DETIVM i. l. cū principalis. ff. de re iu. ꝓceptorē meū ſubtili & illuſtri ingenio pollentē. Ad finē iuriſalūnū tyronē admonitū uelim. Illud alteri dici acceſſoriū qd' huius ornandi gratia, uel in melius diſponēdi adhibetur, ueluti Gēmæ phialis auro argētoue inclusæ. Hinc neſcierim quo modo gloſſa in. l. 2. ff. de pecul. leg. ſuis fore verbis fidē velit, quū regulā eo dixerit moderamine accipiendam, niſi acceſſiones ſint aut pretioſiores, aut plus q̄ principali redditus habeant, ideoq; in aliud loci, ac temporis, quod reliquum eſt interpretationis, reſeruabimus. l. cū principalis. ff. de reg. iur. l. nihil dolo. §. cū principalis. ff. de reg. iur. l. ita ſtipulatus. ff. de ver. obl. l. nō dubiū C. de legib' Confeſſio Contritio Acceſſoriū. & ſi nō ſūt ff. de auro & arg. leg.

SEXTVS TIT. QVI ET QVIBVS CAVSIS MANVMITTERE NON POSSVNT.

ORATORIO nimirū more, tacite hoc ſub titulo occurritur quæſtioni. Auditis enim antea aliquot manumittendi modis, non iniuria ſubide quæri poterat. An cuiuis dominorū, & quauis ex cauſa manu mittendi copia ſit. Interrogatis igitur Imperator occurrens inquit debitori in fraudē creditorū & ei, qui viginti ſit minor annis manumittere haudquaq; ex lege Helieſcentia (quā ita a primo eius latore nominatā opinantur) licere.

Helieſcentia lex

¶ NON TAMEN CVICVNQVE.

PRIMO col. ex huius titu. principio. Nemini in fraudem ſuorum creditorum manumittendi eſſe copiam: ſiquidem ita lege Helieſcentia cauente. l. in fraudem. ff. qui & a quibus manumiſſi liberi non fiunt & l. i. c. qui manumittere non poſſunt.

SECVNDO col. nullum actū, quātūuis pium cum detrimento alterius valere. l. Aſſiduis. §. fi. c. qui potiores in pig. hab. c. cum cauſam de præbendis in Aut. vbi pro vnius beneficii integratione, alterius beneficiū diuidi non debet & ita eſt. l. pariter in arg. l. fi. §. illud. C. de codicill. FIT DENIQVE hoc modo Adagioni, quo dici ſolet locus. Altare vnū non eſſe diſcooperiēdum, vt alterū cooperiatur. Nec amico inſeruiendum in alterius amici præiuditiū DECIDITVR etiamnū quæſtio, Num priuilegiato fauendum ſit cōtra pariter priuilegiatum. Minime. de quo Bar. in Auth. quas actiones. C. de ſacro. eccle. Pan. c. in præſentia de probationibus. Et. c. cum cauſam vt ſupra. DISSOLVITVR præterea hac in parte quæſtio nō tam pulchra q̄ vtilis, qua ex me, cum a ſacerdotibus tum a non ſacris iniciatis quæſitum memini. Vtrū ex re, deoq; gratum fiat. Si diuitibus quicq̄ rapiatur, & ſubinde egenis largiatur, aut in aliū quēuis actum pium cōferatur, ut pleroſq; ſtolida mente Idiotas credere memoria habeo. Nequaq̄ ad id ipſum operis, largitioniſq; proficuū deoq; optimo acceptum fore ex hoc vel ſolo. §. colligere eſt. Adminiculatur pariter, imo definit eum ad modum Diuus ille Auguſt. non vno ſane in loco. Deniq; hoc quæſtionis enodatur perbelle admodū in. c. forte Aliquis. 14. q. 5. QVO FIT vt eam nihili valere Elemoſynam ſanctæ prodiderint literæ, q̄ ex male q̄ſitis: vtpote rapinis, furtis, latrociniis, vſuris, Symonia, ludo, aut aliqua hoc genus via atq; fraude. c. non eſt putanda. 1. q. 1. Et per totū. 14. q. 5. quæ enim ex ſcelere fiunt oblationes, domino abominabiles ſunt, quæ nimirū magis dei Opt. Max. magis iracundiam irritāt, quam placāt. De iuſtis itaq; laboribus dei cauſa offerendū eſt. Siquidē, lege dicēte, quæ illicite acquiſiuimus, nec in bonis ſunt noſtris, nec noſtra quidem. Sunt tamen, qui hæc ad hunc modū cenſent moderanda, vt de illicite acquiſitis Elemoſyna fieri poſſit, ſi horum non detur aut repetitio aut dominium ſit tralatum, veluti, quod meretrici datur: repeti non poteſt. l. Idem etſi. §. quoties. ff. de conditione ob turpem cau. Quod autem ui extortum eſt, uti per latronem nunq̄ transfertur, eoq; inde fieri queat Elemoſyna nulla.

Auguſtinus li. de ver. dn̄i tract. 35. & i Omeliis Prouerb. 15. Eccleſi. 24. Prouerb. 3. l. cū duobus §. fi. ff. p ſo.

Vide in ſumma 14. q. 5.

Tertio

TERTIO col. Non oīum, quæ iure poſſitiuo aut cauentur, aut cōſtituuntur, aut decernuntur oportere, nec poſſe rationē reddi. Id q̄d plane ex verſ. Quia lex Helieſcentia impedit, accipimus. Solū enim lege, inquit, ita eē cautum. Simile eſt in l. 1. §. Initiū. ff. de poſtulādo. Vbi prætor ætatem, quæ cōſtat ſeptē & decē annis moderatam ratus eſt ad procedendū in publicū. nec ſuæ opinionis aliquā ſubiungens rationem. Quod nimirum miratu dignū Accurſio inibi videtur. Sic quoq; demirari poſſet quare præſcriptio, quare Vſucapio tanto tempore & non vel maiore vel minore fuerint inductæ. Veluti cōſtitutum legimus. Inſtitu. de vſucap. & in l. cū ptor. §. nō autem. ff. de iudiciis. Quæ nimirū vel vniuerſa videntur ius ipſum naturæ impugnare: quāq; inibi & ff. eodem, Iuriſlatores ea ex bono eſſe publico cuncta, ne. ſ. quarundā rerū diu, & fere ſemper incerta dominia eſſent velint ſicq; ſat eſſe rationis, quando vtiq; dominis ad inquirendas res ſuas ſtatuti temporis ſpatium ſufficeret. Et ita non ex æquitate, naturali, ſed cōmuni omniū vtilitate, quemadmodū & omniū ſeruitutū, ratio ſumitur. Quo ſane pacto aliud bonū, q̄ æquum videri ſolet. Id quod & alias haud obſcure obſeruatum eſt. Vbi, etiā bonū fuerat mulierem, q̄ ſe ipſam marito cōmittit; res etiam eiuſdem pati arbitrio gubernari: attamen, quia legū authores æquitatis cōuenit eſſe fautores nullo modo muliere prohibente; viros in paraphernis Imperatores immiſcere voluere. Nō ergo Accutiſſimo Accurſio mirandū fuiſſet, quum æquitatis ſimplicis, aut boni publici aliquā vidiſſet poſſe rationē adferri: Maxime, quando alibi cautū eſſe legiſſet, rationes eorū, quæ a maioribus cōſtituerent, rationes inquiri haudquaq; oportere: alioqui multa ex iis, quæ certa eſſent, ſubuerſum iri. Adde, iudici nō de legibus, quando ſunt & inſtitutæ & probatæ, ſed ſecundū eas licere iudicare: quoniā, quod principi placuit, legis vigorē optinet. l. 1. ff. de cōſti. princi. Inſtitu. de iuſti. & iure. §. ſed & quod principi. IN SVMMA. Qui cauſæ cuiuspiā deciſionē probauit lege, non cogitur legis ſemper adferre rationē. Quandoquidē hæc ipſa dicere poſſit (vt eſt apud Iuuenalē) ſic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. Ea propter minus mirari, vti pluſculi, ſoleo Innocentiū iuris pontificii interpretū longe principem alias dicentem. Vani eſſe capitis, qui diceret magiſtratum ſine cauſæ cognitione præcipere nō poſſe: præſertim in iis, quæ ad eius prouintiam attinerent. 7. q. 1. c. quia frater. Vides ergo iis, quæ legibus, vel a maioribus ipſis diſponuntur non ſemper nec debere nec oportere reddi rationē. VERVM eueſtigio a curioſis occurrit per. c. Si quādo de Reſcriptis. Vbi Rauennati Archiepiſcopo præcipitur, vt vel mandatū coadimpleat, aut rationē, qua id ipſum nequeat iplere: reddat. Quo ſane argumētum eſt, ex re futurū: reddi omniū rationē. Præterea & alio in loco dice. memoriæ proditum, legē ratione conſtituendā, eamq; ratione vel ſola cōmendandam. Quid ergo? Num legis diſpoſitionis rationē, & omnium, quæ iure agimus, reddendam inficias ibis? Ne igitur lis vel me iudice, in certamine ſit manſura perpetuo, facile putem reſponderi poſſe. Nō vtiq; eſſe, vel faltē cōſtitui legem debere, quæ ratione quapiā vacet: quippe, vbi rationem non ſui au-

l. nō oīum. ff. de legib.

l. 1. ff. de vſu cap. & præ.

Sic pariter. l. 1. ff. d neg. geſ. l. cū natura. ff. de con. iudi.

l. hac lege. C. de pactis cōuentis. l. placuit. C. de iudiciis

l. & ideo. ff. de legibus diſ. 4. ca. in iſtis

c. ad aures de tpe ordinat

c. cōſuetudo §. 1. diſ. 1.

In Auth. vt de functi ſeu los.

Ratio — guſtiore, ſed largiore recepérimus ſignificatione. EST enī ratio, ꝓprie uis anī

August. li. 2 de ordine — mi illa, qua a cæteris diſiungimur aīantibus cunctis: & a. S. Aug. hæc ī uerba de

finita, ut ſit mentis motio ad ea, quæ diſcutiunt̄: diſtinguendi, & cōiectendi po

Tullius li. 2 ad herēniū — tens. Quā uel ante a Tullio definitā ſcimus. Eſſe cauſam, qua, qd̄ intendimus,

Cauſa — breui ſubiectione uerum eſſe demonſtramus. Quē Seneca ſequutus: rationem

niſi naturæ imitationē non eſſe aliud: citra quā bonum eſſe nullū: quippe quū

uirtus non ſit, niſi recta ratio. Alioqui & uulgo rationē pro cauſa: qua aliquid

excuſatur ſic uel ſic factū aut euenire, accipi minime ignoramus. Cicero in Ca

tone. Cū aūt ad Cibiſtra, propter rationē belli, qn̄ꝗ dies eſſem moratus. Hæc

nimirū poſterior, illa prior. Ambas deniq̧ legumlatoribus in mente fuiſſe du/

bitari nequit. In dubiū haudquaq̧ uenire poteſt: quin ii ſemꝑ cauſam habue/

rint cuiuſlibet legis cōſtituendæ impulſiuā, eamq̧ ab illis reddi potuiſſe: a no/

bis aūt nō itidē, nec ī id neceſſitatis cogēdos. Quibus uero & de qbus: ac quā

do ratio ſit depromenda breui ita ex Iuriſcōſultorū cōmentariis collegimus.

PRIMVM aduertēdū putarim, An in quæſtiōe ſit utrū de omnibus quis ra/

tionē reddere cogatur? Aut ne poſſit omniū adhiberi ratio? Primo nimirum

c. cū cauſam de teſtibus — caſu, eū teneri aiunt oīm dare rationē, ſi officio, quo fungitur, expoſcit: uti te

ſtē. Secūdo aūt caſu haud itidē: quoniā diuinorū ratio reddi raro poſſit nec

requirenda. Vel. S. Paulo teſte. Et alibi. c. Nabuchodonoſor. Et ibi gloſ. &

Arch. & recentiores pleriq̧ oēs. Subinde uero de iis quæ uel ingenio uel ratio/

ne cōſiſtunt naturali, ratio utiq̧ dari poteſt. Velut cū quid facere iubeor: quod

me facturū haud ualere occurro. Certe, cur nequiuerim, merito cauſam ſub/

neſtē oportet. c. ſi quādo de reſcriptis. Sunt deniq̧ quæ in principū: maiorūq̧

uoluntate ſunt, & de iis nō poſſe ſemꝑ adhiberi, nec oportere rationē conſtat.

Quem in modum accipiendam uelim. l. nō omniū &. l. & ideo. ff. de legi. nō

tamē credendū: ut ab iis aliquid abſq̧ cauſa cōſtitutū ſit, quæ uel ab ipſis uel

etiānū a nobis aliquoties dici haud poſſet, neīpe quod oī eſſet iuri abſonum

nec illud a priſcis illis nec a νομοθετισ. Cuiuſmodi apud Græcos fuere Solon,

Dracon, Minos, Lycurgus: Apud nos Pompeius, qui legem tulit Pomp. Iu/

lius legē Iul. Cornelius Syl. legē Cor. hocq̧ genus aliis: nec a legū interpreti/

bus, uti fuere, quorū in pandectarū libris noīa ſunt notata, nec, inquā, ab illis

illud unq̄ cogitatū: utpote legem quāpiā, quæ cauſam, qua cōſtitueretur, deſi

Vergilius. 6. Aenei. — deraret, ferre. Id etenī ſi quiſpiā aut cogitaſſet, aut egiſſet? nō imparem illi cē/

ſerē: quem Poeta ſapiētiſſimus apud inferos his ſub uerbis notauit. Vendidit

hic auro patriam, dominūq̧ potentē Impoſuit, fixit leges precio: atq̧ refixit.

Ideo eundē haud iniuria dignū, qua ille ibi excrutiatur, pœna diudicarim.

Cicero in Phil. 5. & 3 — Eiuſmodi extitiſſe Antoniū Cicero in Phillip. arguit. Præterea eo pariter la/

Tribunian⁹ — boraſſe uitio Tribunianū illum iuris authorē apud Iuſtinianū Imperatorē au

Suidas — thoritate maximū Suidas græcus (ſed quid nō græcia mendax audet?) alias ꝓ

Iuuenalis — didit: quippe, quē eo uſq̧ auaritiæ deditum dixerit, ut ius & phas venale habue

rit: quoniā ſingulis diebus & leges tulerit, lataſq̧ reuocarit: quēadmodū vſus

indig entiū: a quibus pecuniam emungeret, poſtulare uideretur. Quod etiam

ex Procopio. belli Perſe facillime colligi poteſt. Cuius huc verba tranſſcribere
ſuperuacuũ foret. Suffecerit hic nõ ignorare, legem ſemp, cauſa quadam im-
pellente, ſtatuendam, & legem ipſius dei opt. max. ac naturæ præſcriptũ, quo
ad fieri poteſt, omnino ſequẽdam. Quum autem lex vera: atq; princeps apta
ad iubendum: & ad vetandum: ratio ſit (vt doctiſſimo Platoni, ſecundumq; il
lum, Ciceroni: nulla plane doctrina inferiori, placuit) recta ſummi Iouis, neq;
cum literis: quibus ſcita ſcribũtur, aut oriatur: aut occidat: neceſſum cui nõ vi
deri poſſit, ſi ut diuina mens ſumma lex eſt, ita eam, cum in homine ſit, perfe-
ctam in ſapientis eſſe mente. Quandoquidẽ, quæ ſunt aut variæ, & leges ad tẽ
pus deſcriptæ, populi magis fauore q̃ re legũ nomẽ merẽtur Omnem enim,
inquit, M. Tullius, legẽ, quæ quidem recte lex appellari poſſit, eſſe laudabilẽ,
quibuſdam talibus argumentis docent. Conſtat profecto ad ſalutem ciuium,
ciuitatumq; incolumitatem, vitamq; hominum & quietam & beatam, inuen
tas eſſe leges, eoſq; primum eiuſmodi ſcita ſanxerint, populis oſtẽdiſſe ea ſe
ſcripturos atq; laturos, quibus ille aſcriptis ſuſceptiſq; honeſte beateq; viuerẽt
quæq; ita cõpoſita ſanctaq; eſſent, eas leges uidelicet nominarent. Ex quo ſane
intelligi par eſt: eos q pernitioſa & iniuſta populis iuſſa deſcripſerint, cum cõ-
tra fecerint, q̃ polliciti, profeſſiq; ſint, quiduis potius tuliſſe q̃ leges, ut perſpi
cuum eſſe poſſit etiã ipſo noĩe legis interpretãdo ineſſe uim & ſentẽtiã iuſti &
iuris colẽdi. Eſt igiť (ut alibi etiã diximus) lex iuſtorũ, iniuſtorũq; diſtinctio ad
illã antiquiſſimã, & rerũ omniũ principẽ expreſſa naturã, ad quã leges hoĩum
diriguntur, quæ ſupplicio ĩprobos afficiunt, defendunt & tuenť bonos. Et q̃ id
nõ cauetur lex, eã nõ puto non modo legẽ habendã: ſed ne appellandam qui
dẽ. Perperã ea ꝓpter uidenť mihi leges uel eo inculpare: quoniã ſibi ipſis non
cõſtent: mutentur: abrogentur: nouæ rurſus condantur. Nemo Aedepol eiuſ
modi uariationẽ legis uitio recte uerſurus eſt, imo, qua hæc ipſa ſit uarietas,
rationẽ penſiculans dicet ea nihil eſſe: nec æquius nec iniuſtius. Oportet etenĩ
aliquoties uel publica aliqua utilitate interueniente, uel bona quapiã ratione
ſuadente, quod cõtra tenorẽ legis rationis eſt, legis latorem cõſtituere. Fieri au
tẽ haud putẽ: ut ſine euidenti utilitate lex introducetur noua aut ab eo receda
tur iure, quod diu uiſum ſit aut æquũ aut iuſtũ. Sæpenumero etiã meminiſſe
uelim: legem oportere tẽpori: perſonæ, rebus, & hoc genus aliis cõditionibus
ĩſeruire: & qdẽ adeo: ut Innocẽtius ille tertius ſcite mihi dixiſſe uideri ſolet. Nõ
debere reprehẽſibile iudicari: ſi ſecũdũ uarietatẽ tẽporũ: ſtatuta quoq; uarienť
humana, ꝑſertim cũ urgens neceſſitas uel euidẽs utilitas id expoſcat: qñ deus
ille opt. max. legiſlator: ex iis: q̃ in ueteri inſtrũmento ſtatuerat in nouo nõnul
la, mouẽte ad hoc cauſa, ĩmutarit. In q̃bus ſane oĩbus cautos atq; prouidos,
bonoſq; eſſe admonuerim: qui legũ executioni præſunt, quiq; mũdi, regionũ
ciuitatũ: hominũq; curã & adminiſtrationẽ gerunt: ne quid ſtatuãt, qđ a rõne
abſonũ cẽſeri poſſit. Eſt eni magiſtratuũ (quo equidẽ noĩe ſignifico, q aliquo
ĩ rep. officio funguntť) ut ꝑſint, ꝑſcribãt, q̃ recta & vtilia & cõiuncta cũ legibus
ſũt. Debẽt eni ita magĩratus ꝑeſſe ꝑpſo: uti leges magĩratibus. Qđ adeo uerũ

Procopi⁹ li. bel. perſi.

Plato

Cicero li. 2. de legi.

Lex

l. nam & demoſthenes. ff. de lege. l. 1. ff de Iuſt. & iure.

l. ius ſingulare. ff. de legi.

l. ĩ rebus. ff. de conſti.

c. non debet de conſang. & aff. c. ſcãdũ. 29. diſ.

c. erit autẽ. 3. diſ. c. quis ignorat. 32. q. 3. c. ſicut. 4. diſtin.

Magiſtratus

Vt p. l. ſub tit. ff. de magiſtra. cõue.

Cicero li. de leg. 3.

duxerim, vt hoc apud me verbo diuagatiſſimo verius pene habeatur nihil. Ma
giſtratū legem eſſe loquentē, legem aūt mutum magiſtratū. Ergo iuſtis & bo
nis doctiſq; opus eſt in rep. magiſtratibus, ſine quorū iuſtitia, bonitate doctri
na, prudentia ac diligentia eſſe ciuitas in flore nō poteſt: nempe, in quorū de
ſcriptiōe omnis reip. moderatio cōtinetur. Ex paucis aūt & iiſdē optimis ma
giſtratibus unū eundemq; omnino ſingularē ad imitandū tibi eligendū uelim
MARINVM GEORGIVM Senatorē, Venetū, anno ſuperiore Patauii
Prætorem, uirū tam omni uirtute: literiſq; & genere nobilem, ut neſciā illiue
parē aut uiderim aut unq̃ cognouerim. Dixerim itaq; felicem rēp. in qua bo
nus eſt, qui imperat, modeſtū qui paret. Eſt eni in ciuitate nō tam imperandi
magiſtratibus, quā etiā ciuibus obtemperandi opus modo atq; pſcriptione.

¶ LICET AVTEM DOMINO.

PRIMO col. ex hoc. §. Ea quæ dicta ſunt moderari. Quando quidē lice
re domino: uel creditorum diſpendio, ſeruū, quē habet, manumittere;
eumq; ſibi, ſi alius nō ſit, paupertate impellente: neceſſariū (qui ita uoca
tur, qm̄ is velit, nolit heres eſſe cogit) heredē inſtituere. l. 1. C. de neceſſariis ſer
uis heredib. inſtitue. l. qui ſoluendo. ff. de heredi. inſtit. C. l. ſi is qui. ff. eodem
l. In fraudem. ff. de militari teſt. vbi nec miles, vtcunq; alioqui multis gaudēs
priuilegiis, ſeruos vno plures, inſtituere heredes non poteſt. Sin plures nomi
nati fuerint, qui primus eſt ſcriptus, heres liberq; erit, nunq̃ omnes in fraudē
creditorum. Cuius & gloſ. hic meminit.

Neceſſarius heres

SECVNDO col. Paupertatē aliquoties prodeſſe vti hic. Et. l. ſi quis ad decli
nandā, §. ſin autē nullus. C. de epiſ. & clericis vbi nimirū relicta in pias cauſas;
xenodochio, quod cæteris eſt magis pauper, diſtribuenda ſunt. l. illicitas. §.
fi. vbi. Præſidi indulgetur ppter inopiam, quæ illicita, ductus auaritia, exegit,
nec ab eo locupletiore demū repetenda. Cæterū, poteſt & ipſa quandoq; pau
pertas (intellige humano more) nam quod ad deū opt. animæq; ſalutē, ea, ſi
modo patienti ſuſcepta fuerit animo, nūq̃ nec obfuit nec oberit: nempe quā
nuſq̃ nō a ſanctiſſimis viris, tum a pauptatis, humilitatiſq; magiſtro Ieſu chri
ſto deo opt. cōmēdari legimus: quaq; ſine cœli regnū poſſidere quenq̃ credi
nephas ſit. Hinc iure Ioannē, quiſquis tandē fuerit: & Cynum illum ſubſannā
rim, qui ſe a paupertate: perinde atq; malo internectiuo, cuſtodiendos deum
magnopere rogarūt: qppe quæ nullibi: & nūq̃ proficua ſit. O ſtolidi, O Epi
curei delicatiſſimi: O male iuris hac in parte cōſulti, minimeq; eam ob rē phi
loſophi: aut vix philoſophaſtri. O modice fidei. Sed qd pluribus alibi latius
Nōne lege cautum ſcitis, philoſophos, quales vtiq; iuris alumni, ſunt, eſſeq;
debent, pecuniā cōtemnere, verum paupertatē colere debere, alioqui fictā ad
ſeuerationē detegere? hinc poteſt, inquā, ipſa quādoq; paupertas, itelligi hu
mano more: apudq; homines: maxime in negotiis forēſibus & iudiciariis no
cere, parūq; habere: imo minus, q̃ diues gratiæ & fauoris: vt eſt in habenda fi
de, vt in Auth. de teſtibus. §. Sancimus. coll. 7. vbi nimirū pauperi teſti, quem
pecunia corrūpi poſſe, ſuſpicatur, nō tantū fidei, quantū fidei locupleti habe

Matth. 12
Math. 5.
Luce. 6
Paupertas
Pauper
l. ſi qs ad de clinandū §. ſinautē. C. de epi. & cle.
l. in honori bus. §. philo ſophis. ff. de vacat. iniu.
l. 1. ff. de iuſt. & iur. l. ſed & reprobari §. de philo ſophis. ff. de excuſ. tut.

ti ſolet. Quod & alias Caliſtrato iuris authori viſum eſt: quãdo in teſte aduertendũ cenſeat, an locuples? an egenus ſit: nempe cauſam adnectens, ne lucri cauſa quid facile admittat. Ita pariter eſt in. l. Spadoné. §. fi. ff. de executi. tut. Quã q̃ iudici nõ ſemp id obſeruandũ velint: quoniam ſæpenumero non tam ex facultatibus, q̃ fide ipſa & moribus teſtem idoneum iudicamus. Inſtitut. de ſuſpect. tut. §. fi. &. 4. q. 243. c. ſi teſtis. §. item te. Conſueuit plerũq; ipſius propoſiti ratio haberi. l. cum hi. §. in perſona. ff. de tranſact. De iis tamẽ omnibus, ne Cramben toties ab aliis recoctam recoquẽ, ſubindeq; Nauſeam cuipiã ſim permoturus, te ad Angelũ hic Aretinũ remitto. qui (&, vt mea fert ſententia, bene) in quæſtione, qua quæſitum eſt, an proſit aut quãdo noceat paupertas, fauoremq; emereatur: audiendum putat. An de fide, aut onere, aut donatiõe, aut remiſſione pœnæ, rogetur. Nimirum: ex iis aliam & aliam cum reſpõſionem tum ſolutionem ſequi pleriq; cenſuerunt. Quis autem, quãtum ad humana pertinet iura, pauper dici poſſit, ſuo, & quidem magis conuenienti loco: expediemus. Hoc dumtaxat loco breuibus admonuerim verbis, diuitem & pauperem plerũq; dici aliquem ſecundum perſonæ qualitatẽ, pendereq; plurimũ in iudicis arbitrio. Id quod Baldo alias video non diſplicuiſſe, nec Angelo a veritate alienum videri: veluti & ipſi deinceps recenſebimus. Vide tamen interea gloſſatorem, reliquoſq;, poſt ipſum interpretes. In Auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Scio non abeſſe, qui ſcire concupiſcũt, qua poſſit via, aut quo modo, aut paupertas aut opulentia probari. Quibus haudquaq̃ hic reſpondeo, verum Bartolũ doctiſſimum ſuaſerim legendũ, in. l. ſi conſtante & inibi Alexãdrum, Romanum, Angelum, Aretinũ, Iaſonẽ, & in. d. l. repetitione. Ioannẽ Crotum ſubtiliſſimo virum ingenio, & facundia redundantem. ff. ſoluto mat. Suaſerim & legend. Alexan. in cõſi. 15. incip. viſo proceſſu. li. 3. Areti. conſi. 13. quorum equidem ſcriptis doctiſſimis vnum modo illud addiderim. Eũ alias gloſ. teſtẽ non idoneum cenſuiſſe, qui tanti non habeat in bonis, quanti ſit, in qua producitur, cauſa, & ſic eius ob paupertatem fidei derogari. Cuius tamẽ gloſ. dicta velim accipienda eo in caſu, quo pauper vna cũ diuitibus teſtibus deponeret: tunc enim non inficias eundum, quin diuitibus maior, quã pauperibus adhiberetur fides, quoniam paupertas quodãmodo teſtiũ fidem ex parte infirmaret. Alio vero in caſu, quo huiuſmodi teſtium cõcurſus non fuerit, putarim pauperi teſti (ſi modo legitima & honeſta ſit perſona) æque atq; diuiti ſtandum. Quam fermie opinionem obſeruaui tenuiſſe Pepum Florentinũ doct. in repe. Auth. Præterea. in. 14. carth. C. vnde vir & vxor.

l. 3. ff. de teſtibus. l. nõnulli. ff. de accuſat.

l. nec ei. §. 1. ff. de Adop. Auth. de teſti. §. 1.

l. arg. 1. §. fi. ff. de iure. de lib. l. ſi qs ad § fin. C. de epi. & cle in Auth. de here. & fal. §. Hinc nobis col. 1.

In Auth. de here. & fal. §. ſi vero abſint col. 1. in verb. ſubſtãtiam

¶ IDEMQVE IVRIS EST.

PRIMO col. ex hoc. §. libertatis in nomine obmiſſionem, ſeruo, q heres inſtitutus eſt, nequaq̃ impedimento fore, quo minus ſit liber. l. quidã. C. de neceſſariis ſeruis. ET VELIM hic animaduertendum glo. nõ admodum bene contextũ, in verbo. Noua ratione cenſura notare, quoniam eam non eſſe nouam rationem, ſed ipſam fuiſſe legẽ antiquam. Immo ex aliqua veterum lege cautum reperitur, Eum ſeruum minus libertate perfrui: in

l.qdā.§.cū igi.C.de ne ceſſ.ſeruis

culus Inſtitutione libertatis dationis mentio facta eſt nulla. Verum inter pri/
ſcos dubitationis, contentioniſq; plurimum fuiſſe offendimus. Vtrum ſi quiſ/
piam ſeruum ſibi ſine libertate heredem ſcripſiſſet, is tandem heres eſſet futu/
rus. Quo nimirum in certamine in diuerſum itum eſſe Iuſtiniani conſtitutio/
ne(quam hic, & bene, vna cum ratione nouam appellat)alias euidenter admo
nemur. Imperator ea propter(cuius hæ ſunt in primis partes)eiuſmodi anti/
quorum altercationem relinquens, aliam, & quidem nouam rationem, mo/
dūq; eius deciſionis alium inuenit, qua eum ea inſtitutum forma & heredem &
liberum fore decreuit. Ratio autem ea ipſa exiſtit: quod nunq̃ teſtatorum vo

Inſti.q.dari. tut.poſ. in prin.l.&ſi nō adſcripta C.de fidei cō.lib. l.generaliter §.ſi quis ſeruo.ff.de fi/dei.libe.l. ita vulgo.ff. ad l.g.Aq.

luntatis veſtigia: non ſint ſeruāda. Teſtatorem autem voluiſſe hoc ſane modo
inſtitutum eſſe pariterq; liberum non eſt, qui, ſalua humanitate, dubitare poſ/
ſit. Quando alias ſeruus filio pupillo ſine libertate tutor datus fauore pupilli
libertatem conſequutus ſit. Cur non idem vel etiam paulo plus & fauoris &
humanitatis libertati concedamus? Præſertim non ignari multa contra iuris
rigorem, authore Vlpiano, pro libertate eſſe conſtituta ipſumq; libertatis gra
tia, quæ omni re in toto terrarū orbe maior & habetur & eſt: cunq; nullo, q̃/
tumuis pretioſo theſauro, comparabilis ac permutanda. Et quam (ut inquit
Hiſtoricus in Iugurt.)nemo niſi cum vita manumittere velit. Hinc eſt, vt hac
etiamnum parte mentem omnino teſtatoris ipſam ad libertatis præſtationē
pius humanuſq; Imperator referendam voluerit: vtcunq; forte eius extiterint
tempeſtate, qui illiuſmodi inſtitutionem.ſ.mentione dandæ libertatis non fa
cta eſſe nullam contenderunt. Ex iis noſtris verbis Fabri commentatoris, alio/
qui ignaui verborum proprietatis, expoſitoris expoſitio in verbo noua, tuta/
bit qui alias ſuo, citra anchoram, capite audacter fretus, & in inquirendis re/
rum antiquarum hiſtoriis(quantum mihi videre videor)perparum exercita/
tus, ſæpenumero falſa pro veris: maxime quando ſit de rebus geſtis aut verbo
rum ſignificatis, negotium, doceat, & adeo mira aliquoties fingat, ſomniat/
q;, vt vaniora quidem ſomnia ne Eudymioni in ipſius ſuo lethargo obuerſata
crediderim: immo ne vaniora quidem foliis ſub omnibus vlmi opacis, ac in/
gentis in medio inferorum ramos: annoſaq; brachia pandentis (vbi ſedem
ſomnia vulgo vana tenere ferunt)hærere putem: Vtcunq; minime ignorem
inibi & Centauros, Scyllaſq; biformes, Geminum item Briareum, beluam
q; Lernæ, Chymeras, Gorgones, Harpyaſq;: & id deniq; genus variarum fe/
rarum monſtra ſtabulare. Sed præterit fortaſſis haudquaq̃ virum iſtum ſane
optimum, & in aliis profecto non vndecunq; indoctum. Somnii duas eſſe por
tas, Corneam, ſcilicet vnam, qua vera egrediuntur. Eburneam alteram, qua
falſa inſomnia, veluti fabrilia, cœlum conſcendunt. Quæ profecto non ſtu/
dio detrahendi, aut nois iſti diminuendi libidine iocatus ſum, ſed vt noſtræ
profeſſionis interpretem optimum quenq; admonitum velim, vt tam ſibi nun
q̃ fore velit arrogans: impudenſq;, quo quicquam ad rem attinens in re tam
ſcrupulis q̃ periculis multo pleniſſima ſine legis alicuius munimine, aut cuiuſ/
piam recepti ſcriptoris teſtimonio adſeuerare præceps ſit: vti pleriſq; in locis

ab hoc viro bono factum obſeruauimus: Tametſi eius hic expoſitiuncula m[illegible] minus ſugillandam tentarim: quam tamen in dictionē ratiōe iuſtius, & aptiu collocaſſet, Tyroneſq; docuiſſet.

RATIONEM ALIQVANDO modum, viam, formam ſignificare, vt hic ſit ſenſus. Sed noſtra conſtitutio noua ratione ideſt nouo modo, alia humanitatis via, atq; forma. Ita Saluſtius: At ego vobis rationem oſtendam, qua tanta iſta fugiatis. Ratio Via Saluſt.

NEC MIRARI quenquam velim: quod in eum audeam hanc ipſam di ctionem modum exponere. Quoniam iure id me facere oſtendi poſſe pu tauerim Græcorum authoritate. In Adagio apud illos extat ἐν τριόδῳ εἰμί λογισμῶν: hoc eſt: In triuio ſum conſilii. Nonne, quæſo, via inibi pro ratio ne conſilii ponitur? Vtiq;. Dici nanq; illud ſolet verbum in eos, qui dubitant, quiq; animi incerti ſunt, hæſitantes quid potiſſimum eligant. Inuenies & eam ita dictionem vſurpari ab Euripide in Hecuba τῶν ὁδὸν βουλευμάτων: ideſt: Tuorum viam conſiliorum. Theognis ἐν τριόδῳ ἕστηκα: ideſt in Triuio cō ſiſto. Non igitur incongruens erit. Si via pro ratione conſilii poni cenſuerit ediuerſo rationem pro via, modoq;, vt diximus: ſine repræhenſione acci pi. Si eſt qui in hoc ſe ſperet negotium quid magis accomodatum adferre primus ero, qui idipſum æquiſſimo ſit animo exoſculaturus. Ab aliis profe cto doceri, nunq̃ nec reformidabo nec verecundabor.

SECVNDO COL. Conceſſo quopiam, uideri & ipſum pariter conceſ ſum, ſine quo illud explicari non poſſit. leg. 2. ff. de Iuriſdictio. om. Iudi. l. Ad legatum. ff. de procurato. Vbi dato ad petendum legatum manda to procuratori, datum itidem cenſetur de tabulis exhibendis mandatum. Simile in. l. Ad rem. ff. de procu. Vbi procurator rei mobilis petendæ manda tum habens, habebit idemq; ad exhibendum actionem.

POSSEM HOC LOCO SEXCENTA FERE PRONVNCIATA quæ alii notabilia dicunt, coaceruare, niſi iam pridem in animo ſtatuiſ ſem, modo, quæ Tyrones inſtituerent, breuitate quadam: obſcuritatis refuga, referre. Ea autem, quæ uel data opera prætereunda duximus, abun de, & Chryſipeiis propemodum aceruis collecta, legere eſt inter cæteros in doctiſſimis, In leg. 2. ff. de Iuriſdictio. om. iudi. commentariis doctiſſimo rum iuris peritorum. FRANCISCI CVRTII Iunioris & SEBA STIANI SAPIAE, amborum meorum In iure ciuili Papiæ, ubi maxima auditorum frequentia uterque ordinarie (ut aiunt) matutino tem pore leges ante biennium, quum hæc ſcriberem, profitebatur, præcepto rum nullo unquam tempore ob miram ipſorum iuris: aliarumque rerum cognitionem, & mirificam in me humanitatem pœnitendorum, meren tur nimirum, ut non modo uiuant, ſed ut diutiſſime, beatiſſimeque, ui uant, ipſe cum omnibus bonis optem, magnopereque deos immortales obteſter. COLLEGERVNT ILLI INTER PLVSCV la alia ex ea. l. Eum uelle omne quod antecedit, qui uult quod ſequitur. Pronūciata Notabilia Breuitas Franciſ. Curtius Sebaſtianus Sapia

Econtrario. Eum, q̃ vult añs, velle quoq; neceſſariũ omne conſequens. Quo ſane motus Baldus in.c. Tranſlato de conſtit. decidit, vendita vacca, cenſeri pariter venditum & vitulum, qui herbis nondum paſcatur. Quanq̃ noſtrates & municipales noſtri eam nunq̃ non ſententiam approbent, in ipſamq; pedibus pene eant: tamen legem habet repugnantem, quæ velit ancillæ venditoré partu euicto, de euictione conueniendum, quia partus non ſit venditus. Et paulo poſt neget venditoré vaccæ teneri, ſi vitulus euincatur. Ergo facile Baldi opinionem quiſpiam robore deſtitutam dicet. Etſi & ille alias legem habeat, quæ haud parum ſuffragari videatur. Quæ, quoniam præſentis haud ſint negotii, miſſa faciamus: lectorem remittentes ad Barto. ad. l. 2. & alios. ff. de iuris diſti. om. iud. Et Iaſo. Ibidem Feli. c. ſuper literis. col. 11. de reſcrip. c. Præterea de off. delegati. Paulum Caſtrenſem in. l. Ticio centum. ff. de demon. & cond.

l ſed etſi poſſeſſori. ff. de iureiurã.

COLLIGVNT Præterea, Aliquo prohibito, cenſeri prohibitum pariter, p quod ad illud peruenitur, quodue inde ſequatur. Pannor. c. cum infirmitas de pœni. & remiſ. Ancillatur Geminiani deciſio non illepida. c. fin. diſtin. 30. vbi carnibus veſci prohibitus, olera quoq; cum carnibus cocta non rite comedet. Hoc ipſum corroborari validius videtur per. c. deniq; ſacerdotes. diſtin. 4. quod ſtatuit carne veſci vetitum, prohibitum etiamnum veſci illis, quæ ſementem originemq; a carne ducũt: veluti, ouis, caſeo, lacte. Nec refragatur. c. presbyter. 83. diſtin. quo carne vti prohibitus: non audet nec ſanguine, nec ouis, nec lacte vti: Quanq̃, neſcio quid garriat gloſ. inq̃ contrariam eat opinionem in. c. admonere. 33. q. 2. in cuius nimirum ſententiam iuiſſe Bartolum, alioqui omnis iuris occulatiſſimum non ſatis non poſſum mirari: quum non videam qua ratione ex eo poſſit contextũ ſibi conſtare. Id quod tamé in præſentia doctoribus relinquo diſcutiendum: ne cuipiam impudenter cum ſeniore Entello Dares manum conſerere viderer: nempe qui nouitius ipſe Tyro iure veterano locum ceſſerim, tumque maxime, vbi in ſeniore plus q̃ iuuene præſumptum ſit eruditionis. Nemini ſane me æquauerim, ſileo cuiquam vnquam ſim prælatutus.

l. 1. C. de erogat. militaris Anno li. 12.

INSVPER nec probarim quæ hoc loco notanda cenſuit Angelus. Huius, vtpote. §. diſpoſitionem humanitate tantum: non autem iuris ſubtilitate ſibi locum vendicare. Immo, ſi eius verum eſſe pronunciatum velis, male dixerim illum ſubinde notaſſe. Conceſſo aliquo, etiam cenſeri illud, ſine quo primum eſſe nequeat conceſſum, veluti pauloante diſſeruimus. Ex hoc profecto nemo poteſt haud elicere iuris decreto, & non humanitate ſolum hoc ſequi diſpoſitionis. Id quod rite intelliges ex pauloante a me notatis, quando gloſ. Ariſtarchi virgulæ ſubiecerim. Neceſſe autem fore, eum oportere eſſe liberum, quẽ heredem ſibi teſtator voluerit: non ab Apolline quodam natatore, ſed ab imperatore Iuſti. hac in parte accerſenda fidei eſt authoritas. Quid enim quæſo aliud hæc ſibi volunt verba? Cum non eſt veriſimile, eum, quem heredem ſibi elegit, prætermiſſa libertatis datione, ſeruum remanere voluiſſe, neminemq; heredem ſibi futurum?

VELIM DENIQVE lectionis ſtudioſum pariter ſcire, eundem Ange. haud ineptiter hic collegiſſe. Neminem in dubio viā ſuæ voluntati aduerſantem ſibi elegiſſe videri: verū perperam in fidei tutamen accuiſſe. l. 4. (eſt aūt. 3.) ff. de teſta. militis. Qua nimirū lege potius illud obſeruatur Duobus in re quapiā munitus remediis, vno fretus non ilico alteri renunciaſſe iudicādus eſt; ſed magis vtroq; vſurus propter fortuitos caſus. Ceu etiā alibi decidit. Faciens, puta, paganus, teſtamentum in ſcriptura adiicit. velle hoc etiā vice codicillorū valere. Certe nullus ſani capitis dixerit, teſtamento imperfecto: codicilos ob id in huius locum nō ſucceſſuros. INIBI vero Bar. illud collegit ſententiæ. Quod ex noſtra pendeat uolūtate, nos facere, quanto poſſumus optimo, omniq; iure valiturū. Cuius & alibi Dynus, & Speculator meminere: inq; dubiū alias coegere queſtiones. Rectius igitur Angelo ſuffragarentur. II. Quod vel doctioribus demum relinqui non incaſſum ſit arbitror. l. ſi miles ff. de mil. teſt. l. poſt mortē. §. 1. ff. qñ ex facto. l. ſi dñm. ff. d furtis. ſpe. ī tit. de arbi.

IN FRAVDEM AVTEM.

PRIMO ex hoc. §. col. Eum in fraudem manumittere creditorū, qui vel manumittēs ſoluendo nō eſt, uel facta manumiſſiōe ſoluēdo eē deſiturus eſt: cōcurrentibus tñ & cōſilio & fraudis euentu. l. ſi qs cū haberet. ff. quæ in fraudē credit. l. i fraudē. ff. qui, & a qbus. vbi cā qua ignorari ſæpe cōſueuit a nobis facultates noſtræ, refertur. Alibi tñ aliter Iuriſcōſultus interpretatur clauſulā, In fraudē creditorū manumittere. Q d' ſuo loco diffuſius explicabimus. l. 1. C. q manumitti nō poſſunt

MODO NON ignorandum velim ea uerba. Quæ in fraudem: deincepſq; cætera, omnino. Authore Vlpiano generalia eſſe, eamq; ob rem omnem ſub ipſis, in fraudem alienationē, uel quemcūq; cōtractum, ſiue acceptilatione, ſiue pacto liberationē contineri. Hinc te puto facillime collecturum alienandi in fraudem modos: quos numero ſex Angelus hac in parte multis ſane verbis accumulauit. Quem, ſi volueris, merito leges. Alienare in fraudem l. i. §. 1. &. §. 2. ff. quæ in fraudem

SECVNDO col. In delictis atq; maleficiis, voluntatē, non exitum ſpectari. l. verum. l. illud. ff. de furtis & . l. qui iniuriæ. ff. eod. l. quod reip. ff. de iniuriis. l. 1. C. de ſiccariis. l. 1, §. 2. & . l. Diuus Adrianus. ff. de ſiccariis. Recte igitur Iuſtinianus eum ſolūmodo, uel contra veteres rigorem iuris emulatores, fraude manumittere intelligi ſtatuit, cuius euentus cōſilium ſimul acceſſiſſet. Quod & eleganter alio in loco Iuriſcon. notauit: quando fraudis interpretationem in iure ciuili non euentum dumtaxat, ſed conſiliū pariter deſiderare cenſuerit. Nō tamen e ueſtigio credas malefacti abſq; euentum, uel cuiuſq; alterius maleficiū nō puniendum. Quādoquidem leges ipſum aliquoties, præſertim, ubi aliqua poteſt aduerti interueniſſe culpa, ueluti in. l. lege. ff. de ſicca. puniunt: nō tamē, qua, ſi facto conſiliū acceſſiſſet, pœnam irrogāt. Cæterum, arbitror abſq; ratione in dubium verti, quod pluſculis paſſim legibus ad vnguem deciſum reperitur, nec de eo iure dubitatur, quod nulli pene cenſuerim eſſe non notiſſimū: hinc huiuſce rei finem merito appoſuerim l. fraudis. ff. de reg. iuris

SED SVBIIT alia quæſtionis ſeries, cuius me ſæpicule a viris non vndequaq; vulgari pditis ingenio rogatum memini. An. ſ. ex malefaciendi volūtate a

l.aut facta. ff.de pœnis. c.aut facta d pœnitē.diſ.1 Punienda l.cogitatio. ff.de pœnis c.cogitatio. ff.d pe.diſ.1 Voluntas

quopiam ſumi poſſit ſupplitium: & ſic cogitationi ſuam eſſe pœnam, & facto uoluntatem collatum iri? Reſpondi, & quidem nunc breuibus occurro: Iure utroq; pœnā mereri, aut facta, ut furta, homicidia: aut dicta, uti cōuitia aut ſcripta, ut famoſi libelli aut conſilia, uti coniurationes. Inter ea autē haud quaq; numerari uoluntatē: ipſam proinde: ueluti & Iuriſconſultus cenſuit, pœnā pati nullā. Hinc puer adhuc illud a pleriſq; adagium uſurpari recordor. Cogitationes a uectigalibus eſſe liberas: quo nimirū accipi conſtat uoluntatis pœnā licere neminē pati. Cæterū, rem equidē non ita prima ſtatim fronte undequaq; ueram crediderim, ac diſcriminis nonnihil in uoluntate faciendū, finaliterq; uno dicendum uerbo. Voluntatem, cogitationeq; ipſam, quæ idem, quod uoluntas, notat, cū ſuis eſt contenta terminis: ideſt quoad in cogitātis ſola eſt mente: cæteris aūt incognitam, minimeq; perſeuerans in malo, nec quouis pacto ad effectū progreſſa: nulli nimirum pœnæ obnoxiam: Authoritate. l. fugitiuus & l. ſæpe. §. ita dubitatum. ff. de uerbo ſignifi. l. qui autem. ff. de iis qui nota infa. Vbi quī operas artis ludicræ gratia locauit, & non prodiit, infamia nō notat. Ecōtrario aūt ſi ipſa uolūtas ſuis, hoc modo, uti diximus, terminis cōtenta nō eſt, pœnā plerūq; luit. l. ſi qs nō. C. de Epi. & cle. Vbi capite plectēdū ſerio cenſuit Imperator, q virginē veſtalē, nō rapuit ſed rapere modo tentarit. Ita. l. qſqs cū. C. ad leſæ maieſtatis, vbi q cogitāt, criminis læſe maieſtatis eus eſt. In. l. tn̄. l. §. beſtias. ff. de poſt. Poſtulare ꝓhibet q modo opas ſuas ut depugnaret, in theatro locauit, ſiue depugnarit ſiue nō. Et illud ita ſerio decretū autumarim ob turpitudinē quæſtus, nā ſi nō locaſſet, & nihilominus depugnaſſet, nullam infamiæ iniuſtionem cœpiſſet. Quid? quod alibi punitur, qui accepit vt negotium faceret, & ſiue fecerit ſiue non fecerit tenetur? Hactenus iuris: tam pontificii q̄ Cæſarei authores ſum imitatus. Diffuſius videre eſt apud Pannor. c. cum voluntate de ſententia excon. & c. cum dilecti, de Accuſat. doctores iuris ciuilis in. l. inter omnes. §. recte. ff. de furtis. Baldū, & Salyce. in. l. is qui cū telo. C. de ſicca. Iuris item Pontificii docto. & gloſ. in. c. Nuper, & c. fi. de Bigamis. c. cū ab homine de vita & ho. cle. Vbi dici ſolet quicquid agunt homines: intētio iudicat omnes. QVID AVTEM in eo quæſtiōis genere Theologi: quorū hæc eſt arena, vel veteres illi vereq; germani ſenſerint, neſcius haud ſum: nempe, inter quos conſtat, omniq; ex parte cōuenit facti eū eſſe mali reū, qui eius firmam habet perficiundæ voluntatem: verum facultate obſtante: voti eſſe compos nequit. Quandoquidē: ſi cui, inquit, Aurelius ille Auguſti. etiā non contingat facultas concubendi, cū coniuge aliena, tamen planum ſit eū aliquo modo, cupere: Etſi poteſtas detur, eſſe facturū, nō minus reus ē, ac ſi in facto deprehenderetur. Et paulopoſt. Voluntas enim, non opus remuneratur. Adde ſan. Cyprianum, eundemq; virum omnis doctrinæ ſanctioris excellentiſſimum, voluiſſe, deum ipſum iuſtiſſimum Cayn fratricidii damnaſſe: priuſq̄ iſte illud facto perpetrarat. Et eundē quoq; quenq̄ martyrii corona decorare, tametſi ipſum minus conſequatur, quippe, quod mente ipſa conſtaret. Hieronymus quoq; magnus veræ fidei, eccleſiæq; catholicæ doctor: omnem omni

c.diuortiū d pœni diſ.1. l. & generalif. §. 1. ff. d caluūniatoribus Auguſti. i. li. de lib. ar. Hieronym. in Eſaia

nõ iniquitatem, iniuſtitiam: oppreſſionem, ſanguiniſq; iuditium homicidiĩ in
ſtar gladio perpetrati cenſuit, uoluntate enim inibi occiſionem iudicari factá
Tranſeo Origenem Sanctarum literarum interpretem multo prudentiſſimũ. Origenes ho
Cuius certe ſententia, Impias contra deũ cogitatiões & nepharios ſenſus quoſ me.1.in ge/
q; ante dei conſpectum in extremo iudicio poſitum iri minime dubitandũ ſit: ne.ca.1.
Nimirum, ut & iis ſuus pariter locus a domino tribuatur. Quam autem recte,
uereq; is docuerit Diui Pauli Apoſtolorũ principis facile eſt accipere ſcriptis. San.Paulus
Quibus traditur in homine eſſe cogitationes repugnantes: alias. ſ. accuſantes,
alias defendentes, has qui in die: chriſto ad iudicandum ſedente, habebit, ſal/
uandum, illis coinquinatum, fore ſupplitio obnoxium. Quid multa? Quum
Chriſtus redemptor noſter ueritatis magiſter, immo ipſa ueritas a qua omnis
theologica ſcriptura uel unico plane uerbo & cogitationes aliquando factis
cõparandas, pœnãq; illis pro re parem dandam, ſerio cõmonſtrarit? Audiſtis,
inquit ille, quia dictum eſt antiquis. Non Mechaberis? Ego autem dico uobis,
quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiſcendũ eam: iam mechatus eſt eã
in corde ſuo. Quid ſibi hæc uelint: non Hercle opinor ſit, qui neſciat. Qua
igitur re iamtandem hoc de negotio rite canetur receptui. Sed quid receptui?
Minime. Cum tantum ſubiiciendæ obuerſetur materiæ, ut in tergo etiá Ore/
ſten ne finiri quidẽ poſſe exiſtimẽ. Materiæ, inq̃, quæ: neſcio, riſum magis, an
fletũ iure optimo cuiq; cõmouere debeat & poſſit. Ego Mediuſfidius nõ poſ/
ſum nõ ſatis meas ſolius haud modo, ſed iuris etiãnũ oĩs dolere partes obor/
tiſq; pene lachrymis deflere uices quando uideam tam male: & ſiniſtre omni/
bus legum tyronibus, uel adultis pariter, qui aliquantiſper in omniũ longe no
biliſſimæ ſcientiæ gymnaſio uerſati ſunt: militibus conſultũ: legeſq; ipſas ſan/
ctiſſimas adeo pernitioſe adminiſtrari: ita, ut quæ in omniũ ſalutem, totiuſq;
terrarũ: haud unius tantum uel ciuitatis uel regionis reip. incolumitatem con
ſeruationemq; latæ, iam pridem uel coactæ (quia perperam a ſuis acceptæ in/
terpretibus) in uniuerſorũ hominũ totiuſq; mũdi ſtatus mortem: internitionẽ
& demolitionẽ eẽ cœperũt. O rem nũq̃ ſatis demirandam: O rem auditu indi/
gnam, dictu horrendam: O rem intellectu turpem? O ſacratiſſimæ leges: ubi ue Legum laus
ſtrũ officiũ? Certe Tenebris: a male ueſtri peritis: cymeriis aut altiſſima ſub ter/
ra occultũ. Sic uos genus humanũ regitis, gubernatis, defenditis, ſic ad bñ, btẽ
q; uiuẽdũ ꝓficuæ? Nõ utiq; uos, q̃ ĩ æqtate eſtis & moderatiõe totæ: ĩprudẽtia
deniq; & philoſophia & ſapiẽtia totæ, nõ inq̃ uos ĩ culpa: ſʒ uñi legulei (Eſt aũt
ĩ hac mihi pte ſermo cũ ueteribus illis qbuſdã gloſſatoribus & cõmẽtatoribus
quos alloquor: utẽs Apoſtrophi: nõ aũt cũ nñi ſeculi iuris doctoribus: quos cre
diderim ab hoc eẽ uitio alieniſſimos) uerba modo, qbus ſignificamini nõ ſen
ſum quẽ ꝑtenditis & uirtutẽ callentes, barbariei: nõ alicuius latini ſermõis gna/
ri: hancq; uobis notã inuſſerũt uoſq; cicatricibus deformarũt, & uel nõdũ ſciẽ
tibus odio fecerũt. Cũctiſq; adeo uſq; odioſas reddidere: ut nũc in oĩum pene Legum cõ/ moda
ſit aliud ore nihil: q̃ oĩa legibus puerti, iriq; peſſum. Scilicet iſthæc uroꝝ eſt in
uos alũnorũ gratitudo: hiſce uos numerib⁹ accumularit, hãc uobis mercẽdẽ p

ſoluent?nempe, Scorpionẽ pro perca reddẽtes,quos ipſe vel ſolæ(qđ nec iſti inficias iuerunt)ad maximos honores,ad ampliſſimas dignitates,gloriã, atq; honorẽ euexiſtis.Quibus præterea officia,magiſtratus,ciuitatũ gentiũq; gu/bernacula tribuiſtis.Qui deniq;, vobis ducibus, veſtroq; ſuffragio(ſed vereor p phas atq; nephas)oĩm ſibi rerũ diuitias,theſauroſq; pecuniarũ ingẽtes coa/ceruarũt,domos magnificas cõſtruxerũt,hortos ac porticus depinxerũt,om/neſq; illarũ partes vndecũq; auro decorarũt,tãtũq; abeſt,vt quiſq; eorũ aliquã vel inopiã vel paupertatẽ,donec vita functus eſt,perpeſſus ſit,vt veſtro ſolo du/ctu:veſtraq; authoritate opulẽtiſſimi principibus pluſculi ſint vel adæquati:vel cũ illis & regibus,pontificibus,ĩperatoribus,in altiſſimo rerũ dignitatũq; faſti/gio collocati.Et ſũmatim veſtro ſuffragio tãti & habiti,ac eouſq; euecti vt illi ſoli digni haberenť & idonei,q̃bus cõtentiones,& lites,cauſæq;, vel perq̃ gra/uiſſimæ delegerenť:&(qđ Hercle maximũ eſt)qui ſoli in hominũ capita aiad/uertendi poteſtatẽ haberent,forentq; morũ,iuxtaq; flagitiorũ cenſores perpe/tui.En q̃ bene,munificeq; filii veſtri de uobis parentibus omniũ multo idulgẽ/tiſſimis optimeq;,& munificentiſſime meritis merentur?Quã rite veſtrã uobis exhibuere reuerentiã:nempe,quorũ fuiſſet,uos ſtudio,doctrina:induſtria ubi/q; illuſtrare,turpiter nuſq̃ nõ cõtaminarũt,deturparũtq;.Cæterum,inquiunt, iſti.Cur ita?Nauſea,Quæ excãdeſcẽtiæ acerbioris anſa?Quid ſceleris ipi?Q.đ aduerſus leges machinati ſumus criminis?Qua re de legibus ipis,deq; iure ſciſ/ſimo adeo ſumus perperã,&(ut tu ais)nequiter meriti?Nolite,q̃ſo,rogare,qđ toti pene mũdo eſt tam notũ q̃ qđ notiſſimũ,neq; uos ipſi ignoratis,quippe, qđ data ſane opera perpetraſtis.Sed qđ,inquitis:illud ipſum?Fraudẽ,inquã, legibus feciſtis,eamq; cæteros,q uobis uſi ſunt p̃ceptoribus inique pdocuiſtis. Fraudẽ legibus fecimus?Iſtud q?quaue re,dic,obſecro?Quoniã,reſpondeo: legũ uerba amplexi contra ipſarũ uolũtatẽ eſtis niſi.Quũ id eſſe voluiſtis, qđ hæ fieri omnino noluerũt.Quid qđ etiamnũ contra leges feciſtis?quando:q̃ illæ prohibuerũt,ipſi impudenter feciſtis.Qui hoc,inquitis,fieri poteſt?Non ne leges callemus?Nequaq̃.Quare?Quoniam earũ minime accepiſtis ſen/ſum.Veritati dicitis me parcere?Immo hoc non facio,verũ Apollinis oracu/lo me puto veriora dicere.Nũqđ leges cenſemini intelligere,quũ verba mo/do earũ tenetis?Nũq̃.Cũ Celſus ille veſter ſcire leges docuerit,nõ eſt uerba ea/rũ tenere,ſed uim ac poteſtatẽ habere.Nõne ipſi inquitis:idẽ nos ſciuimus.Mi/nime,inquã.Ignorãtiæ cõmõſtra locũ.Tẽpus ſi ſuppeteret,otiiq; tantũ dareť non locũ,ſed loca,non ſingula aut bina,ſed uel ſexcenta huc tranſciberem:q̃ uel cuncta uos peruerſitatis reos peragerent,cuiuſq; uos ex officio:meaq; per/motus profeſſione incuſaui teſtimonium adferrent omni profecto exceptio/ne maius,Sed ne omnia hic accumulem,iuſtoq; ſim(contra morẽ meũ)lon/gior:uno dũtaxat hic loco,erroreq; educto uno cõtenti erimus:eoq; adeo inſi/gni indelibiliq;,ut ipſo cõmiſſo,a nulliſq; hãc in diẽ animaduerſo,ſine nume/ro fe:me leges turpiter peruertiſtis,laceraſtis,ob eamq; rẽ authores fuiſtis, ut longe iampridẽ tempore,quod iniuſtũ fuerit, iuſtum eſſe cenſuiſtis.Id quod

Iuriſconſultorũ dignitas

l. cõtra leges l.fraus.ff.de legibus

l.ſcire.ff.de legibus

q̃ grande ſit facinus, neſcio an quiſq; aut verbis aut literis cõſequi queat. Ad rem vt aliquãdo veniamus, Quo vnq̃ magiſtro, quo authore, qua Grãmati-ca; Quibus latini ſermonis inſtructi canonibus auſi fuiſtis, hac in parte, in præſenti paragraphi: in cuius ſumus interpretatiõe. Voculã, cõſilium, pro eo, qđ ſolet cõſultori dari: hoc eſt, pro ſuaſiõe, exponere, interpretari, adſeuerare? Et quo veſtra nulli nõ opinio eſſet notiſſima notatu magnopere dignum, ex hoc verborũ contextu: ex cõſilio manumittẽtis: iudicaſtis. Præcipientes nota, quẽ teneri de cõſilio. Bone Deus: quo diuertiſtis? Vnde iſthæc hoc vobis loco in mentẽ? Quorum cõmemorandorum nihil hic eſt cauſæ. Quo in errore vos? Quod tenditis itineris? Erratis mirũ in modũ & adeouſq; exorbitatis a tota-q; via deflectitis vt putem, nec Vlyſſem illũ Græciæ ducẽ: nec Aeneam Troia-norũ principem tam eminus vel in maxime ĩportuno mari diuagatos: vtcũq; illos Nymboſus Oryon in vada ſæpenumero cæca tulerit, & procacibus, vt ille ait, Auſtris per inuia ſaxa diſpulerit. Qui vos vnq̃ ſaluã hancce expoſitio-nẽ veſtrã tuebimini, vt hoc loco. Conſilium ſignificet ſuaſionẽ, aut qđ datur roganti conſiliũ? Tu ergo, inquitis, hãc negabis ſignificantiã illi ipſi vocabu-lo conſiliũ? Tm̃ abeſt, inquã, id faciã, vt vel puer adhuc ex Cicerone oĩs latini-tatis multo principe didicerim, inq; hoc vſq; tẽporis memoria teneã. Cõſiliũ eſſe aliquid faciendi, nõ faciendiue rationẽ excogitatã. In qua porro ſignifica-tione hic oportuerat vos exponere. Eſſe deniq;, qđ cõſiliarius petenti in par-tit. Quo ſane modo ipſi hac parte accipiendũ, ſed piaculari ſeducti errore pu-taſtis: quãq; alias æque vti aliud ſignificatũ illi cõueniat voculæ cõſiliũ. Ita Li-uius li. 2. bel. puni. conſilia, inquit, deinde cõſulis exequebaĩ. Idẽ lib. I. ab vrb. cõſilio etiã additus dolus. Saluſt. in Iug. neq; illi res vlla, neq; conſiliũ: aut quiſ-q̃ hominũ ſatis placebat. Idem in bel. Cat. cuius cõſilio tantã rem eſſet menti-tus. Cicero li. 10. epi. Ad Atti. Caio Cæſari. Quæ quidẽ cõſilio prouideri po-terũt, cauebunĩ. Quẽ ſane admodũ millies apud authores, & quidẽ vulgatius legitur. Ita nimirũ accipiẽdũ velim in regula: qua cauetur. Neminẽ ex cõſilio teneri, ideſt eũ non teneri, qui alicui: ſine fraude tamẽ & dolo: quicq̃ ſuadet, qđ illi ſubinde infeliciter ceſſit. Author Caius Iurecõ. Nemo, inquiens, ex cõſi-lio obligaĩ, etſi nõ expediat ei, cui dabitur: quia liberũ eſt cuiq; apud ſe explo-rare, an expediat ſibi cõſilium. Vbi Aedepol pro ſuaſiõe, quã ſæpe in re anxia amicos vel prudentes quoſq; petimus. cõſiliũ accipi ſolet, & in multis aliis, q̃-lis videnĩ aduerſari, legibus, quas ſuperuacaneũ eſſet huc reducere: neq; vobis de hoc dubii eſt aliquod, quũ (vt mihi videtur) arbitremini: id dictionis ipſum cõſiliũ aliud nõ habere ſignificatiõis. At toto erratis cœlo. Non equidẽ ſic ac-cipiendũ eſt in hoc noſtro paragra. vbi nulla poteſt nec ĩtelligi nec eſſe nec fin-gi aliqua pſuaſio. Sed (adeſte æqui, pauciſq; attendite) interpretandũ eſt conſi-liũ pro, animo, mente, ratione, ſententia, propoſito, ductu, iuditio, occaſiõe, ſtudio, hocq; genus aliis dictionibus. Vti plerũq; dicere ſolemus. Non cõſilio vobis detrahendi hæc a me dicta velim, ideſt nõ animo vel ratione vel propo-ſito rationis. Et quo noſtræ ſit doctrinæ fides, eãq; vocẽ hunc ad modũ accipi

Conſiliũ

Cicero li. 2. artis veteris & d oratore

ç. nullus. de reg. iur. li. 6.

l. 2. § fi. ff. mãdati. l. cõſilii. ff. d reg. iu. ſic accipitur ĩ. l. nihil ĩtereſt. § fi. ff. de Adult.

poſſe nõ ſolũ intelligatis, verũetiam re ipſa ſitis viſuri. placuit ex infinitis, & iis quidẽ latini ſermonis authoribus anteſignanis, paucula ſubiicere, quibus, quæ diximus oĩno cõſtare poterũt. Cicero phil. 11. Nõne eo ex Italia cõſilio ꝓfectus eſt, vt ꝓhiberet Syria Dolobellã? T. Liuius li. 2. bel. pu. Ita territis, ſemp Coſ. aduenit audatia magis, ꝙ cõſilio aut ſpe fallẽdi, reſiſtendiq́. Cicero li. 11. Ad Atticũ. Clam C. quidã Caſſium aiunt cõſiliũ Alexandriã eundi mutauiſſe. Idẽ Phil. 1. exponã vobis breuiter cõſiliũ & ꝓfectionis & reuerſiõis meæ. Salu. in Iugur. Vicit tñ in auido ingenia prauũ conſiliũ Vergi. li. 1. Aene. conſilia in melius referet mecũq́ fouebit. Et Cice. quoq́ ĩ multitudinis numero li. ad Atticũ. 5. Habes cõſilia noſtra. Cæterũ, forſitan a quopiã mihi vr̃m (qđ vſu certe venire memini, ſed q tũ non potui nõ Sardonio moueri riſu) obiici poſſit. In re legali, iuriſq́ ciuilis diſſertatione nullã eſſe vel Oratoribus vel Hiſtoricis vel poetis fidẽ, ſed oĩa lege (ſine qua loqui erubeſcendũ eſt) agenda. Etſi ſexcentis iure hic vos poſſem ronchis ſubſannare, & mendacii manifeſtiſſimi, vel veſtris plane authoribus, ingenue conuincere: attamẽ, ne Nauſeã pareã, in aĩo eſt ex magna Iuriſcõſultorũ antiquorũ ſilua vnũ modo aut alterũ aduerſum vos teſtẽ appellare: acciréq́. Quibus vtiq́ magiſtris tñ vr̃m erratũ debuiſſetis agnoſſe. niſi analphabetici pene fuiſſetis. Nõne Paulus Iuriſcõ. Conſiliũ pro aĩo & ꝓpoſito vſus eſt? cũ inquit. Nã qui malo conſilio, & prodictoris aĩo patriã relinquit. Certe inibi & copulã expoſitiue: ꝓ ideſt vſurpauit? Idẽ alio in loco. Deinde mutato conſilio eadẽ cõpoſita ſit. Quod ſane euidẽtiſſime alias ex Vlpiani verbis cõmonſtrat: Ille, eñi, cũ vellet probare furtũ non eſſe ſemp furtũ: quippe qđ aliquãdo rẽ aliquis alienã, inſcio quidẽ dño: auferret nõ hercle animo furanda: inquit & ſane plerũq́ credendũ eſt, eũ q partis dñs eſt iure potius ſuo vti, quã furti conſiliũ inire. Quid multa? Hæc Mediusfidius me huc trãſcribere partes meæ coegerunt: officiũ certe, quo fungor, impulit. Cæterũ, inquit quiſpiã, quid tam verboſis in vnũ dumtaxat verbulum cõmentariis opus? Cui ipſe. Nõne a philoſophorũ principe Ariſtotele & a noſtris quoq́ dictũ noſti, Admiſſo vno incõuenienti, neceſſum erit, plura vt ſubſequentur inconuenientia. An huic ſit verbo hac in parte locus? Haud dubie inquã: quando haud ſane innumera pene Iuriſconſultorũ reſponſa, & leges ferme ſexcentas hac vnius vna vocis expoſitione quorundã interpretum aut in interitum aut peſſum (vt ita dicã) ire ignorauerim. Quas leges? Aut quot? Oẽs inquã, quæ ab huiuſce loci expoſitoribus in fidei robur allegatæ ſunt. Cur? quoniã, reſpondeo: ad id propoſitum citari non debuerint. Quare? Nõ eñi haſce ſibi contextus noſter exegit. Qui hoc? Quia inde non colligi debuerat nec poteſt, quod iſti notandũ adſeuerarunt. Quid tum colligendum? Ad hoc vt quis delicti alicuius vere ſit obnoxius, neceſſum eſt vt cõſiliũ ideſt propoſitũ, voluntas, animuſq́ delinquẽdi interuenerit. q. d. Non ſufficerit malus ipſius facti euentus, ſi ad hunc animus nõ cogitauit. Et (vt clarius loquar) q. d. Non illico eum male feciſſe, dici, qui nullo adhibito animo fecit, quod malus eſt ſequutus euentus Hic legibus quoq́ relatum ſcimus. Voluntatem & propoſitum maleficia diſtinguere. l.

l. poſtliminiũ. §. tranſfugæ. ff. de capt.

l. qui res. §. Areã. ff. de ſolut. l. merito. ff. ꝓ ſoci.

qui iniuriæ.ff.de iniuriis.Nam qui iniuriæ cauſa ianuam effregit, quamuis ibi dem per alios res remotæ ſint.furti non tenetur. Quæ eſt ratio? quia furandi conſilio id eſt animo non effregit. facit &.l.ſi quis vxori.ff.eodem.tit.§.ſi quis aſinum. In confeſſo nempe eſt, furtum dici alienæ rei:inſcio domino, attrectationem furti tamen non teneri, nec furem iure dicendum, qui non animo furandi aſinum meum i equas ſuas coegiſſet. Facit.l.3.§.ſi quis dolo.ff.de Tab. Exibend. Vbi nominatim dicitur, eum non teneri: qui non ſupprimendi animo vel conſilio fecit, ne tabulæ exiberentur Adde.l.1.C.de Sicariis: qua conſtat eum homicidii non puniendum: qui occidendi animo conſilioue nõ occidit. Quibus nimirum (vtcunq; infinitæ hoc genus aliæ mihi ſuccurrant) legibus credo neminem tam eſſe veritatis infenſum, tamq; dura in me ceruice, qui in meam non ſit iturus ſententiã, fateaturq; multa iuris pſcripta antea a multis ignorata, veritate iudice, hiſce noſtris admonitionibus ad verum ſenſum redacta. Quocirca optimos quoſq; rogatos velim, quæ diximus boni conſulant. Vnde autem iſtorum error hac in re obrepſerit, videre eſt in commentario noſtro: quem nuper edidimus in.l.ſæpe ita.§.Item dubitatum.ff.de verbo. ſignifi. quam hactenus perperam a pleriſq; omnibus intellectam non vno oſtendimus argumento.

¶EADEM LEGEM.

PRIMO col. Minori annis uiginti, niſi cognitione interueniente, manumiſſionis cauſæ, manumittere haudquaq; licere.l.1.ff.de Manumiſſio.l. ſi pater.C.de iis qui a non dominis ma.ſunt.l.ſi minor.C.q.ma.nõ poſ. Id quod accipias iuxta legem Helieſcẽ.iuxtaq; vetera, paulo enĩ poſt corrigi.

SECVNDO col.adiuncta gloſ.in verbo minori Minorem viginti annis nõ dici, qui diẽ anni viceſimi ſupremũ agit.l.1.ff.de manu.l.Anniculus.ff.de verb. ſigni. vbi Paulus author iuris annũ ciuiliter, non admomẽta temporũ ſed ad dies numerandos dicit. hinc dici eũ anniculũ q anni ultimũ modo diem inceperit, etſi non exegerit.l.qua ætate.ff.de teſtamentis: ubi natus Calendis Ianuariis teſtamentum in natali ſuo die facit & ualet. Immo qui pridie Calendarum facit poſt horam noctis ſextã. Authore Martiano. Cui tamen alias in diuerſum ire uidetur Vlpianus, qui in honoribus & numeribus dandis annos modo inchoatos pro completis haberi docuit. Solue, eodem Authore. illud ipſum fauore reip.fieri. In aliis ſecus, ne ætati, cui fauẽdum eſt: odioſa ipſa, quæ reſtringi debent: nocumento fuiſſe uideri poſſint. Id quod gloſ. admodũ clare enucleauit in.l.3.§.minorem.ff.de minoribus.25.annis.

Anniculus
Annus

l.ad rẽp.ff. de mune.& honori.

l.cũ qdã.ff. d li.& poſt. C.odia d re. iur.lib.6.

TERTIO col.haudquaq; ſufficere, iuſtam allegare cauſam, niſi huic ſit acceſſura cõprobatio. Argumento eſt Authentica ex cauſa.C.de liberis pteritis.

QVARTO col.procuratorẽ ad negotia eſſe poſſe ſeptẽ & decem annos natum, ad iudicia uero neminem: niſi qui uiginti quinq; annis maior ſit. Filius tamen familias pro patre in iudicio eſſe põt, etiamſi annis ſit minor uiginti qn q;.l.exigendi.C.de procura.c.generaliter ut.eodem & gloſſam ibidem: quæ nimirum omnia, in contrarium facere uidentia, remouet.

¶SEMEL AVTEM CAVSA.

COLLIGE ex hoc §. Non eſſe reprobandū, quod quis ſemel approbauit, vt vtcūq; illud perperā ſit approbatū. l. Pomponius ſcribit. ff. de negotiis geſtis. Si eni (inquit inibi Scæuola) negotiū a te, quāq; male geſtum probaro, negotiorū mihi ſubinde geſtorum nō teneris. Succedit regula pariter. Quod ſemel placuit. De reg. iur. li. 6. itē. l. iudex. ff. de re iud. l. poſt rē. ff. eo vbi nimirū iudex ſiue bene ſiue male pronunciauit functus ſuo eſt officio & qui cōfeſſus eſt in iuditio veritati haudquaq; pepercisse cenſetur. Qua tamē de re vide Dynū, & Ioā. And. tit. de reg. iu. qui, vti longis, ita ſane nō ineruditis cōmentariis eā pertractarūt. HIC TAMEN vnū illud nolim ignorandū: pronunciatū. ſ. locū nequaq; habere in medico, Grāmatico, oratore, hocq; genus profeſſoribus atq; doctoribus. Siquidē quos Diuus Anthoninus ſemel etiānū, pbatas, poſſe reprobari reſcripſit. Et hoc, nō niſi cauſa ſuppetente, vtpote (vti ex Gor. Imperatoris decreto colligitur) vbi ſe ſcholaſticis docēdo inutiles pbuerint. Solue, in medico illud fieri ipſum ob ſalutis piculū: & in reliquis etiānū bonorū morū peruerſionē, qua non vita modo, ſed et anima, quæ corpore multo eſt precioſior: piclitari neceſſum eſt. Quare huc velim ſe applicēt, ac conuertāt Iuris tam Pontificii q̄ Cæſarei doctores, intellectori ſe haudquaq; inibi excipiendos: imo cæteris ad maiorē eruditionē cōſtringēdos. Auſim Mehercle adfirmare, vel iureiurādo etiā obſtringere, nullā penitus eſſe artē, ſi myſtica & medicinā excludas: in qua magis q̄ in ipſis legibus ignorantia inſcitiaq; periculo ſit futura, maioriq; peccetur incōmodo: ni mirū vbi non tā rerę vitæq; noſtræ: atq; ſalutis animæ æterna cauſam agi nō in manu nulli non ſit. Quotuſquiſq; putas fuerit qui non ea interueniente vel aliquoties aut corporis, aut totius etiā vitæ, & deniq; ſalutis ſempiternæ paſſus ſit iacturā? Caueant, quæſo, leguleii quiq; ne p ſupinā ipſius artis (ſileuerim verſutiis, quibus, q nūc utunt ſoli habentur bene Iuris periti: & docti practici, ſed uiderint ſibi) inſcitiā in dei opt. iuſtiſſimiq; Iudicis caſuri ſint manū: ab ea ſerio, grauiter iudicandi. Quod ſane futurū omnino credi, multis ſane ratiōibus par eſt, & quidē adeo uſq; ut etiā Iuſtiſſimus iperator alibi iudices quoſq; admonere coactus ſit. Eos minime latere debere, ſe non alios magis iudicare, q̄ ipſos iudicatū iri. Et (qđ longe grauius eſt) ipſis magis, q̄ partibus iudiciū terribile futurū: nempe, illos, deo inſpectore adhibito: cauſas proferre trutinādas, haſce aūt ſub homini timore, illiſq; ſubeſſe. Quid ſibi is uoluerit in cōperto eſt. Diſcite igitur iuſtitiam moniti, & (ut ille cecinit) non temnere diuos. Voſq;, quorū onus eſt eius nobiliſſimæ ſcientiæ approbare Athletas: hortatos: uelim uero utamini periculo, nęq;, niſi, q legitime certarit: coronādū præſumatis: ueluti uariis in locis ea uobis a legiſlatoribus ſapiētiſſimis ſcripta eſt experiūdi ratio: quā ſi ſeruaueritis, non erit: quin indies maior noſtræ pfeſſioni (quæ maxima eſt, cæteriſq; oībus excellentior) honor ſit acceſſurus: eritq; nobis ea ipſa non tam ad res oēs, tam fortunæ q̄ corporis, q̄ animarū noſtrarū ſalutē multo maxime proſpicua ac cuiuſq; deniq; patriæ cū ornamento tum emolumento incōparabili. Sed hac deinceps

l. ſed & repro. ff. de excuſ. tut. l. vt gradatim. §. reprobari. ff. d mune. & hono. l. grammaticos. C. de pfeſ. & med. li. 10. Pāno. c. de illis de ſpō. impub. glo. in. l. Pōpo. ff d neg. geſt. i ver. ſemel pbatū Noan

l. rē nō nouā. C. de iudiciis cir. ſt.

Verg. 6. Ae. l. 1. C. d ſtu. lib. li. 11. l. 1. C. de pfeſ. qui in vrbe. li. 11 l. 1. C. d Athletis li. 10 l vt gradatim. ff. d mune & ho.

deinceps diffuſiore tractatu proſequemur.

CCVM AVTEM CERTVS.

PRIMO col. ex hoc. §. Ei licere, quod eſt minus, ſi licet quod eſt maius c. ecce diſ. 96. licet ſacerdoti, finito ſacrificio, populo benedicere, quandoquidem cui liceat corpus chriſti, quod eſt longe maius, conficere. l. tam is. ff. de donat. cauſa mortis. Vbi quia filiofamil. licuit de peculio caſtrenſi teſtari, licere pariter viſum eſt, & mortis cauſa, quoniam minus ſit, donare. Itē. c. ꝑcipimus. 12. q. 1. certe cui animæ hominum cōmiſſæ ſunt, rite etiamnū res eccleſiæ cōmiti poſſunt. Corroboratur pronunciatum per. l. nō debet cui plus. ff. de reg. iur. & per. c. cui licet de reg. iur. li. 6.

SECVNDO col. Agentem annū quartū & decimū, teſtamēti habere factionē, fœmellam vero anno ſuæ ætatis tertio decimo exacto. infra. de teſt. ord. §. teſtes autem. l. Aurelio. §. Caius. ff. de libert. legata. l. qua ætate. ff. de teſt. l. 2. c. de teſtamentis. Quæ vti latius intelligi debent ſuo deinde loco dicam, hic modo ponderandum velim contextum.

TERTIO col. Annos natum ſeptem & decē pro aliis poſſe poſtulare. l. 1. §. initium. ff. de poſtulando. Non autē pro ſe poterit eſſe in iure. l. clarum. C. de Auth. præſtan. Ratio eſſe videtur, quoniam accedens pro alio: imputetur illi, qui cauſam huic cōmiſit. l. cum mandato. ff. de manumiſſi.

IN MENTEM venit hoc loco deciſio Bartoli, viri certe in omni iuris ſcientia ſummi, cui equidē plurimū: & quantū vix alii, tribuo: Deciſio, inquā, in. l. 1. §. initiū. ff. de poſt. Qua decidit minorem viginti annis doctorē. ſ. doctoris (vt vulgo loquūtur) inſignibus decoratū, agere haud poſſe. Suiq; dece. l. vt ſupra, & in arg. l. cum lege de arb. accerſens. Cui certe opinioni pleroſq; non inferiores Bartolo doctores, ſed pluſculos & ingenio (ni fallor) & doctrinæ maieſtate ſupiores refragari video. In primiſq; FRANCISCVM ILLVM ZABARELLAM, Card. digniſſimū, genere illuſtrū, ſciētia illuſtriorē, ſanctimonia multo omniū illuſtriſſimū, & omni nimirū ſeculo a doctiſſimis; optimis quibuſq; collaudandū, illū inquā animaduerto Bartoli dicto aduerſari: nēpe dicentē nullo iure cautū reperiri, qđ Bart. dixerit, immo patū, vel nihil ætatis habēdū rationis. Nec referre ſenex ita ætate, aut moribus. ZABARELLAE accedūt Andreas Barbatias. c. cum vigeſimū col. 13. de off. deleg. card. quoq; in proe. cle. circa fi. & inibi Flori. & Ioan. de Anna. i Rubri. de delict. pu. col. 2. Fely. c. cū vigeſi. in fi. Iaſon. in Rub. c. de pro. In quorū certe ſententiā (vtcūq; cū Bar. cōueniant Guil. & Petrus de Anch. & Alexan.) & manibus & pedibus non inuitus iuerim: quāq; raram omnino huic accidiſſe felicitatē arbitrer, qui ante annū ſeptimū decimū tanta pfruat dignitate. Qđ equidē gratiæ pauciſſimis datū exiſtimo. Attamē (vti diximus) neminē ab ea ætatis minoris gratia repellendū cenſuerim, modo habeat, q̇ ad tātæ dignitatis gradū exornandū attineāt. vitæ. ſ. integritatē, morū candorē, dicendi facundiā, interpretandi agnitionē, animi fortitudinē, docendi peritiā. Hæc ꝑfecto, nō aūt aliquā ætatis mēſurā, ab eo, q doctoris corona inſigniri velit, Imperatorē deſiderare legimus.

In cle. 2. de magiſt. Doctorē decentia l. 1. de pfeſ. q̄ i vr. C. li. 12. l. magiſtros. C. de pfeſ. & med. li. 10. l. redda ur. C. eodem

l.vt gradati. §.quoties.l. honor §.ſi alii nō. ff.de mune. & ho.

Adde.tametſi iure aliquoties cautū offendatur, vt cuiuſpiā ineundi magiſtratus ætatis ratio ſit habenda: nuſq̃ tñ non adnexū hoc verbi reperitur, Si idonei ſint, quo ſane eſt intelligere, nihil proficere ipſam ætatē ſolā. Addiderim & iure, ſi penuria eſſet eorum, qui magiſtratum ſuſcipiunt, immunitatem ad aliquid infringendam. NON POSSVM proinde non Imperatorū, iuriſq; conſultorū ſententiam vel albo etiam ſuffragio probare, quo ingenii modo cuiuſq;, ac rationis virtutē trutinandā prætendere; rati nimirū, plerūq; vſu euenire poſſe, vt & ingenio & eruditione ſenibus longe iuuenes præſtent. Sæpeq; numero compertū, ſummam in re quapiā diligentiam in iuuene cōpleſſe, q̃d ætas grauior, & ingraueſcens lōga experiētia ſe moribus largita eſſent. In quibus adeo locus eſt veritati, vt pene apud omnes in Adagionē ceſſerit.

glo.in.l.Gallus.in prin.i ver.ſi filius. ff.de libertis & poſth.

Quanto iuniores, tanto perſpicatiores, Semper ingeniū nanq; noui quid ex tempore inuenire: nuncq; ſeculū, vt aiunt, & acutū, & verſutū eſſe: olim veteres ipſos ſimplici omnino via ambulaſſe. Sed quid in prouerbiis immoror, & anilibus fabellis. Cum habeam veriſſima & non tam hominū dignitate pſtantia q̃ numero pene infinita iuuenū clariſſimorū exempla quibus haud quaq; difficile fuerit, aliquoties ſenioribus multo iuniores anteſtare: & pluſculos ferme adoleſcentes, ætatē ſuam ſuperantes, functos fuiſſe officiis, reſq; eas, tātaſq; & adminiſtraſſe & geſſiſſe: de quibus etiam vel Ticheno ſeniores ne cogitare quidem a ſe perficiundis auſi fuiſſent.

Fabius.Quinti.li.12.inſt.

Nōne Demoſthenē pene puerū actiones habuiſſe pupulares in comperto eſt: Caluū item, Cæſarem, Pollionē, Matiū ante quæſtoriam omnes ætatē grauiſſima iudicia ſuſcepiſſe proditur: Itē prætexatos deniq; aliquot egiſſe, traditū: Cæſarem præterea anno ſuæ ætatis duodecimo Auiam pro roſtris, ex more, laudaſſe: Sileo, C. Cæſarem adoleſcēturiētē (id enī q̃ſq; ex veterū monumētis accipiet) ampliſſimis perfunctū honoribus: vtrunq; legibus eſſet annalibus conſtitutū, vt niſi grandiorem ageret ætatem, illis (vt erat cōſulatus) honoribus minime fungeret, hocq; Cicerone teſte: vt adoleſcentiæ temeritas vitaret eoq; ambitionem præbuiſſe anſam, vt gradus eſſent petitiōis inter æquales.

Cice.phil.5.

Cæterū C. Cæſar iuuenis ineūte ætate docuit ab excellēti eximiaq; virtute, pgreſſum ætatis expectari nō oportere. Verbū Mehercle eſt oībus adfigendū foribus, & pinde atq; Apollinis oraculo cognatū. Quo nimirū arguit ſolā virtutē, ſolidāq; in quouis iuuene, ſeneq; cōſiderādā, nec detrectandū a grādiore natu, eū q natu ſit minor: vbi virtus acceſſerit.

Iuuenta
Senecta
Virtus

Q̃d adeo verū eſſe exiſtimes velim, vt vel iure etiānū reperiat quodamodo cautū: nē ſenes præſumant iuuenibus meliores, vbi pares in ambobus fulgeāt mores: q̃m mores (vti Baldo grauiſſimo haud dubie Iuriſcōſulto, & aliis pleriſq; nō infima peritia viris pplacet) ætati ſemp ſunt pferēdi.

l.cum q̃d in verbo nouū ff.ſi certum pe.l.ſi vt certo. §.ſed an etiam. ff.cōmodati.

PATET IGITVR authoritate vel externorū ſcriptorū, tum & noſtrorū Iuriſcōſul. ætatē ad rem parum vel nihil, cæterum bonos mores, vitamq; caſtam, & literas bonas plurimū facere: vtcūq; certus in pleriſq; & officiis, & magĩratib⁹, & dignitatibus annorū, ætatiſq; terminis definiat: q̃d ipſe fieri crediderim, q̃m pſumat in eo ætatis ſpatio ſcientias, moreſq; candidos virtuteſq; inclytas vna cū cor-

poris lineamentis, paritercꝫ cũ annis creuiſſe: quã ꝗ ſecus aliquoties a deo ac/ cidere videmus, vt ſenes ætate nõ iunioribus modo animi prudẽtia & inge/ nio ſint inferiores, ſed etiã plane puerаſcũt del yrantcꝫ: &(qđ vulgo dici ſolet) ante tẽpus ſenes bis pueri fiunt. Quid hæc ſibi volũt verba nemo nõ intelligit. Certe hoc expoſtulãt, vt ſenectus ſapiẽtiæ canitiẽ gerat, ſecꝫ nõ luxuriæ (quæ cũ omni ſit ætati turpis, ſenibus turpiſſima eſt) dedat, uerum modeſtia, tempe rantia, abſtinentia, cæteriſcꝫ bonis virtutibus exornet, excolat illuſtretcꝫ. Et ſic quocꝫ ſeneſcant viri vt par ſit in eis tum ætatis & prudentiæ iudiciũ. Cuiuſmo di ſunt Reuerentiſſimus in Chriſto Ieſu, Parchienſiũ Archieṗs PAVLVS ZA/ BARELLA, præſul imortalitate digniſſimus. ANTONIVS FRANCI/ SCVS A DOCTO. Præceptor meus in legali ſapiẽtia lõge cõſultiſſimus. Et alii cõplures, quorũ hic cathalogũ facere nõ cõuenit, quos tamẽ ſuo loco minime ſilentio ſum inuoluturus. Merentꝰ eni, qui virtutũ ſanctitate pollent, nõ recenſeri tantũ, ſed etiã omni laude decãtari: quoniã virtutis præmiũ laus dicatur: quã qui ſyncere deſiderat, & non ambitione quadam ductus auccupa tur, ambitcꝫ, eũ virtutẽ pariter exoſculari facile credi poteſt. Verã nancꝫ laus, & nobilitas ſola paratꝰ virtute; quæ vti cognoſci amat, ita illa ſilentio nõ vult præteriri: & recte quidẽ, ut ea a multis, præcipue iunioribus, itellecta ad ſe am plectendã multos accendat. Quod ꝑfecto maiores illos Romanos vſcꝫ adeo inflamauit, vt cũ maiorũ ſuorũ laudes ex ſtatuis modo cognoſcerẽt, ita ſunt ad virtutẽ incitati, vt minus requierint donec virtute illorũ famam atcꝫ glo/ riam adæquauerint. Sed hei. Qualis nunc, aut vbi virtuti honos? Virtus vticꝫ iam laudatur, ſed laudata plurimum alget. — *præmiũ virtutis*

SEPTIMVS TITVLVS DE LEGE FVSIA CANINA TOLLENDA.

bus teſtamẽti factio eſt, eum autẽ, qui in patris eſt poteſtate, teſtamenti faciendi ius non habere alias cauetur. Quid igitur? Reſponde. FACTIONEM inibi accipi (vt loquuntur) paſſiue, hoc eſt qui capere poſſunt ex teſtamento, Quo ſane modo inteſtabilis nõ eſt filiusfamil. Præterea nõ repugnat quia in patris ſit poteſtate: eoq; ipſum minime agere tutorẽ poſſe. Quãdo quidem tutela ſit publici iuris: quod, Hermogene authore, ius poteſtatis. ſ. patriæ minime ſequitur. Cũ, Pomponio ſcribente: publicis in cauſis loco patrisfamil. habeatur. Hinc eum vel in re patris & arbitrũ eſſe & iudicem poſſe legibus eſt exploratum. Siquidem, cum nõ vti filius ſed perinde atq; iudex cenſeatur. arg. l. Item eorũ. ff. Quod vniuerſitatis nomine. Quã fere rem Taurus philoſophus palcre apud A. Geliũ tractat. EX FACTO etiamnum a nobis rogatum eſt, Qua debeat tutor eſſe ætate? Reſpondi, eum dumtaxat dare tutorem qui annum ſuæ ætatis quintũ & vigeſimũ compleſſet: Nimirum, ne ſi minor tutor ſit, qui & ipſe ſub tutela cõſtituatur, alteriusq; perſonã & res gubernaturus, adminiſtraturusq;, qui ne ſe quidẽ gubernare, ſuaq; adminiſtrare poſſit. l. fi. C. de legit. Tut. Id quod pleriſq; tamẽ de legitimo ſolũ tutore accipiẽdũ placet: ſed quibus nõ deeſt ſcrupulus, SED QVID DE eo, qui vxorẽ duxit? Idem reſpõdi. Quoniã nuptiis a patria ſolutus poteſtate nõ eſt. l. ſi vxor. & glo. inibi. C. de cõdit. Inſertis. Quã etiam ob c.auſam ſunt, qui eundem teſtari poſſe negant. Reliqua adamuſſim turmatimq; reperire eſt apud Bart, Baldum. Ioan. Fab. Ange. Porcũ, Iaſonem. Ioan. a Plat. Nico. Nea.

l. teſtamẽto ff. d teſt. tut. l. q in ꝑtãte. ff. de teſta. Factio teſtamenti Inteſtabilis l. nã qđ. ff. ad Trebel. l. filiuſfa. ff. de iis q ſunt ſui vel. l. qn. etiã. ff. de ar/bitris. A. Gel. li. 2. ca. 2. Bal. in mar/ga.

¶ SERVVS AVTEM ALIENVS.

PRIMO col. ſeruũ poſſe alienum ſub futuræ libertatis cõditione, ſed ꝓprium minime tutorẽ dari. l. ſi hereditas. §. fi. ff. de teſtament. tu. Quod de eo dũtaxat ſeruo accipias, qui teſtamẽto datus eſt tutor, a iudice enĩ omnino dari nequit. l. In ſeruili. C. Qui dare tut. poſ.

l. ſeruus alienus. ff. de cõ. inde.

SECVNDO col. tutorẽ, qui dationis tempore inhabilis eſt, in id, quo aptus erit, tẽpus dari poſſe. l. In tẽpus. ff. de here. Inſti. Heredẽ nẽpe eũ recte dici inſtitutũ in hũc modum, ait ibi Iuriſcõ. L. Titius, cũ capere poterit heres eſto, idẽq; in legato eẽ inquit. Quo ſane cõtextu legis cõcluſerunt plærīq; omnes docti. Spurio a patre ſub cõditione: qñ capiẽdi idoneus. ſ. legitimatiõe erit, recte legatum videri. Cui tamẽ alioqui nullo pacto quicq̃ relinqui poſſit. Id quod ſane intellige, vt in. §. fi. & cum ibi not. in Auth. Quibus mod. nat. effi. ſui.

Bar. Bal. Ange. Imo. i. l. ſ. C. d nat. li.

TERTIO col. Libertatẽ debere tutelã ꝓcedere. l. ſi hereditas. §. ſeruus alienus. ff. de teſt. tut. ubi inquit etiamnum Vlpianus eam conditionem, cum liber erit ineſſe: etſi pure Seruus tutor datus ſit. Eum vero: vt & ſupra notatum eſt: minime eſſe tutorem: quem errans liberum putauit. VNDE ET ex. §. proximo tam præcedenti q̃ ſequenti ſubtiliter eliciunt, & arguũt compluſculi, cum eo: qui ineptus aut inhabilis a quopiam ſuperiore ad quamlibet vel dignitatẽ vel magiſtratum datus aut electus promotusue ſit: ita diſpenſatum (vt eorum vtar loquendi modo) videri vt ad omnia aptus habeatur, neq; improbandus inde ſit; quoniam ſcienter factum coniiciatur. In quorum ego ſententiam fa/

l. ſi qs. ff. de teſt. tut.

cile iuerim authoritate.l.Quidam conſulebat.ff.de.re.iud. Quando quidem ſi minor prætor vel conſul ius dixerit, pronunciaritq; valeat, nempe quod princeps, q ei magiſtratū dedit, agere omnia decreuerit. Ancillatur &.l. idē Vlpianus ff.de excuſatiõe tuto. qua admonemur, recte eos vel tutores vel curatores domicilia tranſtuliſſe, quibus ex reſcripto īperatoris ſcientis eos tutores eē, tranſmigrare expreſſim ſit conceſſum. Copioſiſſime ultra de hoc ſcribunt Innoc. & Pannor.c. veniens de filiis pſbytero. Romanus cõſi.216. Olde.cõſi.325.cū quatuor ſequen. Petrus de Anch.conſi.146. Epiſcopus enim, qui ſciēter ſacerdotis filio paternū ſacerdotium (qđ ne fiat iure cauetur) cõtulit, eū ſubinde remouere haudquaq; põt, vt ſupra in.c.veniens Quæ ſane pauloante dicta nequaq; demireris velim, quū ſuperioris, puta Romani principis: vel huius paris imenſa ſit poteſtas: nēpe: qui in terris lex ſit animata. Qua de re Vdalrichus Sazius Germanus noſter, Iurecõſultiſſimus ſapiētiſſime diſertiſſimeq; ſcripſit in Scholiis ſuis.i.l.2.ff.de origi. Iuris. in verb. Ratū eſſet. Cuius ego ibi ſniam, vt illius omnia non poſſum non magnopere exoſculari.

Auth.de cõſulibus i.ſi.

¶FVRIOSVS VEL MINOR.

COLLIGE ex hoc, §. Eū: qui nõ idoneus eſt, tutorē poſſe ſub Hac dari cõditione. Vbi erit idoneus. Neuter eni nec furioſus nec minor.25.annis, tutor eē põt, niſi hic.25.annos impleuit, ille cõpos ſit animi factus. l.ſi hereditas, §.ſi furioſus.ff.eodē.l.furioſus.ff.de tutelis.l.fi.C.de legit.tut. dubiter eni quis laturus ſit, eū eſſe tutorem & ſub tutela conſtitui? & iterū eundē eē tutorem & ſub cura agere. Quod nimirū, vt inibi dicitur, & nominū & rerum eſſet cõfuſio. Id qđ de furioſo ita veritati locū dare cēſuerim ſi nõ perpetuo ſit furioſus arg.l.cū ptor §.nõ autē.ff.de Iud. Iudex eteni dari nequit, qui furore ſed ex interuallo aliter: correptus eſt.

l.cū furioſus ff. de iudicis

QVID INSVPER QVAESITVM eſt de Muto atq; Surdo? Neutrum (ſi vtriq; vitium natura ſit, & non caſu & per interualla) dari poſſe tutorem Põponius & Paulus reſpondent, alterum quia authoritatem prebere nequeat: alterum, quod loqui non modo, ſed & audire debeat tutor. Minus tamen audientem: quem ſurdaſtrum dicunt, a Paulo non video excluſum, SVBDVBITO HAC PLVRIMVM parte, vtrum bene a Bartolo, quē ſequitur Aretinus: ſit decíſum. Tametſi iure cautum ſit, ne tutor qui annis ſit viginti quinq; minor detur, eum tamen qui minor ſit viginti quinq; annis in teſtamento dare poſſe tutorem, hoc ipſum ille obfirmat.l.ſi.plures §. Quamuis. ff.de adminiſ. tut. Quæ nimirum (ni cœlo aberrem) aduerſus eum agit. quando illa dicit, prætorem tunc a teſtatoris voluntate diſceſſurum. vbi forte pater viginti quinq; annis minor non perpenſo conſilio tutorem dederit. Certe videtur ibi non valere iure ſaltem: quamuis facto euenire poſſit, vt minor annis vigintiquinq; tutorem det. Adde eum difficile daturum vere ſapientem rectorem qui ob ætatem minorem vbiq;, & nūnq; non inops conſilii preſumitur q tamen cogitanda relinquo doctioribus.

l. agnato. §. ſurdus.ff.de legit.tut. l.1.§.mutus ff.de tut. l.fi.ff.de legit.tut. l.quero.ff. de teſt.tut. infra, de fiduciaria tut.

l.1.ff de lori bus.l.1.ff.de tut.

¶AD CERTVM TEMPVS.

PRIMO col. Tutorem in teſtamento & a certo tempore & vſq; ad certum tempus: & ſubconditione, & ante heredis inſtitutionem dari poſſe. l. Tutor. §. Tutorem. ff. de teſtamē. Tut. Quo ſane in loco obſeruãdum velim, ei, cui a teſtatore vel ſub conditione vel ex die datus eſt tutor, medio tēpore, puta, pendente conditione, dandum alium tutorem utcūq; is legitimū habeat tutorem. l. ſi quis ſub conditione. Nolunt etenim aliquo tempore pupillum tutore vacare, et ea quidem ratione iudicis officio opus eſſe quo compleatur, quod teſtator ſub conditione: & ſic imperfecte fecit.

Cynus I Rubrica. C. de teſta. tut. c. Bar. l. muto. § 1. ff. d tut.

SOLENT, quo de mirū in modū doleo, pleriq; nūc fere omnes ſuis, quos vel in hoſce Inſtitutionū uel alios Iuris ſciētiæ libros ædūt cōmentariis cōcupiſcere magis uideri q̄ docere peregrinaq; potius q̄ quæ ad rē eēnt huc & alio trāſferre: ſed Me hercles aliud mihi cōſiliū, aliud meū ē ſcribēdi ꝓpoſitū. Pro uirili utiq; parte legū cultores, & magis qdē tyrociniū adhuc agentes, quam, qui rude donati ſunt: meo labore, quali: quali, adiuuare ſtudeo, laboro adnitorq;. Nec ſane eſt qd me cōſequuturū malim: qd'q; tātōpere aueā quā nr̄is minutulis documētis aliquā, vel mediocrē utilitatē ſi nō magnam polliceri queo Iuris ſtudioſis obuētū iri. Id qđ ſi ab fuerit: nec mei futurus deſiderii particeps bonā certe expetiuerim uolūtatem a cādidiſſimis qbusq;, quorū certe gratia hæc, qualiacūq; ſint & habeātur, optima cōtulimus uolūtate & obſequentiſſima. Daturi: ubi ea accepta fuiſſe intellexerimus (Xp̄o deo op. authore) ſubinde & plura, & forte lectu iucundiora: ſcituq; haud minus profutura Verū, inquit aliquis: quare in hæc digreſſus ſim: quidq; ſibi iſthæc uelint? Eo, & hoc. Quod pluſculi hac & alia i parte aliena a re argute diſputāt, quæ uero pueros inſtruere poſſent, perinde atq; nullius momēti ſeruos fugitiuos ſilētio trāſeunt, & ſic aduerſus legū Decreta difficilioribus potius q̄ leuioribus primū dari locū uelint: ædeſq; diu futuras ac firmas in arena, citraq; fundamentū extruere. Quā enim, putatis: rectius hoc loco feciſſent ſi quid cōditio eſſet, & ex tpe & ad tp̄s tutorē dari, q̄ lucubroſis ſuis argutiis quas natu grādioribus & tpe magis idoneo magis cēſuerim cōmunicandas, inhærere? MEARVM PROINDE partiū eſſe autumo, ut quod ab iſtis neglectum ſit, a nobis & breuiter & fideliter impartiatur. Conditionem ego: (Nam nolo nunc inculcare, quæ a cæteris uel integris ferme libris uix tradiderūt) recte puto definiri alicuius rei uel actus in futurum collationem, ueluti dicens. Plura poſt hac ſcribam, ſi hæc quæ ſcripta ſunt grata fuiſſe ꝑcepero Et ſunt certæ conditionum uoculæ quibus perinde uti ſignis ꝑuer facile eam: quæ ſubcōditione eſt, orationem dignoſcet. Cuius modi eſſe perhibent: Si, cum: quando: ubi: niſi: alioqui: & ſi ſunt aliæ his ſimiles: & quidem omnes pleræq; coniunctiones cōditionalis ſignificantiæ. De tempore autem uel præterito uel præſenti conditionem eſſe nullam incōperto eſt. Tutor ergo ſubcōditiōe ita recte datus dicet. Scipio: ſi Romā petiturꝰ eſt, meis eſto liberis tutor. Ad tēpus aūt hūc admodū. Stichus uſq; ad Calēdas Marcii tutor eſto. In hāc formā ex tpe. Ticius Calendis Marciis tutor eſto. Huius naturā eē iudicarim, ut is añ Cal. Marci tutor adminiſtratione non ſit. Hæc

l. itaq; tūc. ff. ſi certū Abbas. c. Rainaldus de teſtamen.

l. cū ad p̄ns & 2. l. ſecūtibus. ff. ſi certum

prætereunda vel eo etiamnū nolui, quod interiora huius ſanctiſſimæ iuris diſci plinæ penetralia adeuntibus cōmoditati fore viſa ſint, minuſq; adultis ea rerū cognitio ex iis futura q̄ vel breui tēpore īgenia puerilia acuere: & altiſſimā pau/lopoſt eruditionē exercere: ſcientiamq; cōmunicare poſſit. Hinc nō eſt, vt pen ſi habeā ronchos iſtorum, qui iſthæc vt parua & parum proficua iuris ſcientiæ elementa faſtidiant non modo, verumetiam ſubſannent.

OBSERVET hoc pariter loco puer, ita tutorē cum hereditatis inſtitutionem datū, quā in teſtamēto ipſo tutor ante heredē inſtituēdū aut nuncuparet aut ſcri ptus ſit. qd' olim nō valuiſſe alias facile intelleximus, hodie aūt eiuſmodi ſcri/pturæ ordinē minime animaduertendū hic & alibi Iuſtiniano viſum eſt.

Inſti. de leg. § pari rōne

SECVNDO ex hoc. §. col. tutorē certæ vel rei vel cauſæ dari nō poſſe. Quā/doqoidē non rei nec cauſæ, ſed perſonæ detur. l. certarū. ff. de teſt. tut. Cuius, ni fallor rationē recte dixeris; quoniā ſi vni rei datus ſit tutor, nullū is ius nec poſe ſtatem habere videretur, q̄ tamē in libero ſit capite neceſſum putetur. Cæterū, hoc ipſum latius apud Bart. l. certarū. ff. de teſtament. tut. At dixerit quiſpiā in cōtrariū caueri in. l. ſi tamē. ff. eodē. Nimirū vbi rite tutor datus ſit rei vel Aphri canæ vel Syriacæ: Reſpondeo. Inibi nequaq̄ rei tanq̄ uni, ſed toti cuidā uni/uerſitati tutorē datū. Id quod ualere quidē arbitrantur, quādo territoria: in q/bus pupillus aliqua haberet bona: ab eo, ubi pupil. agit, territorio iuriſdictiōe ſepararet. Quod tn̄ Angelus cōſuetudine magis q̄ iure ualere ſcribit. De quo tamē quid oīno ſentiam, alibi liberius aperiam.

¶ SI QVIS FILIABVS.

QVONIAM hunc in principio paragraphū bipharia legi obſeruauerimus: bina ex eo colligi poſſe notatu digna oīno arbitror. Siquidē legeris, ut pleriq; Neotericis legunt. Siquis filiabus ſuis uel filiis tutores dederit. Etiā poſthumæ uel poſthumo dediſſe uidet. RECTE COLLIGES filiorū appellatione primi gradus poſthumos. hoc eſt: filios uel filias naſcituros aut naſcituras uenire: & hoc ſane pacto a glo. in uer. quia, perperā allegari Rationē, qui filii hæc dictio. & reliqua. Sin legeris. Si quis filiabus ſuis vel filiis tutores dederit. Etiā poſthumæ videtur dediſſe. INCVLPATE COLLIGES In maſculino plerunq; femininū genum genus contineri. Quandoquidē filii vel filiæ uocabulo etiā poſthumā cōtineri Vlpianus tradiderit. Cui haud obſcure alias concordare uidetur Pomponius Nā ſi inquiens, ita ſcriptū eſſet. Filius meis hos tutores do. Reſpōſum eſt etiā filiabus tutores datos eē Nō aūt ecōtrario accipiēdum, ut filiarū nomine etiā maſculi contineātur: Extremo eni turpiſſimū eſſe fœmino uocabulo etiā maſculos cōtineri. Labeoni quoq; placuit Sermonis in ſexu maſculino pronunciationē ad utrūq; ſæpenumero ſexum porrigi. Hinc rite duxit regulā Vlpianus, Verbū ſi quis tam maſculos q̄ fœminas cōtineri. Quod inibi in uniuerſum gloſſ. intelligendū opinatur ſecūdum legiſlatoris mentē: non etiam uerba. Locū pariter nō eſſe ueritatui: ubi ſecus mēs loquentis intelligeretur: nec ubi ſermo ad odium uergeret. Deniq; &, ego aliter exiſtimo intelligēdum. ubi in ſermone ipo nomen eſſet,

l. ſi ita ſcri/ptū. ff. de le gat. 2. filii

Maſculinū genus

l. ſi ita ſcri/ptū de le. 2. l. pronūcia/tio. ff. de ver. ſig. l. 1. ff. de ver. ſigni. l. Lucius. §. q̄ſitū. ff. de lega. 3. l. 1. §. q̄ritur. ff. de ven. in poſ.

quod

quod natura vocem fœminam non admitteret. veluti. Pecus, grex, aut ſi maſculinum nõ eſſet, vti ouis. Aut cũ obliquus caſus alicuius generis (vti aiũt) nominis in ſe nullam reciperet vocis differentiam. Vt Equus. Equa. Tunc etenim omnino contẽderim, ſecundum adiecta eiuſmodi voculã vel ad maſculinã, vel fœminã referendam. Id quod minime alias obſcure arguunt & Vlpianus & Paulus & Papinianus Nec in hoc a nobis diſcordant Grãmaticorum canones, vnde hæc ducuntur Quos huc tranſcribẽda minus autumauerim, quoniam in noſtro. SCHOLIORVM ERASMICORVM libello, & a Laurentio Vallẽſi, Curioq́ꝫ Lãciloto doctiſſimis noſtro ſeculo criticis de iis diſputatũ ſit Diſputaturi & deinceps, vbi occaſio ſe dederit.

l ſed & ſi in ſi. ff. de peti. here.
l. qđ ſi. ff. eo.
l. equis. ff. de vſuris
Priſc. li. 7.
Val. li. 1 c. 5.
Curius lib. 4. ca. 40.

SECVNDO col. Liberorũ, non autem filiorum appellatione nepotes, cæteroſq́ꝫ ſubinde deſcẽdẽtes cõplecti. l. Quid ſi nepotes. ff. de teſta. tut. Qua in re. ſ. NVNQVID filii pronũciatione nepos veniat? quã multiphariam multi noſtræ quidẽ etiamnum ætatis interpretes diſſeruerint, q̃q̃ toto (vt dici adſolet) cœlo errarint, eminuſq́ꝫ a Scopo tela torſerit, & ſuis huc atq́ꝫ illuc argumẽtis: diſtinctionibus, ſubdiſtinctionibus rẽ ipſam, alioqui (ni ipſe in ſole caligẽ) nõ Platonicis, quos dicũt, numeris, parẽ late diſtraxerint, illiq́ꝫ ridicule cereũ (qđ leguleiorũ vel vnũ eſt artificium) vaſum fecerint, & torſerint & retorſerint nemo verbis facile cõſequetur: nec ex re ſit auguror: vt quicq̃ in mediũ feratur. quippe quod Bacchũ bis dumtaxat natum vates cecinerint, nec pluries naſci gratũ fuiſſe: nimirũ, quãdo vel crãben recoctã parere mortẽ, creditũ ſit. Quocirca libet pauculis poſt eruditiſſimũ meum. ALCIATVM Mediolanẽſem ſubiicere: qđ a veritate alienũ non ſit. A quo ſi paululũ diſſenſero, ueniã mihi ueritatis amore datũ iri ſpero. SCIENDVM igitur ex ſermonis proprietate nepotes filii appellatione nõ uenire: plerũq́ꝫ tamẽ ex ſimilitudine iuris per extẽſionem cõtineri. Si proinde de legis diſpoſitione ſermo ſit, hanc regulariter productionẽ locum habere & hoc non tam in fauorabilibus q̃ odioſis, modo diuerſa inter utrũq́ꝫ caſum ratio diuerſum ius nõ inducat: nã tũc procul dubio Nepos filii appellatione nõ veniret. Sin uero in hominũ diſpoſitione dubium eſt, tũc uolunt filii appellatione, Nepotẽ nequaq̃ cõprehendi: quippe quod in huiuſmodi actibus regulariter extẽſio fiat nulla. Secus tamẽ eſſe, ubi contrahentẽ etiã de nepote intellexiſſe præſumatur. Præſumi autẽ, quũ alioqui dura iudicaretur ſeparatio, aut ſuis præponerẽtur extranei. Præterea illud ipſum aliquoties ex loquẽdi patriſfamilias cõſuetudine conĳci, dictoꝝ uero differẽtiæ eſſe rationẽ, qđ legis, quã hominũ facilius uerba producãtur, quoniã hæc niſi ex mẽtis cõiectura nõ protẽdãtur, legẽ uero legis uolũtatẽ, nunq̃ non cõpertã exploratãq́ꝫ habere. Nec eã obſtare rationẽ qđ lata fiat in teſtamẽtis interp̃tatio. Id porro eſſe verũ, ſi ita eſſe, p̃ſumpta mẽs teſtatoris pſuadeat. In cõfeſſo q dẽ eẽ, & indefinitã uniuerſali æqualiter i uerbis legis æqpollere, aliter tñ eẽ in hoium actibus. Hæc hactenus. q̃ mihi ueritati cæteris, q̃ ab aliis, pdũc, amiciora uidẽt: quibus tamẽ ita uniuſcuiuſq́ꝫ fidẽ obſtringẽdã uelim, ut doctioribus ſemp magiſq́ꝫ ſtãdũ putem. Haud eni me latet, quã & multos & uarios Ada

Filii
Nepotes
Liberi

Alciatus li. 3. para. c. 14

l. liberorũ. ff. de ver. ſig.
l. iuſta. ff. de verb. ſig.

Gloſ. ord. & doct. l. ſi fr. ff. de condi. & ibi Bald.
l. ſi plures. ff. de leg. 2.
Bald. & Dynus ſup Rubricã de reg. iur. li. 6 Ioa. Andr. c. vt circa. ĩ verb. ĩ eccleſiaſticorũ de elect. lib. 6.

mus cũ Eua filios, quanq; mira in iis & varia produxerit ingenia. Equidem tã vidi doctum neminẽ cui nõ fuiſſet ſubinde doctrina par aut aliquando eo doctior inuictus aliquis. Nec credo in humanis eſſe, qui ſe cuncta ſcire, re vera profiteri poſſit, at Calẽdis Græcis naſciturũ auguror. Reliquũ. An filiorũ appellatione Nepotes veniãt, legẽdã omnino ſuaſerim Baldi margaritã in dictione filius quã ſua, omni gẽma ſpecioſiorẽ, induſtria & mira eruditione reditã Innocẽtii cõmẽtariis. L. PAVLVS Roſellus vir ſane & nobiliſſimus & eruditiſſimus cõiũgi curauit Et ſane demũ dixerim filiorũ appellatione nepotes intelligi, tametſi nulla extrinſecus ratio ſuadeat, maxime vbi caſus ĩ dubio ſit: modo materiæ ſubiectæ ratio nihil diuerſum expoſcat. In quã qdẽ ſententiã metrahit Põponius, q alias Superbũ Demarathi Corinthii filiũ appellat: quũ ille nõ filius ſed nepos Demarathi ex fide hiſtorica fuerit. A Liuio enĩ & Dionyſio memoriæ proditũ eſt, Demarathũ natione Corinthiũ fuiſſe, mercatura nobilem: eumq; cum opibus valeret, in Italiam demigrantẽ, duos filios Aruntẽ & Lucumonẽ (qui deinde Lutius) ſuſtuliſſe. Et horũ alterũ Lutiũ patri ſuperſtitẽ & fratri Romã ſe tranſtuliſſe: ibi temporis ſucceſſu regem factum, L. Tarquiniũ eſſe nominatum, duoſq; reliquiſſe filios: Lutiũ & Aruntem. Lutiũ occiſo Seruio Tullio rẽge, cũ regnum inuaſiſſet, & Tyrannũ ageret, ſuperbũ nominari cœptum. Fuit ergo is Demarathi nepos non filius. Id quod non triuiale præſtat argumentum, filiorũ appellatione etiam nepotes (vti diximus) venire. Quod perfecto cognitu non eſt indignum.

l. 2. §. 2. ff. de Orig. iu.
T. Liui⁹. li. 1. de. 1.

TERTIO col. poſthumorũ appellatione poſthumos tam primi quã vlterioris gradus contineri. l. quid ſi nepotes. §. plane ff. de teſta. tut. quod ſane intelligas velim ſecundum hic & alias Accurſii doctiſſimi expoſitionem, quam ego perinde atq; veriſſimam & eruditam & amplector & exoſculor.

QVINTVSDECIMVS TIT. DE LEGITIMA AGNATORVM TVTELA.

QVEM ad modũ teſtator liberis teſtamento, & quos, q buſq; tutores dare poſſit, & alia ſane eã in rẽ multa, titulo pcedenti diſcuſſum eſt. Verũtamen vſu euenire nõnũq; ſolet, parentẽ vel inopina præuentũ morte, vel alia cauſa aut teſtamentũ nõ facere, aut ſi fecerit, tutores nõ dare, aut, ſi dederit, eum, filio ĩpubere manente, mortẽ obire, eoq; pacto pupillũ aliquoties tutore priuari, atq; carere, id qđ haudquaq̃ iure fieri debere conſtat. Hic recte, 12. tab. decreto cautũ eſt, eueniente caſu, quo pupilli tutorẽ a parente datũ nõ haberẽt, agnatos tutelæ pficiendos. De huiuſcemodi, ea pp̄ter examinata ordinis ſerie pñs ſubinde a Iuſtiniano ſubiũctus eſt titulus. Quo ni mirũ, q̃ in legitima ſunt obſeruanda tutela, quiq; ea fungantur ad amuſſim expediẽ. Pro cuius vtiq; tit. faciliore intellectu rite permittenda quæpiã exiſtimo. PRIMVM ſcire oportet rei huiuſce ſtudioſum. AGNATOS dici eos, q (vt Caius, & Paulus ſcribunt) p virilis ſexus pſonas cognatione cõiuncti ſunt, q̃ſi a pr̃e cognati, veluti frater eodem patre natus, fratris filius, nepoſue ex eo. PATRVVS itẽ, & pr̃ui filius nepoſue ex eo. Quos, Paulo authore, & l. 12. tab.

l. inteſtato. ff. eodem

l. Iuriſcõſul t 12. §. nomẽ ff. in gradi bus aff.
Agnati.
Cognati

cognatos appellat, eoſq; ait eſſe q per patrẽ cognati ex eadẽ ſunt familia. Cõiunctos autem p fœminas, cognatos appellari tantũ: Et, inter vtroſq; intereſſe, quod inter genus & ſpeciẽ. Nam & agnatũ eſſe cognatum, non vtiq; cognatũ eſſe etiã agnatũ. & alterũ qdem ciuile, alterũ eſſe vero naturale nomẽ. De qbus ſuo deinde loco paſſim latior futurus eſt ſermo. EXPEDIAMVS, & breuiuſcule, qd legitimũ ſit. De quo, licet ſupra nõnihil adnotarim aliquid tamẽ vtiliter ſubnecti poſſe non dubito qñ (vt Plato dicere ſolebat) qđ bonũ eſt bis repetitur. Legitimũ dici, qđ vel lege vel a lege fit minus obſcure Iuriſconſultorũ documentibus inſtruimur, & qdẽ a iuſtũ vel i hoc DIFFERRE, qđ iuſtum nõ modo iure vel ex iure factũ dicatur, ſed eo amplius emphaſim habere, ac ſi ſignificare, qđ oi ſit ex parte perfectũ, & cui ad rẽ, de qua agit, nihil deſit: vnde nõ æqualiter dici iuſtu heredẽ, & legitimũ heredẽ. Inficias eni iturũ haudquaq̃ filiũ ex filiafamilias natũ, q̃ inſcio patre nupſit, ſi is diſcedat priuſq̃ ſuã de matrimonio ſententiã proferat, legitimũ eſſe, nõ etiã iuſtũ filium. Conſtare vtiq; natos ex concubina, priuſq̃ in vxorẽ ducta ſit, ſequuto matrimonio, legitimos appellari, nõ aũt iuſtos filios. Quãdoquidẽ Iuſtinianus alibi dixerit, filios, qui poſt cõcubinæ nuptias naſcunt, fratribus antea natis agere gratias debere quorum ipſi beneficio iuſti ſint filii. Præterea iuxtam eſſe vxorem ex Iuriſconſul. animaduertimus quæ vere ſit vxor, ſolenniterq; ducta, non quæ ſimplici ſpõſione vxor eſt, tametſi legitima ſit. Id quod vel ex Apuleio in. 2. Apolo. elicere eſt. De patruo enim qui fratris inſidiabatur filio, vt ei heres eſſet, ſcribens. Sciebat, inquit, inteſtati pueri legitimum magis q̃ iuſtum heredem ſe futurũ. Quam ſane rem (deo aſpirante) latius ſum tractaturus infra. De Seruili cognatione. Vbi erroris inſignis nõnullos conuincam, idq; cõmonſtrabo quod plæroſq; omnes in hunc vſq; diem fugit. Iuſtus vtiq; non erat heres, ſed ob demerita indignus. Quo fit, vt & BVDEVS ille Gallus & ALCIATVS ambo Polihyſtores maximi, quibus ego inter Neotericos haud fidei parũ deferendum cenſeo, iuſtam dici opinentur hereditatẽ quæ, authore Iuſcon. ab inteſtato debetur, quoniã ea non ex lege ſolum, ſed & naturali ratione ex bono & æquo debetur. merito proinde iuſtã appellari, quæ omni præſtetur iure, hoc nimirũ non eſſe, in ea, quæ ex teſtamento debetur, hereditate, quæ caſu quodam defertur, & plerunq; ad extraneos pertinet. Legitimam ideoq; hereditatem proprie nuncupari, tam quæ ab inteſtato, q̃ quæ ex teſtamento capitur. Quanq̃ etiã legitimæ hereditatis appellatione vtraq; ſæpenumero veniat. Quod equidem (vt ad rem noſtram tandem reuertamur) hoc cenſuerim loco citra errorẽ de legitima tutela accipiendum, ita, vt huius appellatione vtraq; tam iuſta q̃ legitima comprehendatur: illa eo, qđ iuſte tuerentur bona, qui eorundẽ emolumẽta ſperant, hæc ideo ſic appellata, quia. l. duod. Tab. deferatur. IN ſumma eã obrem concludes, legitimũ dici, quod p legẽ fit. Hinc F. ille Quintilianus diſciplinã vocauit legitima, q̃ legibus, hoc eſt regulis conſtat. Ita etiã nũc nuptiæ a Celſo legitimæ, ab Alex. Imp. ætas legitima, a Paulo conuentio & hereditas legitima eſt appellata, quoniam lege deferebatur. Velut Tutela pa/

Legitimum

Iuſtum

Iuſtus heres
Legitim⁹ heres

Iuſti filii
l. 6 C. de nuptiis glo. i. l. libertinus & l. Paulus. ff. de ſta. ho. l. cũ qs §. 1. C. de nat. lib.

Legitima vxor
Apu. 2 apo.
l. ii vxor. ff. de i Adul.

Iuſta hereditas

Quint. li. 1.
Inſti. ca. 3.
l. cum legiti mæ. ff. d ſta. hom. l. 1. c. ii aduerſus rẽ iud.
l. legitima. ff. de pactis.
l. legi ma. ff. d. pet. here.

Cynus.Bal. Saly. Bar.l. frater. C. de legit.ag. l.3. §.fi.ff.eodẽ

riter hoc in titulo legitima dicta eſt, quia non a teſtatore, ſed a lege delata ſit. QVAM SANE quadrifariam inuenio a iuris interpretibus diſtributam. PRIMAM quæ & verbis & mente ex.12.le.tab.agnatis defertur. De qua tit. preſens. Alterã, quæ ex mente legis, nõ etiam noiatim ex verbis patroniis defertur. Cũ eni hos lex.12.tab. ad ſucceſſionẽ dũtaxat vocarit, nulla de tutela mentiõe facta, interpretati ſunt paulopoſt Iuriſcõ. eos & laborẽ ſubituros, q compendio ſtuderent. Tertiã, quæ extenſione quadã parẽtibus iniungit, qui. S.C. Tertuliano, poſt.l.12.tab. ad emãcipati ſucceſſionẽ vocati tutelæ a legumlatoribus mox ſubinde deputati ſunt. Quartã, cui fiduciaria nomẽ, qñ frater emãcipato fratri tutor accedit. Illi nimirũ tutela eſt delata, anteq̃ ad huius vocatus ſit ſucceſſionẽ. ita dictã crediderim, qd' vtrinq; & inuicẽ de tutela p̃ſumpta ſit fiducia. CAETERVM vtcũq; in hiſce pleriſq; ferme tutelis oibus ſuã quiq; varient ſniam, de hac tamẽ ſuprema maiorẽ in modum digladiantur. Ipſi, deo annuẽte, de ſingulis ſuo ſumus dicturi loco, eoq; vſuri dicendi compendio, q̃ omni reiecta ambitione a poſterioribus haudquaq̃ rem auſpicaturum ſit. Cũ tamen pluſculi, dum oſtentare diſcipulos circa ſpecioſiora maluere, cõpẽdio maxime immorati ſunt. Hactenus de iis, quæ in uitio ſufficere videntur.

Bar.in.l.nemo.ff.de teſta.tut. Saly.& Bal. l.1.C.de teſta.tut.

ℭ QVIBVS AVTEM TESTAMENTO.

PRIMO col. Agnatos pupillo eẽ tutores, vbi teſtator teſtamẽto nullos dedit. l.1.ff. de legit.tut. l.1.C. eodẽ quos ſũma, nimirũ (vt inquit Vlpianus) prudẽtia. l.12.tab. tutores eſſe ſtatuit, quod q ſperarent ſucceſſionẽ: iidem tuerẽtur bona ne dilapidarent. Quo intelligi datur tutelã legitimã dici omnem, quæ ſucceſſionis prætextu defertur, hocq; mente legis generali. arg. etiam. l. nec lucrũ. C. de cura furi. Deniq; opus eſt, vt agnati legitimæ ſint ætatis. ſ.25. anno, nec tutelã ſuſcipere aliqua prohibeantur lege.

l.1.ff.eodem

Auth.ſicut hereditas.c. eo.l fi.c.ibi.

SECVNDO col. eius eſſe emolumentũ, cuius eſt onus, & e diuerſo pariter. c. qui ſentit de reg.iu.li.6. l. ſecundũ naturã. ff. de reg.iu. ſequi eni debent cuiuſq; rei cõmoda, quẽ ſequunt incõmoda. l. Id qd'. ff. de peri.& cõ. rei vend. l. poſt pfectam. C. eodẽ. Sicuti qdẽ periculũ ex flumine agro ob ueniẽs poſt emptionẽ emptoris eſt, ita & cõmodum, quod alluuione ꝓuenit, eius eſſe debet. Quẽadmodũ etiam parte heredis ſcripti diminuta, diminuit & legatorũ onus, ita eadem aucta augeri debet & hoc. l. fi. ff. de le.3. l. etſi Si contra tab. ff. de vulg. & pupil. Regulæ tamen veritas non accedit, quando non in vniuerſum par eſt circa cõmodum & incõmodum ratio. veluti in. l. qui proprio. §. procurator ff. de procu. qd' enim procurator ex lite conſequit mãdati iuditio reſtituere debet, pœnã, quã ex ſuo delicto præſtitit, nõ recuperat. facit. l. ſi qs negotia. ff. de neg.geſt. nec præterea hac in reg. veritati locus eſt, vbi non fuerit eadem perſonæ conditio & vtriuſq; ſuſcipiendi habilitas. Sicuti in. l.1. ff. de legit.tut. ſiquidem pupillo conſanguinea tutrix legitima eſſe nequit, cum tamẽ illius ſit hereditatis particeps. Reliqua argutiſſime proſequũtur Dynus in ca. qui ſentit, vt ſupra. & Phil. Decius in. l. ſecundum vt ſupra. ff. de reg. iuris. & ipſi in ſuperioribus haud pœnitenda communicauimus.

l.1 ff.de iſti. l.de empt. & ven. §. cũ l.1. §. pſecũdo. C. d cad. tol. l.38. q in ptãte. §. fi. ff de leg. preſtand. l.fi. §. pe. c. de furtis

TERTIO col. filios non matris, ſed pris familiã ſequi. l. cũ legitimæ. ff. de ſta
tu ho. c. 2 §. 2. de cõuerſione inſi. c. ſi. 32. q. 4. Id qđ veritatẽ habet in legitime
natis. Siquidẽ in vulgo quæſitis aliter. Vnde recte mihi ſenſiſſe videnƭ, qui fi/
lios a patris cognomine, hoc eſt paternæ ſtirpis familia cognominandos ad
ſeuerarũt, ſecusq; facientes & matris familiæ cognomentũ emulantes inſpu/
riorũ (etſi legitimi ſint) numero habendos, aut arrogantiæ inſimulandos: qp/
pe q matris nomen, quia nobili ſit loco nata, pater aũt genere ignobilis, ſibi
q̃ patris vſurpare malunt: quãq; ſua mirum in modum fallanƭ opinione: quã
do inter omnes cõſtet eũ & eſſe & haberi ignobilem, qui ſola ſit matre nobili
natus. PRAETEREA, iure nõ incertũ eſt, & in honoribus & dignitatibus fi/
liũ nõ ſequi matrem, nempe quæ præſtare haud valeat, quo ipſa vacat. Cuius
plane ſententiæ aiaduerto fuiſſe glo. in. c. dicat aliquis. 32. q. 4. nec iſuper illud
naturæ diſſonũ iudicatur, qua Ariſtotele tradẽte, cautũ ſcimus quod agit eo
qđ patitur eſſe nobilius, nimirũ hoc materiã vti idignius illud formã peride at
q; dignius plerũq; imitari. Id qđ nõ omnino præterit aliquos põtificii Iuris
authores. In hac igitur collige materia patrẽ ſequi filiũ in, honoribus, dignita
tibus, origine, familia matrem vero in ſola conditione. Qua tamen in parte
ratio eſt habenda an legitimi ſint.

l. familiæ. §. fœminarũ. ff. de ver. ſig. Ioan. Andr. Hoſtiẽſis Abbas. c. Reynutius de teſta. Matris familias l. nullus. C. d decu: li. x. Bar. l. cũ aliquis. c. de iure deli. Bal. l. ſi. C. de ſer. fug. Agens Patiens Filius ſequitur patrem

ℭ QVOD AVTEM LEX AB INTEST.

PRIMO col. Inteſtatũ dici quãtũ ad tutelã, q vel nõ fecit teſtamẽtũ, vel
q fecit in eo nullũ liberis dedit tutorẽ, vel ſi dedit tamen filio impubere
manente diſceſſit. l. inteſtato. ff. de leg. tut. de quo in ſequentibus & quidẽ
opportunioribus locis multa: diis volentibus: ſum dicturus.
QVAERERE pleroſq; hoc memini loco. Quid, ſi a teſtatore datus nõ mor
tẽ, pupillo ſupſtite, obiret, ſed aut a tutela remoueretƭ, aut ſe excuſaret? Nõ ad
legitimũ tutore redire tutelã, ſed quẽpiã a iudice dandum reſpondi. Quando/
quidem. S. C. dumtaxat cauerit, tum ad legitimum redire tutelam, quando tu
tor teſtamento datus deo, naturæq; concederet. QVAESITVM eſt etiam,
Quid ſi plures ſint agnati? & (vt ſæpe ſolet) in eodem gradu plures? ibi proxi
mũ, hic omnes tutelam nanciſci, & adminiſtrationẽ magis iter ho. idoneũ re/
ſpõſum eſt. Ita decernẽte. l ſi plures. ff. eodem. Cætera cæteri perdocẽt, quo ſ
ego nũmos ad põpã, oſtentationẽq; mutuo accipere haud ſane perplacet.

l. eos. l. exẽplo. l. nullus C. decurio. l. 1. l aſſũptio. ff. ad muni. glo. c. 1. d cõuer. infid. l. ſi qs ſub/ cõditione. ff. de teſt tut. Auth ſicut. c. de leg. tut.

ℭ SED AGNATIONIS QVIDEM.

PRIMO col. capitis diminutiõe (quæ, authore Caio, prioris eſt ſtatus p
mutatio) legitimã tutelã amitti. l. legitimam. ff. de leg. tut. l. tutelas. ff. de
cap. diminu. Cuius hic Imp. & alias Paulus rationẽ afferens inquit. De
ſinunt eni. ſ. legitimæ tut. ex. l. 12. tab. eẽ familia mutata. Id qđ Vlpianus de ea,
quæ ſalua ciuitate cõtingit: ideſt minima ca. di. pariter accipiendũ ſcribit. l. ad
agnatos. C. de leg. tut. Quæ vel ſingula veritatem habere ſecundũ illa nõ etiã
hæc tẽpora admonet Bartolus. Sublatã quidem hodie eſſe, quantũ ad liberta
tẽ, emancipationis & patriæ poteſtatis differentiã, ſic etiamnũ quantũ ad tute/
lã. In Auth. de here, q̃ ab inteſt. defe. §. ex iis. Qđ & pleriſq; ante eſt doctoribus

l. 1. ff. de cap. dimi. l. capitis. ff. d ſuis & leg. l. legitimũ. ff. de leg tut.

viſum eſt ſiquidẽ Dyno & Salyceto. QVA ETIAM in parte Aretinus oo notãdum mon[illegible]t. eam dũtaxat capitis diminutiõe minima tolli tutelam, quæ ex.l.12.tab.deferebatur. Haud ſane, quæ alıis ex legibusnobis poſt illã latis defertur, nimirũ nec amitti tutelam teſta.

SECVNDO col. quodq; per id diſſoluendũ, quo colligatũ eſt.l.nihil tam naturale.ff.de reg. iu. Hinc verborum obligationẽ verbis tolli liquet. Et nudi cõſenſus obligationẽ cõtrario conſenſu diſſolui.l.1.&.2.c.quãdo lic.ab empt.diſce. Et inſti.qui mod.tol.ob.§.fina. Vnde & a.ſan.Ioã.Chriſoſtomo ſumptũ. Omnẽ rem, per quaſcũq; cauſas naſcatur, p eaſdẽ diſſolui. IN SVMMA cautũ eſt, tradẽte Caio, Omnia q̃ iure cõtrahuntur, cõtrario iure peremptũ iri. Ex quibus animaduerſum eſt, in diſſoluẽdo eius cõſenſu opus fore, cuius in cõtrahẽdo opus fuit.l.cõtra ſi filii.C.de repu.i.fi. Et ibi Bar. totq; in reuocãdo teſtamẽto teſtes deſiderari, quod in pbando.gloſ.i.l.cũ proponeretur.ff.de leg.2. Et vel eo Sacerdotii ren[illegible]tiationem teſtibus probari poſſe, quoniã eius collatio teſtibus probari poſſit. hinc in cõperto eſt, debiti ſolutionẽ non niſi inſtrumento probatũ iri, quod inſtrumẽto factum eſt, & hoc quidem ex ſtatuti forma. In iis tamẽ omnibus tum veritati locum eſſe video, quũ in actu ipſo cõſiciundo omnia neceſſario deſiderãtur ſic: enĩ & in eo reuocãdo cõfundendoq; quibuſq; fore opus, Quod & Bartolus definiuit. Paulus Caſtrẽſis quoq; cõſuluit. NEC quẽquã velim ignorare regulã pariter in cauſis rebuſq; eccleſiaſticis ĩpugnationẽ pati: quas vtiq; facilius plerũq; cõſtrui q̃ deſtrui ſcimus, argumẽto earũ. Epiſcopũ vel ſolũ dare honorem, ſolum vero minime ablaturum. Matrimoniũ deniq; cõtrahi q̃ ſolui multo facilius: nimirũ quod ſolo cõtractũ cõſenſu, nullo nõ modo cõſenſu, immo nullo pacto poſſ[illegible] diſſolui. Haud ſane ſeparat homo, quos deus cõiunxit. c. An quod. 24.q.2.c.2.de trãſ.præ.c. Ex parte de cõuerſi coniug. HAEC SVNT quæ lectori nõ tam grata q̃ cõmoditati futura ſperarim, quæ forte a doctioribus me alibi & paſſim latiore ſunt tractatu examinata. Hic itaq; poſtremum notabis agnationẽ iure ciuili, ideſt capitis diminutione, igitur peremptũ iri, quoniam eo ipſa facta ſit, & recte quidem iure ciuili ſoluẽdum: quod iure eſt ciuili introductum. In cuius haud dubio lector ſtudioſus ſimilitudinẽ multa per ſe effinget.

TERTIO COLLIGE. Iura poſſe naturalia nec ciuili, nec alia quali quali ratione corrumpi, mutariq;. Supra. de Iure nat §. ſed naturalia. Illa enim, vt inibi dicitur, apud omnes gentes peræque ſeruata, & diuina quadam prouidentia conſtituta ſemper firma atq; immutabilia permanent. Accedit ad hoc, quod Pomponius dixit, Iura ſanguinis nullo poſſe ciuili iure dirimi. huc attinet & Modeſtini illud, quo traditur, Ius agnationis ipſum non poſſe pacto repudiari, non magis, inquit, q̃ ut quis dicat nolle ſuum liberum eſſe. In cuius etiam ſententiam ire libuit Impp. Diocleti. & Maximiniano. Sunt qui hanc materiam tractatu Vel Mari Oceano latiore repetendã p placuit, quod nos ideo tranſituri ſumus, ne leges interpretaturi leges obſcuraremus. Qui tamen ea totus velit ſaturari, eum moneo aditurum, Philip

l.tutelæ.ff. de ca.dimi. c.omnes res 2[illegible].q.2.
l.an inuti is §.acceptũ. ff.d accepti. l.prout q[illegible] ff.de ſolutio c.1.extra de reg.iu.i aut. l.oĩa.ff.de reg.iur.
Bal.c.2.d re ſti.ſpo. Iaſon.l.1.C.d bono poſ. contra.
Petrus Anchoranus cõſi.251.q[illegible]ne. l.heredes pa lã.§.ſiqs.ff. de teſta. Caſtren.conſilio.261.
c.ĩter corpalia de tranſ. epi.l.cõſenſu.C.de repud.c.cũ locũ deſpõſa. c.ſufficit.27 q.2.
Bar.in.l.oĩs populi.ff.de iuſt.& iure
Iura ſanguinis.
l.Iura ſanguinis.ff.de reg.iur.
l.Ius aũt ff. de pacto.
l.Abdicatio & ibi Bald. C.d pa.pot.
Ius agnationis.

pum DECIVM doctorem noſtrum acutiſſimum in.l.iura ſanguinis.ff.de reg. Iuris. Ipſi hanc rem ſuo loco forte breuius & clarius expedituri ſumus, vtcunq; & hic quoq; nonnihil ſubiecimus. NEMINEM fugiat velim hac in parte Ius pro ea accipiendum neceſſitudine, quæ ex ſanguine ipſo originem ducit, veluti a Marciano perdocte literis mandatum eſt. Hæc nimirum neceſſitudo tolli nequit: quippe a natura emanans. Ius vero ab ea proueniens agnatione, nonnunquam tolli pluſculis, & iis quidem doctiſſimis poſſe videtur. Vnde Romanum puto permotum, quod ſerio concluſerit, ſanguine coniunctum ſtatuto, quantum ad ciuitatis cõmoda, poſſe extranei loco haberi. Præterea fuere, qui ius, quo pater filiũ alere tenet, naturale, vel ſaltem ex cauſa tollendum rati ſunt. In quo tamen tam ſibi non cõſtant. I.V interpretes, vt vix elicias, quod creditu ſit dignius habendum. Nos vero tribus verbis animi ſententiam pandentes inquimus, naturæ iſtinctũ (vt ita dixerim) quo pater ad alendum filium & mouetur & impellitur, nunq̃, neceſſitatem vero, ad quam ille reductus eſt a iure ciuili inſtinctus ex cauſa remotum iri. Quandoquidem conſtet filium, qui ſuis ſe bonis poteſt ſuſtentare, a patre non alendum. Eſt & in confeſſo filium poſſe ex cauſa exhereditari, ex ea ſimul alimentis priuari, ceu aduertere conuenit In Auth. vt cum de appel. cog. §. aliud quoq; capitulum. Sed quid nequicquam moror? quum hoc ſibi negotii aliud & temporis & loci expoſcat: de eo itaq; hic tandem taciturus notandum cenſeo. IVS IPSVM naturale, & diuinum pariter (nam & alterum alterius pene aliquoties naturam ſapit) vtcunq; cõmuni omnium dicatur conſenſu, & ſit imutabile, nec quoquo tolli modo poſſit: ei tamen moderari, & interueniente ratione, derogari poſſe, & addi pluribus eſſe animaduerſum argumentis. In hoc videnda ſuaſerim, quæ poſt ſe ſcripta reliquit Barto. in. l. omnes populi. numero. 21. &. 22. quæq; Baldus in. l. memini. C. de nupt. quæq; Pannor. in. c. fi. de conſuetudine, quæq; pleriq; omnes in. l. fi. C. ſi contra ius vel. vti. pub.

Ius. l.fi.ff.de Iuſt. et iure.

Roma. cõſilio 52.

l. ſi qs a liberis. ff. de lib. ag.

TIT. SEXTVSDECIMVS DE CAPITIS DIMINVTIONE.

QVAE TITVLO SVPERIORE, & eo quidem proximo, deſyderari poterant, hoc ſub præſenti titulo paucis redduntur. Quandoquidem iſtic ſit dictum: Agnationis quidem plane ius omnibus plerunq; modis diminutione capitis peſſundari. In quæſtionem nimirum venire poterat. Quid eſt capitis diminutio? quotifariam ipſa? Eius itaq; quæſiti diſſoluendi gratia huius ſunt tituli præſcripta ſubnexa: quibus vtrunq; (vt diximus) perdocetur. Ante quorum frontiſpicium abs re non fuerit arbitror, quæſtionem minime infrugiferam veras in partes diſſecari. Quæſitum eſt, quo vtilitatis diminuendũ capitis agnitio? Haud inquam triuialis & pauciſſimis cognitus eius eſt fructus. Conſtat primũ capitis vel maxima vel media diminutione minutum mortui inſtar habendum, nec creditoribus conueniendũ, eundẽq; nec, niſi pro relicto in alimenta legato, & probatione legata (q̃ ſane legata i facto quã iure magis verſantẽ) aduerſum debitores acturũ. Siquidẽ,

cuius ſint bona vel publicata vel in aliũ deuoluta. IGNORANDVM tamẽ nõ putarim, in eos, ad quos eorũ bona peruenere actionẽ dandam. Eſt & inſuper in ꝑpatulo ad vel tutelam vel curã eundẽ minime vocandũ. Capitis autẽ minima notãdũ diminutione publica iura, & officia, magiſtratuſq; haudquaq̃, ſed priuati dũtaxat hominis, familiæq; eius iura non etiam ciuitatis amiſſurũ leges deſeruunt. Quæ tamẽ ſingula ſane itelligas, veluti deinceps dicemus.

l. 2. & l. tutelas. §. ſi ff. d cap. dimi. l. nã & cætera. ff. eodem

INSVPER nõ ignorari cenſuerim ea mini. cap. dimit. legitimã etiãnũ tutelam, & eam qdem ſolam, agnationis quoq; ius & quantũ ad emolimentum ſuccedẽdi, & tutelarũ, preter inter patrẽ & filium & inter fratres prouintiã: omnino defecturã. OCCVRRITVR, & e regione, Nunquid capite ita diminuto actiones cõpetentes expirant? Expirare rñdeo, q̃ de ciuili; nõ etiã quæ de iure ſunt aut naturæ aut gentiũ in eundẽ vero vel ex maleficio vel quaſi actiões minime: ex cõtractu autẽ vel quaſi mero qdem iure finiri traditũ eſt: qppe aliũ pene videri hominẽ capite diminutũ. prætorẽ tamẽ eas reſtituere vtiles eiuſmodi, cuiuſmodi & antea fuere. Hactenus de iis, q̃ ad rẽ mihi facere viſa magnopere ſunt, nec eſt vltra, quod dici oporteat, quũ neuter in titulo terminus obſcurã cõtineat ſignificationẽ CAPVT enĩ hic pro hominis ſtatu, vti alias etiã vel apud receptos linguæ latinæ authores, modo ꝑ homine, modo pro vita hois accipi, nõ eſt, nec incertũ nec diſſentaneum: qñ caput princeps ſit in hoie mẽbrũ, quo ſenſus illius capiunt oẽs, quo male valẽte, & cætera corpis mẽbra perinde atq; in ſui parentis cõpaſſionẽ nunq̃ non male valent. Id quod in noſtris in primium Verg. Aene. Scholiis nõ obſcure olim commonſtrauimus.

§. ſi tit. vt ſupra.

l. eas. ff. de cap. di.

l. 2. §. ait prætor. §. nemo § ſi. ff. eodẽ

Caput

CEST AVTEM CAPITIS.

PRIMO col. capitis diminutionẽ (Caio etiam definitore) prioris eſſe ſtatus permutationẽ. l. 1. ff. eodem. STATVM autem mutari dicimus aut facto hois interueniente vel vere, vt emancipatione, vel donatione vel alio id genus modo. interpretatiue, vt patre arrogato: ſiqdem filii interpretãtur arrogati, Vtcunq; de iudicio ſecus animaduerſum ſit. Ex qbus vtiq; liquet filiũ, patre mortuo, nõ capite diminutũ dici & ſi ſui effectus ſit iuris, ſtatũq; permutet. nimirum quod mors haud hominis facto vel violẽta immaturaq;, ſed dei opt. max. cum voluntate, quam fatum recte appellari puto, tũ diſpoſitione decretoq; vnicuiq; mortaliũ veniat, & oibus ſit deniq; (Paulo teſte) ſtatutũ ſemel mori, & vniuerſis quoq; hominibus vitæ mors terminus, hæcq; vltima linea rerũ. Hic Venuſinus ille vates bene cecinit Immortalia ne ſperes monet annus, & almũ Quæ capit hora diem, & quæ conſequuntur Omnes ꝑfecto (vt idẽ cecinit) vna manet nox: & calcãda ſemel via leti nec quã ſit quiſq; cõditione cura eſt: omnes ſane nullo moriemur diſcrimine, nec erit, qui ſubterfugere poſſit. Cæterum, iſthæc miſſa faciẽtes videamus num bene noſtri interpretes, expoſuerint hoc loco gloſſatoris reſpõſum, quo ille quantũq; mortẽ ſemper dei diſpoſitiõe euenire reſpõdit. Inter alios Faber ille Ioãnes ingenioſus, illud ipſum intelligit, qa certũ ſit dei diſpoſitione quẽq; moriturũ quemadmodũ, ex. l. nam etſi moriar. ff. de cõ. inde. l. 1. ff. de cond. & demon. Ex auth. de here.

glo. l. 1. ff. eo. l. ſi pater. ff. de adopt.

Fatum

Moriendum omnibus

In Auth. de here. & fal. §. ex iis col. 1

Ho. li. 4. Ode. 8.

Hor. lib. 1. Ode. 28.

& fal. §. In omnibus auté col. 1. Cæterum fatuiter eos ſentire, qui fati diſpoſi/tione & cõſtellatione morté quibuſq; ſuam impoſitam adfirmát. Egregie mi Faber anceps(ni fallor)reprehendis: quippe, qué nihil videá facere inter fatum &(vt tuo vtar verbo)cõſtellationem diſcriminis, quod tamé plurimum eſt de quo nimirum, deq; in eá rem attinentibus dicere & multa, & quid vel meo ini bi iudicio, ſentiédum putarim, in medium ducerem, niſi in ſuam me meſſem Theologi qui huiuſmodi ſuo ſibi iure diſputationem vna cum & Phyſicis & Aſtrologis vẽdicant non, tam vere q̃ merito falcem ponere adſeuerarent Ve tum, ne me luto quis herere ſit dicturus, aut quenq; eius rei cognoſcendæ aui/diuſculum in ſuſpẽſo teneam, libet, paucula(ſaluis vndiq; doctiorum opinio/nibus)adiungere. PRIMVM dicturus cur & qua dei diſpoſitiõe mors ſit vni/cuiq; ſequela, quomodoq; mors etiá violenta ea eueniat diſpoſitione. Secũ/dum, an ſyderalis etiamnũ motus quicq; nobis neceſſariũ miniſtret: Tertium quid fatum an eo ipſo quæq; ſub ſolis orbe regantur: ipſoq; ſua ſit cuiq; mors ineuitabilis definita. PRINCIPIO nemo nõ cõpertũ habet hominem & ani mo & corpore cõſtare, & horum altero ad dei imaginé: ideſt: imortalé, altero vero inſtar belluarum, hoc eſt, mortalé a deo opt. creatum. Cum enim deus animal, quod cõdiderat, ſuá ſpõte ad morté tranſire cognouiſſet, vt mortem ipſam, quæ eſt naturæ diſſolutio capere poſſit, dedit ei fragilitaté, quæ morti aditum ad diſſoluẽdum animal inueniret: Etenim, ſi eius roboris fieret, vt ad eum morbus & ægritudo adire non poſſet, quoniá mors ſequela morborum ſit. Inmatura vero mors quõ abeſſet ab eo cui eſſet cõſtituta natura: quippe qd fuerint, qui nullũ voluerũt hominé decedere niſi cũ céteſſimũ ætatis cõpleſſet annũ. Sed quáta ſit in eorum opinione repugnátia dicere tempus nõ patitur, nec a nobis dici cũcta & debét & poſſunt. Hic pene concluſerim quoſq; omni nõ moriturós, hocq; ipſum magna dei prouidétia comparatum, & in id ido neam morti materiá diſpoſitá. Quãdoquidé conſtet ex oſſibus atq; neruis & viſceribus & ſanguine, hominis, corpus, nihil ſane horũ eé poteſt tam firmũ: ut fragilitaté repellat, ac morté. Porro fragilia ſunt omnia, quæ uideri ac tan gi queunt: In terra etenim nihil eſt, quod nõ ſit infirmum at etiam omnia ſub cœlo orta occidũt & aucta(ut ille ait)ſeneſcunt, & uti omnibus fuit initium ſic & finis. Cum proinde homo ſic a deo ſapiétiſ. formandus eſſet aliqñ, res ip ſa exigebat, ut terreno: & fragili corpore fingeretur. Quibus fit, ut neceſſe pu/tem: ut morté recipiat quádo libet, quoniam corporalis. Corpus eni quodli/bet ſolubile: atq; mortale eſt. Quod alias etia mnum prudentiſſimo Solomo ni placuiſſe uidemus. Omnia, cũ inquit ille: q̃ de terra orta ſunt in terram cũcta reuertentur. Item mortuo gratiam non exhibeas, ſciens quoniam omnes mo riemur. Eſt & alibi de homine dictum: terram teris terram geris, & in terram cõuerteris, qui a terra ſumeris. Hinc inquam nihil morte certius, hora autem & m mortis nihil incertius. Cuius Hercle ſapientiſſimus & opt. in Euangelio Chriſtus teſtimonium ſub exemplo adferens, inquit, uigilandum eſſe, nempe neſciri qua hora dominus ſit uenturus, Et paulopoſt, uigilate itaq; ait, quia ne

Hominis creatio
Mors
Morbi
Nihil ĩ mũdo ppetuũ
Saluſti. i Ca thili. & Iu/ gurth.
Eccle. 7.
13. q. 2. c.
In eccliaſtico
Eccle. 3.
Gene. 3.
Iob. 3. 10.
Mathei. 24.
Mar. 13.
Luc. 12. & 13

L.1. §. 1. ff. de co. & demõ. ſtitis diẽ neq; horã. Nec hmõi Iuriſc. veteres latuerũt, at nõ eo, quo Faber illos
acciuit, modo. Haud ſane mortẽ ita nobis diſpoſitã, ſed natura potius ea ordi
natã neceſſitate credidere. Illi nimirũ, diẽ, cũ ita ſcriberet, icertũ dixerũt. Heres
meus cũ morieť. 10. dato. Diẽ nãq; incertũ mortẽ hře eius, ideoq; ſi legatarius
ante deceſſerit, ad hrẽdẽ eius legatũ nõ trãſire, nẽpe, diẽ, viuo eo, nõ ceſſiſſe, tam
etſi certum fuerit moriturũ heredẽ. Hactenus de rebus oĩo apertis, ſed pluſculis
tñ quantũ ad veritatẽ, incognitis. SVPEREST reſpõdeã q̃ſitui quo q̃rere ſoli
tos memini cõplures. An, ſ. cuiq; ſuæ ſit mortis ſtatus finis, quo adueniẽte, mo
ri hoĩem, neceſſum ſit. Deniq; an a deo max. oĩbus & ſingulis ſuũ ſit mortis ge-
Finis. nus cõſtitutũ ita, vt a deo, vel natura ipſa cõparatũ credi poſſit, Illũ i mari opor
tere: hũc i igne, iſtũ laqueo, alterũ gladio mori. An, inquiũt, eiuſmodi plerǽq;
mortes fato euenientes præcaueri ab homine nequeant quin neceſſario ſic futu
Iob. 14. ræ ſint. PRIMA huiuſce quæſtionis pars iãpridem a diuo Iobo, viro & patiẽ
tiſſimo & ſanctiſſimo omni eſt dubio ſoluta. Eodem etenim authore docti ſu-
mus, dies hominũ breues, & mẽſium eẽ numerũ apud deum, ab illo terminos
vitæ cõſtitutos a quopiã prætiri haudquaq̃ poſſe. A quo et Maronẽ illũ ſuũ di
ctũ puto ſumpſiſſe. Stat ſua cuiq; dies breue & irreparabile tẽps, & alios plæroſ,
q̃ꝗ breuitatis gratia ſilẽtio ſupprimẽtur. IN ALTERA quæſtionis ſerie labo
Arbitriũ liberum res certe Herculei, occuluntur, quippe, quæ vel hydræ Lernææ conferri poſſit.
Suã cuiq; liberã eſſe volũtatem ad male beneq; viuẽdum tam omnibus notũ
cẽſuerim q̃ notiſſimũ, non tamen mox crediderim ſuũ cuiuſq; mortis genus
a deo nõ præſcriptum, & quidẽ ita, vt minime negẽ ſuæ quenq; morti, deo or
dinante, obnoxium. Cæterum, nõ adfirmarim propterea hominẽ in ea mor-
te ſubeunda neceſſario, & fato quodã cogendũ: ita videlicet, vt febribus obeã
tu vero ſanguinis fluxu, ille latrociniis, hic laqueo finiat vitam, cogatur. Arbi
Ratio tror ego hominẽ ad nullũ oĩno mortis genus adeo adſtrictũ, vt ipſũ quoquo
Mors in deo modo, & ipſa in primis ratione (quam ducem quacũq; in actione nobis deus
tribuit) nõ poſſit aut vincere aut ſubterfugere. nec itẽ infitior eſſe quo q̃ſq; ad
aliquã mortis formã quodamõ trahatur. Quo ẽt fit, vt errare me haud putẽ:
cum dixero ſuã cuiq; mortẽ fato: hoc eſt dei diſpoſitione, eiuſq; terminũ, libe-
ro tamẽ arbitrio manẽte, cõſtitutã. Ita quidẽ queadmodũ mors in vniuerſum
dei eſt diſpoſitione ordinata, vt oẽs morti ſimus obnoxii, ita pariter quacũq;
vel ſingulorũ mortẽ definita iudicarim, qđ ſane accipiẽdũ uelim, cauſis mor
tis, & quæ ad ipſam aliquo modo ducũt, antegreſſis. Super q̃bus: cũ eas initio
notiſſimas qualiter qualiter euẽturæ ſint, habuit deus fatũ, ideſt ſuã diuinã ordi
nauit volũtatem, quo nimirũ pacto nõ eſt, quod q̃ſq; garriat, ſe ad hoc genus
mortis, adq; hoc vel furtũ vel homicidiũ a deo, ſupernoq; fato impulſũ. Por-
ro hoc te vel illo mortis genere deus certo pereũdũ haudquaq̃ decreuiſſet, ni-
ſi cauſas ipſe antegreſſas perinde atq; duces tua ſponte ſequutus fuiſſes, & ſic de
mum tuo plane arbitrio, deoq; voluntate permittente, fato emulo, morti vel
huiuſmodi vel illuſmodi te dediſti. Quæ vt vel ſingula a quocũq; itelligi poſ
ſint, quædã de fato, qđ modo pro dei volũtate in rẽ aliquã firmata, modo ꝓ

quadã aſtroꝝ inclinatione ſumit̃, breuiuſcule ſubnectẽda decreuimus. Tranſi
turi, q̃ & doctiſſime & argutiſſime locupletiſſimeq; de fato vtriuſq; tã Aethnicæ
quã Chriſtianæ religiõis authores poſt ſe ſcripta reliquere. FATVM definito
re Platone, dei dicimus & volũtatẽ & iuſſionẽ. Chryſippo aũt authore, ſempi
ternã quãdã indeclinãbilẽ rerũ ſeriẽ & cathenã voluẽtem ſemetipſã ſeſe & im
plicãtẽ p æternos cõſequentiæ ordines, ex qbus apta cõnexaq; eſt. Hoc Plato
bipharia noĩat, vnũ ſecundũ ſubſtantiã, aliud ſecũdũ actũ. Secũdũ ſubſtãtiã ſa
ne animã vniuerſi: Secũdũ actionẽ aũt diuinã legẽ impræuaricabilẽ, propter
cauſam ineffugibilẽ, quã etiã cõſtitutionẽ ineuitabilẽ vocat, ob cauſam ineffu
gibilẽ. hãc vero legẽ ad cũctorũ decorẽ, a primo & ſupremo deo aĩme vniuer
ſi datã eſſe, per quã pducit, q̃ fiũt. Quod aũt eſt ſecũdũ actionẽ fatũ, & ſecũdũ
puidẽtiã dicit. A puidẽtia eñ cõtineri fatũ. Nã oẽ, qđ ſecundũ fatum eſt, etiã
ſecundũ prouidentiã fieri nõ e diuerſo. Hæc aũt lex diuina, quã ille ait eſſe pro
uidentiã ſimul & fatũ, oĩa in ſe ipſa cõtinet, hæc qdem ſecundũ ſuppoſitionẽ
alia vero ex ſuppoſitione. Nã antecedẽtes cauſas, ſicuti quædã principia: ſecun
dũ ſuppoſitionẽ cõplectitur, quæcũq; ſunt in nobis, cõpoſitiones & iudicia &
impetus. Ea vero, quæ ex neceſſitate has ſequũtur, ex ſuppoſitione ſunt, & ele
ctio qeſcẽdi, quæ eſt in nobis, ſecundũ ſuppoſitionẽ exiſtit. Qua in re vir ille, Prouidẽtia.
philoſophorũ facile princeps, parũ a diuinis eloquiis diſtare mihi videtur: ni
mirũ dei ordinationem & voluntatẽ appellãs, & fatũ prouidẽtiæ ſupponẽs,
nã et ſctẽ ſcripturæ ſolã puidẽtiã oĩa diſpẽſare adfirmãt. In eo tñ a vero emi
nus declinat, quũ ex neceſſitate ſeq fines, q ſũt ĩ nobis, adfirmet. Sed de iis ſuo
(ſi deus voluerit) loco latius diſputabimus. PROVIdẽtiã, q̃ fatũ cõtinet, defi
nimus dei volũtatẽ, pp quã oĩa, q̃ ſũt, cõuenientẽ deductionẽ ſuſcipiũt. Porro,
ſi dei volũtas eſt puidẽtia, neceſſe eſt ſm rectã rõnẽ, & optĩe & decẽtiſſime fieri
vt cũ bñ hẽant, ea q̃ fiũt: meliorẽ ordinẽ nõ ſuſcipiãt. Seuerinus aũt Boetius, ſa Boetius li. 4 de cõ. & c. 5.
piẽtiſſimus Chriſtianæ ĩ primis philoſophiæ artifex, fatũ a puidẽtia diſcernẽs,
utrũq; ab altero definitiõe cõmõſtrat. Prouidẽtiã ait eẽ quãdã diuinã rõnẽ ĩ ſũ
mo oĩm opifice cõſtitutã, q̃ cũcta diſponit. Fatũ uero ĩhærẽtẽ rebus mobilibus
diſpõnẽ eẽ, q̃ puidẽtia ſuis q̃q; nectat ordinibus: pinde puidẽtiã oĩa ſiĩ, etſi di
uerſa ſũt, atq; ĩfinita cõplecti. Fatũ uero ſingula q̃q; ĩ motũ digerere locis, for
mis, ac tpibus diſtributa. Videmus igit̃ oẽm hãc tpalẽ ordinis explicationẽ di
uinæ mẽtis, ueluti quodã adunatã pſpectũ puidẽtiã eẽ, eandẽ uero adunationẽ
digeſtã atq; explicatã tpibus, fatũ uocari. Cuius rei exẽplo ſit artifex qſpiam, q
fingẽdæ rei formã (quã Plato Idæã noĩauit) mẽte pſpiciẽs mouet opis effectũ. Idæa
Verũ qđ ſimpliciter, ac pñti quodã cõſpectu fuerat ĩtuitus; id p tpales ordines
ducit: & q doctor multa allaturus eſt, pq; tẽpoꝝ ordines expoſiturus, ea ipſa ſe
cũ uno ueluti ĩtuitu ac ſimplici pſpectu cernit. Recte igit̃ modũ regendarũ re
rũ intelligentia diuina cõſpectũ nuncupabimus puidentiã, ad ea uero relatũ,
q̃ ipſa mouet atq; diſponit, fatũ noĩabimus. Hæc de fato & dei puidẽtia dicta
ſũt: q̃ a Platõe, Ariſtotele: Democrito, Heraclito, Epicuro, Euripide, Menãdro
Anaxagora, Chryſippo, Diodoro, Poſſidonio: Cicerõe, A. Gellio hocq; ge

nus ꝓphanæ religionis multis aliis:tũ noſtræ quoq; ꝓfeſſionis ſanctiſſimis Au/
thoribus,iiſdẽq; ingenio pſpicaciſſimis Baſilio magno,Gregorio.Nyſſeno,
Nazianzeno,Lactãtio,Hieronymo,Auguſtino,Gregorio,Ambroſio,Petro
q; Lombardo ſentẽtiarũ Theologicarũ eximio doctore,Boetio Lau.valla,&
latius & eruditius diſputata ſunt. In qbus ſi vel qcq̃ obmiſerim vel rite minus
ſenſerim boni cõſulatur oro. Nõ enim eo ſum cõſilio vt temere vel aſtruere,
quod a ſanctiſſimorũ virorũ ſenſu alienũ ſit:quãq̃ adeo ſit arduũ hoc diſputã/
di genus, vt nemo nõ timide ipſum ingrediatur,& vix qſq̃ ſibi in ſua conſtet
ſentẽtia,Sileo, vt putẽ meã mihi opinionẽ cũ omnibus couenire,quãdo ĩ ea
arena minimus,perq̃; lubẽter paſſurus ſim vel a puero (veritate ꝓcinãte) emẽ
dari,ac obſẽquẽs ferulæ manum ſubducere. COGITET præterea quiſq;,nos
hic tantummodo oediſſe,quæ aliquã vel minimã ea in re partẽ Iuris alũnis ſunt
oſtẽſura ne ignari eius videremur oĩno rei,quã vel noſſe pene cautum videa/
tur. De ſyderũ,uero atq; planetarum adfectione (quã modo cõſtellationem,
modo influentiã cæleſtem dicunt) breuiter ita habẽdũ uelim. Eos plurimũ er/
rare,eſſeq; in deũ opt.max.impios,& nõ modo cõmuni ſentẽtiæ aduerſarii,
ſed omnẽ politiã inutilem oſtendere qui arculari motui aſtrorũ,omniũ,quæ
fiunt cauſam adſcribunt eo nãq; pacto ſuperfluæ,& incõuenientes eſſent leges:
& ſuperflua iudicia homines punientia,in iis, quorum ipſi nõ ſunt cauſa: lau
des itẽ & vituperationes irrationabiles exiſterent,& ſtultæ orationes. exularet
& hoc modo prouidentia cũ pietate, Qui ergo eiuſmodi vel adſerunt uel cre
dũt,ea quæ in nobis ſunt,& contingentis naturã deſtruunt,& omnia euertũt.
Iniuſti etiamnũ & ipſi ἀϛηέτοι eſſent:hos nimirũ adulteros, illos uero homici/
das facientes:quo deniq; fieret ,ut deus opt.conditor in ſe culpã referret,ſi ta
lia condidiſſet,quæ malorũ nobis illationẽ ex neceſſitate ĩponerent. Sed quã
ſit hoc totũ,& qcqd in eã poſſit dici formã,ab oĩ ſenſu cõmuni alienũ, & uel
cogitare uel dicere cũ nephas tũ ipiũ quoq;,narrare ſupſedeo:ne fines meos
ſupgreſſum qſq̃ me accuſaturus ſit. POSTREMVM modo unũ illud ſubie
cerim. Rectiſſime a iure nr̃o iſtos,q ſe ſe Chaldeos ſeu Genethliacos appellãt
itẽ uates,diuinatores itẽ,& ariolos,augures, aruſpices,Aegyptiacos calcula/
tores,ac de motu,deq; ſtellarum poſitu dicere poſſe q̃ futura ſunt, profitentẽ,
procul excluſos,exploſos,damnatos:ita quidem ut ſufficere poſſit, iſthæc ſci
re,quæ iure perinde atq; a ratione diſſona,legum ſanctiſſimis latoribus cogni
ta ſunt. Hac tñ de re q tenuiter admodũ & ꝑdocte legere uolet is petat iter cæte
ros Baſiliũ cognomẽto Magnũ,Gregoriũ Nyſſenũ,Origenẽ aduerſus celſũ,
Auguſtinũ & A.Gelliũ,Ioui Põtanũ,Finaliter crediderĩ ſuorũ:quẽq; malorũ
eẽ cãm,minime deũ,adeo,ut toto exoſculandũ pectore iudicẽ Homeri illud.

c.1.&.2. ex/tra de ſortilegiis.c.nõ obſeruetis.26.q.7.
26 q.3.4.5.
er to um li.d fato.c.1.
Gel.lib.14.ca.1.
Cic.li.de fato.& lib.de diuinatione

Hei mihi,quid damnant mortales numina cœli
Eſſe aiunt etenim per nos mala,cum tamen ipſis
Vecordi præter fatum ſint mente dolores.

CONCLVDENdũ itaq; arbitror,Filiũ haudquaq̃ capite deminutũ dici pẽ
aut nãli aut uiolẽta morte decedẽte,quũ utraq; ſine eiꝰ facto:ſed dei uolũtate

cõparata ſit. De fato mecũ nuper diſſeruit doctiſſime integerrimus, idemq; ve
nerabiliſſimus Vir D. ANTONIVS DE BARATELLIS Reuerentiſſimi
Patauini epiſcopi Sacellanus digniſſimus.
SECVNDO col. capitis diminutioné tripharíam diuidi, in maximam, me
diam, minimam. l. fi. ff. eodẽ. Cũ enim, inqt ibidẽ Paulus, tria ſint, quæ habe
mus libertatẽ ciuitatẽ & familiá. Quæ ſi omnia amittimus conſtet maximam
eſſe capitis diminutionẽ. Sin ciuitatem, libertatem vero retinemus, mediã eẽ
cum aũt familia dumtaxat mutatur, minimã eſſe capitis diminutionem.

SERVVS AVTEM MANVMISSVS.

PRIMO col. ſeruũ nõ ideo capite dici diminutũ, quoniã manumittat.
Quia nullũ caput habuit. l. liberos, §. emancipato. ff. eodẽ. vbi Paulus
rõnẽ eẽ inquit: qm̃ ſeruile caput hoc eſt (caput eni inibi ꝓ hoĩe vel pſõ l. nulla. ff. de
na, vti i ſupioribus ẽt arguimus, accipiẽdũ eſt) nullũ ius hẽt ideo q; minui neqt ſuis & legit
QVOD ſane itelligas, ius nr̃m, qđ ciuiũ eſt, cõſiſtere i libertate, ciuitate, fami
lia. Quorũ ſingulis caret ſeruus: nẽpe q (vt alibi notauimus) quãtũ ad ius ciuile l. qđ attinet.
ꝓ nullo hr̃. Adde eũdẽ manumiſſum, aut denuo ſeruũ aliq̃ lege factũ aliũ vide ff. de re. iur.
ri, & nouũ reputari hoĩem. l. q res, §. Aream. ff. de ſolu. Vnde, ei minus proſi l. ſeruitutẽ.
cere liberto facto, quod quis cum ſeruus eſſet fecerit. Vide Baldum. l. 1. C. an ff. de re. iur.
ſeruus ex ſuo facto. Et Azonẽ inibi. Quã rẽ nos poſt doctiſſimũ Zazũ latius. l. qđ quis. ff. de re. iur.
SECVNDO col. neminẽ eo priuari, quod non habet: & ſic (vt noſtri philoſo
phi aiunt) priuationẽ preſupponere habitũ. l. decem ſtipulatus. ff. de verb. obl. l. nõ põt vide
vbi is non dicit liberari, qui non debuit, conditione ſtipulationis deficiente. ri. ff. d re. iu.
Quod nimirũ ſecundũ veritatẽ, non aũt iuris interpretationem locũ habet, l. nulla. ff. d
Euenire enim poteſt, vt obiicienti mihi coram iudice excõicationem excipiã, ſuis & legit.
me eſſe abſolutum, qua Hercle exceptione me non præſumi excõmunicatum l. illud. §. ad teſtamenta
maxime aduerſaria parte abſolutionẽ negãte, plerıq; omnes tenẽt. Qđ inter ff. decõ. tab.
alios Bartolus in. l. decẽ vt ſupra admodũ pſpicue declarat. Abbas. c. ſicut no
bis de ſen. excõ. c. ꝓpoſuit de cle. excõmu. Autho. c. ab excõicato de reſcriptis
Roma. cõſilio. 387. SCIO A nobis hoc diſiderari loco nõnihil de excõmu
nicatiõe (quã cõtra Fabrũ. Ange. Nicolaũ Neopolitanũ relegationi, nõ aũt
deportationi, cõferendã puto.) Quãdoqdem & relegatus & excõmunicatus
(ꝓterq̃ ſi vel pro hereſi vel vſuris eſſet excõmunicatus) ſubiicere: quo (vt fieri ad
ſolet) ciuilis iuris auditores habeant, q̃ iuris ſunt pontificii: quorũ ego, reluctã
tibus aliquot blateronibus, neutrũ ſine altero ſciri pfecte crediderim. Sciendũ
EXCOMMVNICO verbũ a me hauddũ apud vere latinũ authorẽ eẽ lectũ, Excõico
nec excõmunicationẽ. Simplex tamẽ ipſum cõmunico apud pluſculos legere
memini. Id aũt ſignificat participio: & qđ priuatũ eſt aut eſſe põt, vniuerſorũ
facio. Inde (vt ego auguror) excõico ideſt extra cõmuniõnẽ hoĩum pono, eo
rũq; cõſuetudine, rerũq; vſu interdico. Excõmunicationẽ & eã dici interdictio Interdico
nẽ. Quã bipharíã, vnã maiorẽ, alterã minorem diſtribuũt. Illã ab ædis ingreſ Interdictio
ſu, & ſacramentis & fideliũ cõmunione ſeparare, infligiq; aliquãdo a iure, qñ
q; ab hoĩe: ea notari hereſeos dãnatus, hereticorũ receptor, fautor. Sciſmati

eus, clericũ verberans, rector & cõſul ſuperiorũ iuriſdictionẽ euacuans, tẽplorũ incenſor, templa infringens, Nõ canonice electus papa, pro papa ſe gerens, Papæ literas falſificãs, ſeu falſis vtẽs, Sarracenis quouis mõ opẽ ferens, Scholaſticus de cõducẽdo hoſpitio tractãs, inquilino ſcholaſtico irrequiſito. Clericus leges aut phyſicã audiẽs, cõicans in crimine cũ excõmunicato, artẽ baliſtariorũ, ſagittariorũue aduerſus chriſtianũ exercẽs, Iubẽs ſeruari cõſuetudines & cõſtitutiones cõtra eccleſiæ libertatẽ, Statuta faciẽs, horũq; ſcriptor. Rector vbi euiſmodi ſtatuta ſunt vel ædita vel ſeruata, q ſecundũ ea iudicat. MINOREM vero tradũt excõmunicationẽ a ſacramẽtorũ dũtaxat cõmunione ꝑ ſi iſlari quæq;, & ipſo iure quãtũ ad deũ ꝑ quolibet mortali peccato infligẽdam apud deũ quoq; & eccleſiã illi ſubigatur, q cũ excõmunicato participat, ſacrilegus. Notorius fornicator & Symoniacus. Qui eccleſiã recipit de Layci manu ſiue epi cõſenſu, decidens in torneamentis notorio crimine famoſus, Baliſtarius ſagittarius, pauperum oppreſſor, manifeſtus raptor, publicus vſurarius meretrix, excluduntur ii omnes a cemiterio oblationibuſq;. Hæc ex Innocentio ex. c. 1. de ſenten. excõ. vbi etiamnũ eſt legere quibus & quando pro abſolutione ad ſedem Apoſtolicã ire non ſit neceſſariũ. Reliqua ſuo loco dabimus.

¶ QVIBVS AVTEM DIGNITAS.

COLLIGE a dignitate officioue remotũ capite haudquaq; dici diminutũ. l. 3. ff. de ſena. Id qđ accipiendũ eſt, ſi ob turpitudinẽ remotus ſit, cũ non modo capite minutũ, ſed vel infamiæ obnoxiũ: eaq; rõne eum dẽ nec iudicaturũ nec teſtimoniũ dicere lege Iulia repetundarum caueri. Qđ prætere a pleriq; oẽs nõ tam de iuris quã facti infamia intelligi contendũt. Semel eni malos viſos, ſemp malos eſſe ac habẽdos iura arbitrant. l. ſi cui §. 1. ff. de accuſat. Non enim facile admittendũ eum, qui ſemel calũniatus ſit. Hic nullo ſane pacto Bartoli cautionem ſilentio tranſeundã puto. Is nimirũ cõſuluit Officialem condemnandum adire Syndicum, interrogaturum, quanti eum velit condemnare, ſummã ſubinde expreſſam ſoluturũ: eo nãq; modo ſniam fore liberatoriã. l. ſi reus paratus. ff. de ꝑcu. & infra de ꝑpetuis & temp. act.

l. 2. ff. de ſenatori.
l. eadẽ. §. 1. ff. ad legem Iuli. pepe. l. cũ prot. §. nõ aut. ff. de iud. l. repetũdarum. ff. de teſtibus.
l. 3. §. fin. aũt ff. de ſuſp. tut.
bar. i tract. de ſyndica.

¶ QVOD AVTEM DICTVM EST.

COLLIGE ius cognationis capitis dumtaxat media vel maxima, non autem minima diminutione tolli. Quod ſane intelligendũ velim. Ius cognationis, hoc eſt, ius in ſuccedendo, adq; tutelam vocando, non quantũ ad conſanguinitatem, quæ tolli modo queat nullo. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iuris. Sic conſtat nullo neq; pacto neq; delicto ius ideſt neceſſitudinẽ ex ſanguine & natura deriuatam, ſed ſolum auferri ius, & effectum ex ſanguinis iure emanantem.

l. legitimis. ff. vnde cog.
l. capitis n. d. iuris & leg.

¶ CVM AVTEM AD AGNATOS.

COLLIGE Tutelam legitimã, gradu ꝑximiori deferri, & pluribus omnibus ſi oẽ eodẽ fuerint gradu. l. ſi plures ff. de legat. 3. l. 3. §. ſi ad plures. ff. de ſepulcro vio. SCIENDVM tamen iuxta Gloſſatoris ac Bartoli ſententiam hunc hodie paragraphũ corrigi. Quandoquidem noſtra tempe-

l. 1. § gradu um. ff. vnde cog.

ſtate, equaliter tam ad agnatos quam cognatos deferatur tutela, quemadmodum & hereditas. In Auth. de hered. ab intesta. §. ex iis col. 9.

QVAERI poteſt nunquid plures vna tutelæ habituri ſunt administrationem? Vnum, reſponderim, habiturum, vti in ſuperioribus dixi. RVRSVS quæritur, Quid ſi de administratore eligendo diſſentiant? Reconciliandos inquam per iudicem, vt in vnum conueniant electumque eueſtigio administrationem more conſueto petiturum: Siquidem inibi de tertii cõmodo negotium verſetur. NOTATV & illud poſtremo dignum cenſeo. Legem. 12. tab. ad tutelam ordine ſucceſſiuo vocare idest: quo quiſque gradu eſt proximior hoc tutelæ obeundę ſit ꝑpior. ID QVOD ad hoc facere pluſculi putauerunt. Si pater Emphiteoſim pro ſe ſuiſque filiis ac nepotibus acceperit, primum vtique pro ſe, ſecundum pro filiis, tertium pro nepotibus videri accepiſſe. Ego etiamnũ poſt alios addiderim, ordine ſemper ferme ſucceſſiuo procedendum, vbi perſonarũ quæpiam attenditur adfectio, cum alioqui etiam ſit electio, & aliquando ſcripturæ ordo penſiculetur. Quod ſatis prudenter a doctoribus in. l. gallus. ff. de liberis & poſthum. animaduerſum eſt.

l. 3. §. fi. ff. adminiſt. tuto. l. ſororis. C. q pet. tut. l. 4. C. de legit. tut. In Auth. de herede. q ab inteſtato de. §. fi. l. cũ pr. §. fi. ff. de lega. 2.

TIT. SEPTIMVS DECIMVS DE LEGITIMA PATRONORVM TVTELA.

CVM POST tractatum de legitima agnatorum tutela in dubium ſit vẽtum quinam libertis, ipſorumque filiis eſſent tutores, ſolutione opus fuit. Quam nimirum Imp. traditurus hunc ſubiunxit titulum, Sub quo inter alia eandẽ inquit ex legis mente tutelã patronis deferri. Id quod paulopoſt clarius enodaturi ſumus. Iam vero more noſtro quis patroni appellatione veniat dicemus. EST Enĩ varia eius verbi ſignificatio & vſui plurimũ futura. Scitu igitur cõſentaneum eſt hoc loco, patronũ appellari, qui ſeruum ſuum manumiſit, ideſt ex dominio ſuo in libertatẽ poſuit. Eũ vero qui manumiſſus eſt, dici libertum, & ſic alterum eſt alterius (vt dialectici loquuntur) relatiuum & correlatiuũ: quippe patronus eſt liberti patronus, libertus patroni libertus. Cuius ſane vtriuſque paſſim, & pene nuſquam non in iure ciuili mentio habetur: maxime Sub tit. fforum. de Iure patronatus vbi, & in libro Noſtrarũ in tit. pandectarum Iſagog. trigeſimoſeptimo locupletiſſime hac de re ſcripſimus, & quidem ita late, vt ſuperuacaneũ duxerim, hic multis agere, Crambẽque recoctam iterũ atque iterũ recoquere. IN IVRE AVTEM pontificio eũ dici audio patronũ qui habet ius quempiam ad ſacerdotium aliquod (vt ipſi aiunt) præſentãdi. Ius quoque patronatus inibi eſſe authoritatẽ, ſiue poteſtatẽ ex Sacerdotiis ante eccleſiæ conſecrationem colatis prouenientem eamque ex tribus, Sacerdotii fundatione, dotatiõe, edificatione, ſolaue collatione naſci quæ eius ſunt patroni hoc cõcluſimus diſticho. Prono vtilitas, debet honorque, ſubinde ꝓ Præſẽtet, pſit, defendat, alet egenus. Quo de & alias pleniſſime ſumus cõmentati. HIC obiter ſacris cuique initiato optimo. i. (qđ alioque barbare vſurpãt) ordinato: hoc eſt cleri co: notãdũ velim latinius ſacerdotiũ ꝓ eo qđ vulgo bñficiũ dicunt, ſcribi & dici illud veteribus, & iis qdẽ doctiſſimis, hoc vero minime frequens

Patronus

Vallã vide

Libertus

c. filiis. 16. q. 7. c. q cũque & c. Abbates. 18. q. 2.

Ordinatus. Sacerdotiũ. Beneficiũ

fuiſſe animaduerſum. Significat auté ſacerdotiũ modo ſacerdotis dignitaté
modo ſacerdotis prouẽtum cuius loco(ut dixi)proprie quidé ſed minus lati/
Sacerdotia varia — ne beneficiũm dicunt. SACERDOTIVM autẽ uel beneficiorum eccleſiaſti
corum duo fuiſſe genera legimus. Vnum quod ſacris eſſet locis addictũ, quæ
uel reip. uel principum, uel põtificum collegii collationis eſſent. Alterum ue/
ro quod uel ædis aut ſacelli iuris eſſet, & ea quidem ratione a patrefamilias ex
tructi, cõſecratiq; ut & ſacrorũ cura & fructuũ ipſius ſacerdotii præceptio ad
ſolam gentem familiamq; ſuam perpetuis ſucceſſoribus deuolueretur. Quæ
Gentilicia Sacerdotia — nimirum ſacerdotia(ut idé ſæpius repetam)a ueteribus gẽtilitia ſacerdotia ſeu
beneficia, a noſtris auté, & recentioribus iura patronatus appellata ſunt. Cuiuſ
modi habet & multa & copioſa, illuſtris & generoſa proſapia illuſtriũ & meo
rũm Baronũ & Mecænatũ a SCHINARTZENBERGIO qbus ſane haud
parum & probos & doctos ſacerdotes ſæpenumero adiutat Quo etiam fit, ut
illius pietate chriſti religio cõſeruatur: deiq; optimi gloria nũq̃ nõ excreſcat,
foueatur excolaturq;. Reſtat, unum aut alterũ ex approbatis ſcriptoribus eius
Liuius li. 1. ab vrb. cõd. — uocabuli exemplum adducam T. Liuius ſacerdotioq; Augurum tãtus honor
acceſſit. Ita quoq; Paulum accepiſſe puto, cum inquit ſacerdotio obueniente,
l. in honori/ bus. l. 1. ff. de vacat. mu. — uidebimus an cogatur arbiter ſententiam dicere deniq; & Papinianus. Sed in
Aſia, inquit, ſacerdotium. Inuenio inſuper patronũ eſſe qui aduocatus, Cauſi
l. nõ diſtin guemus. ff. de arbi. — dicus procurator cognitor quanq̃ ſub aliquo (ut Feſtus põp. docet) diſcrimi/
ne, Nam aduocatus nomẽ eſt tàm accuſatori quã defenſori commune; qui ſi
l. in honori/ bus. ff. de va cat. & excu. — olim fuerat foro inutilis uulgo cauſidicus dicebatur authore Quintiliano. Ci
ceronis autem interpres Pedianus qui(inquit)alterum in iudicio defendit aut
Patronus — patronus dicitur, ſi eſt orator: aut aduocatus, ſi aut ius ſuggerat amico: ut præ
ſentiam ſuam: aut procurator: ſi abſentis negotia ſuſcipit, aut cognitor, ſi præ
Aduocatus Defenſor — ſentis cauſam nouit; & ſic tuetur: uti ſuam: Hæc uel ſingula uidemus paſſim &
Cauſidicus — à priſcis illis noſtris Iuriſconſultis & politioris literaturæ nõ leuibus authori/
Orator — bus eſſe pro re temporeq; obſeruata. Vlpianus Ait prætor, ſi nõ habebunt ad/
Procurator — uocatum, ego dabo. Et paulopoſt, vel metu patronum nõ inuenerit. Pli. Ne/
l. 1. §. ait prę tor. ff. de po/ ſtulando — pos. Quod me pene adhuc puerum patronũ cooptauit. Lactan. Etenim cum
ſciam maximos quoq; oratores a cauſidicis mediocribus ſæpe victos. Cicero
Pli. li. 4. ad Fabatum — Iam in patronorũ numerum peruenerat. Idem non enim cauſidicum neſcio
quẽ, neq; proclamatorem, aut rabulam noſtro ſermone conquirimus. Idem.
Lac. li. 3. c. 1. Cic. i Bruto — Noui ego vos magnos patronos hominẽ, occidat oportet, qui veſtra opa vti
velit. Terentius Huic opus eſt patrono, quẽ defenſorem paro. Quo ſane mo/
Cic. li. 1. de Orato — do certum eſt: pro cauſarũ defenſore accipi. SVB titulo autem noſtro(vt iã
Cic. li. 3 ad M. Cælium — tandem ad materiã propoſitam veniamus)pro eo accipitur qui ſuum manu/
miſit ſeruũ: & ita pro eo, qui dominus fuit ſumi obſcurũ nõ eſt. Quo factum
l. adop tiuũ ff. de in ius vocando — putauetim, vt a noſtræ etiãnũ ætatis eruditiſſimis in omni doctrina viris pro
domino atq; hero, etiam qui nullũ manumiſerit ſeruũ perinde vti Mecænate,
A. Gel. li. 7. ca. 3. — atq; parẽte quodã peculiariter vſurpari videã. Gel. Nanq; epiſtolã cõſcripſit
ad. Q. Auxiũ patroni ſui familiarẽ. Martialis quoq; Cauimus & domini iu
omne

omne remittimus agro. Munere dignus erat cõualuiſſe meo Senſit deficiẽs ſua
præmia, meq; patronũ Dixit ad infernas liber iturus aquas. Hunc in modũ ſo
leo ipſe meos nuncupare patronos, qui mihi meã & mentẽ, pariterq; corpus a
curis, calamitatibus, anxietatibus ſuo liberali adminiculo liberũ reddũt. Quo
rũ ſane ex numero primũ collocauerim Pientiſſimum Parienſiũ Archiepiſco
pũ PAVLVM ZABARELLAM & Ampliſſimũ Veſtẽſem Epiſcopũ HIE
RONYMVM DE MAGNANIS. ac Reuerẽtiſſimũ Epiſcopũ Patauinum
HIERONYMVM DE SANCTIS. Archipræſulẽ, inquã, & præſules tot,
tantiſq; virtutibus conſpicuos, vt ſi illorũ coner laudes dignis proſequi præco
niis, opus fore putem pluribus ſane chartis, quã quæ noſtros ſunt cõplexa, cõ/
mentarios, extẽdereturq; longius decori illorũ catalogus, quã eorũ, quæ vbiq;
notatu digna cenſuimus, pronunciatorum numerus. Cæterum, hoc nec hu
iuſce eſt tẽporis nec loci, nec illorũ patiť modeſtia: quã ego vel hoc ſolo imo
deſtam & minimã exiſtimarim. Quod cũ illi ſint omnium, ſui præſertim or/
dinis maximi, hoc tamẽ nomine (meo iudicio) præcipue magni, quod ii ſoli
ſuam non agnoſcant magnitudinem, vt hæc ſit vel illorum laus multo ſupre/
ma, omniumq; excellẽtiſſima, quod cum ſuis exuperẽt meritis omnẽ laudẽ;
non tamen vllam, quantumuis moderatã, laudem admittant. Verum, vt eo,
vnde digreſſi ſumus, reuertamur. Eos igitur ego optimos ANTISTITES
meo vocauerim, vocaboq; quoad ſpirauero, iure p̃ronos meos, illoſq; æque
vti patres meos longe pientiſſimos (nec imerito, cum vel iure ciuili patronus
ſit & habeatur, & in omnibus ad omniaq; pene parẽti exequetur, & par vtriq; l.1.l.2.ff.ſi a
a filio & liberto honos ſit deferendus, ac vtriuſq; perſona vtriq; ſancta eſſe de/ parente q.ſ.
beat ac venerabilis) obſeruo, colo, ueneror: nimirũ, qui triſtes in ſummo cer/ ma. l.honori.
te mærore Camænas reſpexerunt meas. Apollinẽ reſuſcitarunt. Spem & ſalu/ l.liberto.ff.
tẽ omnẽq; ſtudiorũ meorum rationem pie & humane reſtituerũt, quiq; me, vt de obſequiis
cunq; imerentem, externũ, barbarum, indoctum, rudem, liberaliſſimis ad iuris a liberis
ſtudia p̃miis excitarũt, liberalitate demeriti ſunt, comitate inflãmarũt, benigni
tate retinuerũt, pietate fouerũt authoritate tuiti ſunt, & I. INSIGNIBVS oĩ,
q̃ eſſe potuit ac debuit, ſolẽnitate p ſpectatiſſimũ Iuriſconſultorũ Patauinũ col
legium decorarũt, illuſtrarũtq; Studentq; omnibus plane modis indies maio
ri dignitate me excolere atq; euehere: nec me quidẽ ſolũ, ſed vniuerſos, quos
animaduertunt præclarã doctrinam cum virtutum integritate, morumq; can/
dore copulaſſe. Illis proinde interim habeo & ago gratias multo maximas,
quando nec dignam nec parem gratiam referre quiſq; poſſit. Illorum equidẽ
me longe ſimillimas habere gaudeo. Illuſtres ac Generoſos BARONES a
SCHVVARTZENBERGIO, Sapientiſſimum virum & clariſſimum BI/
LIBALDVM PIRCKAMERVM Senatorem & Patricium Normbergen
ſem. Prudentiſſimum & optimum virum IOANNEM FVSCVM Reuerẽ
tiſſimi Bambergenſium Epiſcopi. Queſtorem HIERONYMVM HOL/
TZSCHVER iuuenem omni laude inſignem, & alios pleroſq;, quos nunc
recenſendi locus haud eſt, ſuo aũt tempore minime ſilentio prætereundi.

EX EADEM LEGE .XII. TAB.

PRIMO col. Patronos, eorũq; liberos ad libertorum impuberum ex lege qdem .12. tab. non tamen noĩatim, ſed ex interpretatione (id qđ paulopoſt expoſituri ſumus) tutelã vocari. l. tutela. ff. de legit. tut.

SECVNDO col. Illud ex lege dici, qđ tam eſt ex ſententia quã verbis legis. l. nominis §. verbũ legis. ff. de verb. ſigni. Id qđ in præſentia hunc ad modũ poſſe puto declarari. Lex. 12. tab. defert agnatis tutelã, quoniam hereditatem ſunt adepturi, & ſucceſſionem ſperant. Sic pariter etiamſi nulla inibi facta ſit ſpecialiter vel nominatim de patronorũ tutela mentio, tamẽ qa patroni ſimul libertorum hereditatem aucupentur, ſeq; ipſorum bonorũ ſucceſſores fore ſperant, certe per conſequentias (vt vtar Iuriſconſulti verbo) hereditates, quæ ex. l. patronis datæ ſunt, tutores eſſe conuenit ſiue ſua ſponte, ſiue compulſi manumiſerint. HINC ELICIENDVM arbitror tantundem peccare, puniendumq; qui aduerſus legis ſententiam ac qui in verba eiuſdem peccet, puniaturq;. Tam enim mulctandus eſt, cuius bipes animal pauperiem fecit, quam cuius quadrupes animal obfuit: vtcunq; lex. 12. tab. quadrupedis tantum mentionem fecerit, & ſic verba non tantum ſed legis ſẽtẽtia, quæ de quouis aĩali alio accipi voluit, ſit attendẽda; Vnde in legis fraudem eum quid facere Paulus ſcribit, qui, ſaluis legis verbis, ſententiam eius circunuenit. Cuiuſmodi eſt & illud. S. C. quod alias ab Vlpiano narratur. Ait. S. C. eos, qui bona inuaſiſſent, quæ ſcirent ad ſe non pertinere, condemnandos. Loquitur aperte de eo, qui ab initio mente Prædonis res hereditarias apprehendit. Quod ſi ab initio quidem iuſtã cauſam habuerit adipiſcendæ poſſeſſionis: poſtea vero conſcius ad ſe nihil hereditatem pertinere: prædonis more verſari cœpit: q̃uis nihil ſenatus de eo locutus eſt: puto tamen, inquit Vlpianus & ad eũ mentem. S. C. pertinere. Parui etenim referre, ab initio quis doloſe in herediate ſit verſatus, an poſtea hoc facere cœperit. Poſſem in hæc obfirmãda vel ſexcenta alia coacemare exẽpla, quibus luce etiam clarius confirmare eſſet plerũq; legis non modo verba ſed mentem huiuſq; rationẽ animaduerti debere. Sed in eo, quod nemo non nouit, quid opus eſt teſtibus? Iure igitur ſuperſedeo. Hanc vero rem doctiſſime diſſeruit & tractauit M. T. Cicero, in oratione pro. A. Cecinna. quem oro attente legas, quia proderit. VNVM TAMEM illud optimos quoſque admonitos velim, omnino recte agendum, & omni ſiniſteritate ſemota diſſerendum, vbi in dubium veniat, mens ne legis an verba potius attendantur: nimirum, qua in re vidimus ſæpenumero pleroſq; dolo plurimum verſari: & nonnũq̃ quod iuſtũ erat, iniuſtũ fieri: quod aduocatis aliquibus noſtra quidem tempeſtate (proh ſcelus, vhe vobis, qui iudicatis terram recte, obſecro, iudicate, æquũ pupillo, pauperi, diuite: non ſit apud vos perſonæ acceptio, nec malignus deflectendi adfectus) prorſus protritũ videri haberiq; conſueuit. Ne ergo quiſq̃ inibi iuris ignorantiã ſit obiecturus, lubet paucis adiungere, quemin modum res rite ſit agunda.

SOLET SAEPENVMERO de quo dubium eſt & ambiguitas, eſſe vel ab

l. tutelas. ff. legit. tu.

l. nõ dubiũ. C. de legi.

l. 1. ff. ſi quadrupes. & l. hæc actio. ff. eodem

l. cõtra legẽ. ff. de legibus

l. ſed etſi. §. ſed & fretus ff. de petit. hered.

homine vel a lege prolatum. Si ab homine, ipſiusq; mens fuerit omnino du bia, nec qualibet ex parte interpretanda, cenſet Marcellus a verbis legis haud quaquã recedendum: & non perperam, quum, vt ait Tubero, nomina ſint adinuenta, vt dicentis voluntatem demonſtrent. Nec facile credendum, quenq; dixiſſe, quod non ſenſerit, quodq; mente haud agitarit, nec videri (vt Seruius putat) quenq; prætuliſſe, cuius ſuo non ſit nomine vſus: vtcunq; dicentis mens q̃ vox prior atq; potior habeatur, citra tamẽ vocem neminẽ, niſi mutus conatu ipſo loquaſ, dixiſſe exiſtimari. Erit tamen hoc caſu loquendi cõſuetudinis ratio maxime habenda: quoniam non ex ſingulorum opinionibus ſed ex cõmuni loquendi uſu nomina exaudiri debeant. Quæ uel uniuerſa accipi poſſe exiſtimarim, vbi a lege quicq; ſit prolatum: nam tum quidem (quamlibet, durũ ſit, perq; & in humanum) verbis eſt legis omnino ſtandũ: nec a nobis facienda diſtinctio, quam lex non facit: niſi, quod aliquoties euenire ſolet, vna lex ab alia declararetur, & altera alteram diſtinguat, quemadmodum videre eſt in. l. Imperator. ff. de poſtulando. l. ordine. ff. ad municipales. In qua re vel tota poſt doctiſſ. Bart. cõſuluerim, vbi in cõtrouerſia quapiam de verbis ſit vel legis vel hominis certamẽ. IN PRIMIS ſuadeo iudicẽ adeundũ quia ad ipſum volũtatis interpretatio attinet Cui is eſt ſeruãdus ordo. Primo, quid ſenſerit, qui locutus eſt, videat, id quod multiphariam, tum ex verbis ſcripturæ antecedentibus & ſequentibus, tum ex loquentis cõſuetudine, regione, tẽpore, aliiſq; cõiecturis plerunq; cognoſcet. Sin nihil horum appartuerit, ad ſimilia procedat. Nam, ut pædius ait, quoties lege aliquid unum uel alterum bona eſt occaſione introductum, non dubium erit, quin cætera ad eandem tẽdentia utilitatem interpretari queant. Veriſimilia autem ex multis agnoſci quis neſciat? Nimirum, ex patriſſamil. conſuetudine, regione in qua uerſatus eſt, dignitate, charitate, neceſſitudine, deniq; ex iis, quæ uel præcedunt uel ſequuntur in dictis ſcriptisue. Quod ſi nec ex hoc quidem aliquid ueritatis eluceat, neceſſum fuerit ad propriam uerbi ſignificationem recurrat: a qua demum, uti ſupra docuimus, non deflectat. Si eius uaria fuerit ſignificatio: ſtabitur quæ eſt propria, uel rei, de qua negotium eſt: accomodatior. Si quæq; propria fuerit, ſequatur quod minimum erit. Siquidem, cum quidam duos eiuſdem nominis fundos legaſſet: ſcilicet fundum Cornelianum: eſſetq; alter precii maioris: alter minoris: & heres diceret minorem legatum: legatarius maiorem uulgo fatebatur, cenſuit Iulianus utiq; minorem legatum ſi maior legatus non diceretur. Id quod Labeoni alias etiam placuit in. l. qui concubinam. §. cum ita. ff. de legibus. 3. A uerbis tamen & legis & ſtatutis tripharian poſſe deflecti obſeruauimus. Primum legis rationi & menti potius q̃ uerbis ſtandum centur, quando iniquitas oboriretur, & iniquum æquo anteferretur. Veluti alias uerba legis prætendunt maiorem, qui pa rum, q̃ qui eminus diſtat, dilationem habiturum: quum tamen mens legiſlatoribus aliud uoluerit. Secundo ſi repugnans ſit legis ratio, uti eſt tractatum a Sceuola, A uiro mulierem adulterii non accuſandam, qa uiri leno/

l nõ aliter. ff. de leg. 3. l. labeo. §. idẽ. ff. d ſup. leg.

l. proſpexit. ff. q & a qb' l. de ꝑtio. ff. de publi.

l. nõ aliter. ff. de leg. 3. l. volũtatis. C. de fide iuſſo. l. i cõditionibus. ff. de cõ. & dem on. l. nõ poſſunt l. nã vt ait. ff. de legibus l. in obſcuris ff. de reg. iu. l. ſi ſeruũs. § ſi numer' ff. de leg. 1. & glo. ibi. l. temp in lli pu. ff. d relu. l. 1. §. ſi is q nauẽ. ff. de exerci. l. quoties idẽ ſer mo. ff. d: re iur. l. idem Iulianus. §. ſcio: ff. de legat. 1. l. ſcire opor tet §. ſeu & ſi. ff. de excuſ. tut. l. cũ mulier. ff. ſo. u. mat.

cinio adulterata ſit. Ita nec ab eodé adulterium mulieri dotem repetẽti obiiciẽ
dum, quia leno huius fuerit. Vtcũq; legis verba huius, nõ autem illius prohibi
l. liberorũ. §. qd tñ caſ/ ſiᵒ. ff. de le. 3
tionem videantur feciſſe, nõ autem mens ipſa. Tertio, quando loquendi vſus
proprio verbi ſignificato repugnaret, id quod pauloãte cõmonſtrauimus. Et
l. quo tutela. ff. de reg. iu.
Bar. ipſe alibi latiſſime pſequutus eſt poſt gl. vide (vt dixi) Cice. p A. Cecuma.
In Auth. de h-re. ab in/ teſt. §. 1.
TERTIO col. Eum, qui cõmodum tulit, incõmodum, onuſq; laturũ. l. ſecũ/
dum naturam. ff. de reg. iur. c. qui ſentit de reg. iur. li. 6. quãquam & nonnunq̃
cõmodum ſequi poſſit, cuius nec ſit nec fuerit onus: queadmodum antea oſtẽ
l. 1. ff. de le/ git. tut.
dimus. Et hic per concord. a Gloſſatore. & in fine contex.
Plerũq;
QVARTO col. verbum plerũq; ſignificare regulam in qua ipſum ponitur
pati impugnationẽ. l. plerunq; fit. ff. de reg. iu. Non enim ſemper fit, vt quæ a
nobis poſſunt abire perinde in eo ſint ſtatu &c. vt ibi. Nec, vt hic, ſemper habet
onus, qui vtilitatẽ habet. Sunt itaq;, qui & hoc & alio loco pro regulariter ex
ponũt Quem etiã in modum alias Pomponius vſurpauit. plerunq; enim, in/
l. ſi is q. §. ſi libero. ff. de cõmod.
quirens, id accidit, vt extra id, quod ageretur tacita obligatio naſcatur. pleruu
q; haud dubio: regulariter. Sunt qui hoc dictionis aduerbii, ſunt qui nominis
eſſe partis opinẽtur, & a pleriſq;, atq;, unq; deriuatum, & nũc pro eo, quod eſt
Pleriq;
fere ſemper, nũc pro aliquãdo, vſurpari: Sicuti & nomen ipſum pleriq; parti
cularis eſſe dictio fertur, & aliquoties inſtar ſyllabicæ adiectionis quũ nullã ha/
bere vim dignoſcatur: vt apud Teren. i. And. pleriq; omnes ideſt omnes adu/
l. plerũq;. ff. de iure dot.
leſcẽtes. Eſt autẽ vtraq; & latinis ſcriptoribus impẽdio peculiaris, & Iuris etiã/
Cic. i Phil. 2
num authoribus minime incognita. Cicero Fit enim plerunq;, vt ii, qui boni
T. Liuiᵒ li. 2
quid volunt afferre, effingant aliquid, quo faciant id, quod nunciãt latius. Li
l. merito. ff. pro ſocio
uius pleroſq; palãtes eques circumuenit. Vlpianus Et ſane plerũq; credendũ eſt.
COLLIGE vltimo tutelã onus habere. l. 1. ff. de legit. tut. Quod facere aiunt.
Si ſtatuto caueretur, ne quis hoc aut illo notatus facinore, in ciuitate habeat
aut officiũ: aut beneficiũ aut honorẽ: nẽpe: eundẽ a tutelã minime excluſum iri
Cætera i Cornu copiæ cæterorũ ſunt iueſtiganda. ipſi ad alia ſumus precturi.

TIT. DVODEVIGESIMVS DE LEGITIMA PARENTVM TVTELA.

ALII ſub hoc titulo occurritur quæſtiunculæ: Qua quæſitũ coniectura/
tur, qui nam filiorũ Emancipatorum tutelam obire poſſint? Reſpon/
ſum eſſe nemo non intelligit parentes, qui emãcipaſſent ad legitimæ pa
Parentes
tronorũ tutelæ ſimilitudinem: qua vero via id queat ipſum ac debeat intelligi:
l. Iuriſcon/ ſultus. § parentes ff. de grad aff.
paulopoſt docebimus. MODO tyronibus notãdum iudicarim. Parẽtum ap
pellatione, authoribus Paulo Iuriſcõ. & Vlpiano omnes apud Romanos vſ/
q; ad Tritauum venire tãq; patres quã matres (quum duũ ſit generis vocula pa
l. quiq;. l parẽtes. ff. de in ius vocan.
rens) cõplecti, vlteriores vero, quibus ſpeciale nõ eſt nomẽ, maiores appellari.
Hoc tamen ſub titulo parentum vocabulo maſculos tantum contineri exiſti
mo reſtrictione quadam & ſenſus neceſſitate cõtextus. Cum enim ad emanci/
l. 1. ff. de leg. præſtan.
patorum tutelam vocentur, qui emanciparunt: non dubium eſt, mulieres nu/
Parentes
mero illorum non comprehendi, quando non emancipent, quos in poteſta/

te non habuere, quanquã alioqui etiã tutrites eſſe matres & auias minime igno rem. ſ. filiorum (puto) non emancipatorum. Quo tamen caſu neceſſum eſt Velleiano. S. C. renunciant & nuptiis, & quocunq; alio legis ſubſidio. Queadmodum diligenter, penſiculateq; a Bartolo notatum inuenimus in .l. ſi quis ſubcõditione. ff. de teſta. tut. Ex cuius omnibus plane inibi ſcriptis non ignores velim matrem & auiam legitimis & datiuis, non etiamnũ teſtamentariis præferẽdas tutoribus: & hoc, vt per omnia & in primis defuncti voluntas præiret, quam leges vbiq; (ſi modo iuſta fuerit) magnopere cuſtodiendam ſanciuere. Reliqua ſubinde tractanda venient.

Authen. vt liceat matri & auiæ

Auth matri & auiæ. C. quando mulier offi. tut.

l. i. C. de ſac. eccle.

¶ EXEMPLO PATRONORVM.

COLLIGE patronorũ tutelæ exemplo patrem poſſe filio emancipato tutorem eſſe. l. tutela. §. fi. ff. de legit. tut. Solẽt hoc loco noſtri interpretes Labyrinthũ ſtruere, cuius neſcio referãdi an copia olim Dædalo vel Ariadnes, quod fabulantur, filio fuiſſet. Cæterum videamus, ne forte nobis inde egreſſuris minime opus ſit, quo cæca ipſorum veſtigia regamus: nimirum anfractus viarũ declinaturi compendio eamus. PRIMVM pro euidẽtiori omnium intellectu, quid ſit exemplum, quo ex nomine lis oritur omnis, explicaturi. Feſtus Pomp. exemplum eſt, inquit, quod ſequamur aut vitemus, exemplar a quo ſimile faciamus: Illud animo æſtimatur, iſtud oculis conſpicitur: Sed video id nõ ab omnibus, & quidem emunctiſſ mis authoribus obſeruatũ Plinius nepos ad Iuniũ Mauricum. Serrana tamẽ Patauinis quoq; ſeueritatis exemplum eſt. vbi pro eo ſumptum, quis nõ videt? quod vel imitamur vel, ſi fors ita tulerit, euitamus. Idem de Romano ſecũdo Comœdiã dixit ad exemplar veteris Comœdiæ ſcriptam, vt eſſe quãdoq; poſſit exemplar. Marcialis in libri .i. præfatione. Laſciuã, ait, verborum licentiam: id eſt Epigrammaton linguam excuſarem, ſi meum eſſet exemplum. Ouidius in triſt. pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor. Tullius in oratione pro Murena domeſticũ te, inquit, habere dixiſti exemplum ad imitãdum. Quem in modum & Vlpianus accepit. Vt ſcirent, inquiens, qui peſſimo exemplo fœneratent. Et Caliſtratus Id enim iniqui exempli eſſe Diuus Adrianus reſcripſit. Idem alibi. Etſi qua a iudice tã malo exemplo circunſcripto, Et Paulus. Tamen quia mali exempli res eſt. In quibus Hercle locis omnibus pro eo, quo ad aliquid faciũdum incitamur, exemplum vſurpant. Inibi enim ſerio monemur pleraq; ſeuerius punienda, nec admittenda, ne in malorum exempla veniant hoc eſt ne peccandi demus occaſionẽ, & quoddam, vt ita dicam, imitandi ſpeculum. Paulus i. l. in honorarius Item inquit publiciana, quæ ad exemplum vendicationis datur. Sed de hoc ſexcenta alia poſſent coaceruari teſtimonia, quæ & hoc, & alia poſſent corroborari huius nominis ſignificata, verum ſole non opus eſſe lucerna exiſtimo Sciat igitur candidiſſimus quiſq; lector hac parte hoc nominis ipſum pro eo, ex quo ſimile quid reddimus, & pene vti ſupra, ſumendum, & forte non perperam pro forma & ſimilitudine exponendum, pro quo, & barbari etiam alii quoties copiam, & formulare dicunt. Saluſt. Literas, quas ſibi nomine Catilli

Exemplum
Exemplar

Pli. li. i. epiſ.

Pli. lib. 6. epiſt.

Ouid. i. triſt.

l. ff. ad mu. l. collegium ſi quis de iudicis

l. diuus. ff. de pœnis. l. ſi quis. ff. de pœnis

Copia
Formulare

Sal. i. cathe.

Cic.e. Apio

næ redditas dicebat, exemplum earum infra ſcriptum eſt. Cicero ad Apium Ex literis, quarum ad me exemplum miſiſti. Ad hunc ſane modum ſub hoc ſumptum eſt titulo, quam Iuſtinianus parentum tutelam patronorum exemplo receptam ſcribit. Certe, exemplo: ideſt, ad ſimilitudinem, & hoc plane latine: nempe, quo pariter pacto cepérit Marcianus. In ſeruorum, inquiens perſona ita obſeruatur, vt exemplo: hoc eſt, (vt ego interpretor) ad ſimilitudinem & formam humiliorum puniantur. Verum enim vero altercantur noſtrates, quo modo legitima parentum tutela, ad exemplum patronorum ſit inſtituta: quando hæc nec ex verbis nec legis mentis, illa vero ex ſententia legis. 12. tab. ſit, veluti diximus, recepta. Certum eſt quis dubitat? non eandem eſſe, quæ & patronorum: quia ſimile non idem, & quod vicem alterius ſuſtinens, idem cum eo, cuius loco fungitur, eſſe non cenſeatur. Vicem autem legitimi tutoris patrem gerere ex vlpiano patet. Qui ergo putas litem dirimamus? Putarim hanc ego rem bipharíam poſſe tractari, & inde veritatem non diſficile eruendam. Si quidem dixerimus parentes filios, vt quondam, emancipantes fidúciam contraxiſſe (fiduciam autem contrahi volunt: quum ſuccedendi ius reſeruatur) certe ad tutelam parentes inſtar patronorum legitime vocatos dicemus quandoquidem eo caſu parentes ad liberorum hereditatém per.l.x.ii.tab. vocati, ad tutelæ pariter onus ex mente legis vocentur. Sin intellexerimus eos nulla contracta fiducia filios emancipaſſe, tum profecto patronorum exemplo minime legitimi vocabuntur, quoniam nec ex verbis, nec legis duode. tabularum ſententia, ſed ſola (vti Bartolo videtur) Iuriſconſulti extenſione: & noua principum conſtitutione, qua dictum eſt ſemper emancipationem fiducia contracta (niſi exprimeretur) videri factam, vocari intelligantur. HAEC CREDO vndequaq; veritati locum dare vtcunq; alii maria, aureoſq; montes iactitent, ac, neſcio quem Caucaſum parturire dictitent, & tandem fortaſſis ridiculus generatur mus. At gaudet ſimplici oratione veritas, eſtq; ipſa nuſq; nō et ſemper pauculis contenta verbis.

l. In ſeruorú. ff de pœnis.
Modeſtinus quoq;. l. famoſi ff ad Iuliā maieſ.
Simile
Idem
l. qd Nerua. ff depoſiti.
l. ad ſimilitudinem. C. de epi. & cleri.
l tutela. ff. de legit. tut.
Glo. i. §. fi. i verb. fiducia ſupra de legit. ag. ſucce.
Bar. l tutela. ff. de leg. tut.
l. fi. C. de eman. lib.
Veritas

SVNT QVI ex hoc contextu Iuſtiniani, quum exemplo patronorum tutelæ, parentum inſtitutam cenſuerit, eliciendum exiſtimant. Exemplum non modo ex originali inſtrumento, ſed ex inſtrumenti exemplo exſcribundum, ſumendumq;, aduerſus tamen. l. ſancimus & gloſſatorem inibi. C. de diuerſis reſcrip. Cæterum, eam ego rem in medio relicturus alio in loco: eoq; magis (vt mihi uideor) idoneo, quantum ex re erit diligenter diſputabo: HIC MODO Vnum illud, qui alterius uelit inſtrumenti ſibi effectum transſcriptum iri, admonitum uelim Qui notarius ſcribat, hoc, quod exſcripſerit, exemplum (alii barbare copiam dicunt) ſumptum ex. N. inſtrumento, perq; eundem. N. coram iudice productum, ſaneq; uoluntate eiſdem. N. & iudicis mandato datum. Quod hanc in normam factum Bartolus credit fidem contra aduerſarium plane facturum. Qua tamen in re maxima habetur ubiq; ferme regionis conſuetudinis ratio. Hactenus iſthæc. TRANSEVNDVM AD alia, modo Vnum aut al terum ſubiecero. Cum hoc ſane in loco cōplura a noſtris: & qui

Vide Lancilot. lib. 10. c. Copia
In Auth. ſi qs in aliquo C. de edēdo

dem erudite, de Inſtrumentorum aliorumq; exemplo differi conſueuerint nõ videor mihi a propoſito aberrare, ſi ad unam, quæ nuper icidit, quæſtionem ea de re reſpondeam. Quæſtionis etenim fuit, Quid ſi exemplum producens ſe originale amiſiſſe dixerit, caſumq; probarit? Nunquid aliquid probaret? Reſpondeo per gloſſ. ſing. (quam Barto. al. ibi intrepide ſequitur) in. l. ſicut iniquum. C. de fide Inſtrumento. In eo caſu, ſi is caſum probet, duobus, teſtibus, illud ipſum exemplum facere præſumptionem & ſic ſemiplenam probationem, ita ut illi in ſupplementum fidei iuramentum deferri poſſit. Id quod inui uidetur. l. ſicut. ut ſupra. Quandoquidem iniquum ſit inſtrumentis ui conſumptis, debitoris quantitatum debitarum renuere ſolutionem, ita non continuo caſum conquerentibus facile credendum. Intelligi quidem neceſſum non extantibus inſtrumentis uel alijs argumentis probare fidem debere precibus ueſtris adeſſe. Quibus equidem uerbis puto accipi poſſe reſponſum ſupra ueritate niti. Tametſi fuerint, qui in contrarium fere ſeceſſerint per. l. ſi de poſſeſſiõe C. de probatio. attamen demum herbam porrexerunt. l. admon. ff. de iureiu.

ET EST HIC aliud magnopere notandum Exemplũ. ſ. in uno ſingulari quidem caſu haudquaq; probare: niſi probetur originale (ut antea) amiſſum, quando contractus in ſcriptis eſt factus. iuxta. l. contractus. C. de fide inſtru. Id quod ſummopere notandum arbitratus eſt Baldus in Rubrica. C. eodem titu. col. 6. uerſi. Secundo quæro. Quem perinde atq; ex Sibyllæ folio differentem allegat Iaſon ille eminentiſſimus Iuriſconſul. in. l. 2. col. 2. C. de teſta. & in Auth. ſi quis in aliquo. col. 1. uerſi. uerſi. Iſtam fallentiam. C. de edendo. Quo in loco cum Alexandro minime conuenit. Addiderim præterea, etiam non credi exemplo ex Archiuo publico ſumpto, niſi uel eſſet iudicis authoritate uel manu commentarienſis ſumptum. ita ſane Baldum conſuluiſſe inuenio conſil. 219. Incipiente. Primum dubium eſt libro. 1. Quamuis idem Baldus ſine diſcrimine loqui uiſus ſit conſilio. 193. incipiente. Statuto ciuitatis Alexandriæ libro. 2. Quapropter ut exemplum faciat fidem, eſt opus, ut ſit publicum authoritate iudicis partibus etiamnum citatis. l. nam ita diuus & ibi Bald. ff. de Adoptio. & l. publicati. C. de teſtament. Reliqua lege apud Aretinum doctiſſime hic admonentem. Memini equidem hoc quæſtionis genus anno ſuperiore, cum Præclariſſimus ſingulariſq; Iuris utriuſq; doctor, ANTONIVS FRANCISCVS DE DOCTORIBVS præceptor meus nunq̃ ſatis laudandus publice in Patauina Academia prælegeret. c. Quoniam contra falſ. extra de probatio. admodum nobiliter diſputatum mecum a Generoſo inclytoq; BARONE, Reuerendo meo domino, atq; pientiſſimo Mecænate. DOMINO PAVLO DE SCHVVARTZENBERGIO, Viro tam literarum optimarum Iuriſq; eminentia, q̃ uitæ integritudine, morũ facilitate, generis quoq; nobilitate generoſiſſimo planeq; admirabili. Cuius certe admirabiles uirtutes ſua laude nunq̃ priuandas cenſuerim, immo a nobis quoad dabitur, ſummo nimirum ſtudio omniq; laud. ſ numero decantandas. Cæterum ad alia nunc ſtylus feſtinat.

VNDEVIGESIMVS TITVLVS DE FIDVCIARIA TVTELA.

POST in præcedenti,eoq; ſub proximo titulo audita q̃ri poterat. Quid
iuris,ſi in humanis eſſe deſineret,q emancipati ſit tutor parens? Nũ pu/
pillus ideóq; emancipatus, defuncto parente,tutore carebit? aut dabit ne
tutorem iudex? aut lex ipſa quenq; ad tutelã vocabit? Pro reſponſo ſubiunxit
Iuſtinianus Imp. tit. præſentẽ: Nimirũ ſub quo reſpondit, demortui liberos,ſi
q̃ perfectæ extant ætatis: emancipato fratri,ſororiue tutores fore, eoſq; fidu/
ciarios,non aũt legitimos vocandos: nẽpe qui nulla nec lege nec legis 12. tab.
l. frater. C. de legit. tut. mente,ſed ſola ſanguinis proximitatis fiducia ad tutelam vocati ſint. Quod,
vti intelligendũ ſit,ſubinde loco ſuo dicemus, hic ne iuſto longius præfemur
ſubiiciemus,dumtaxat verbi huius fiduciaria interpretationẽ, quã, vt pleraq;
cognitu ſcituq; neceſſaria alia,noſtri legulei vel ignari vel perinde atq; humi/
Fido lia quæq; adſpernantes obmiſere. Fido,is,ere verbũ idem,q̃d fidẽ habeo,cre/
do, ſpem pono ſignificat,cunq; dandi & auferendi caſu coniunctum reperit.
Fiducia Fido tibi & in te. A quo,quãuis obliqua deriuatione,fiducia,hoc eſt,cõfiden
Confidẽtia tia,audacia,fides,ſpes. Quod Seruius honoratus grãmaticus Maronẽ in car/
Audacia mine eiuſdẽ primo Aeneidos libro. Tanta ne vos generis tenuit fiducia veſtri?
Verbi ĩproprietatis,mea q̃dem ſententia,falſo inſimulans a cõfidentia hoc di/
ſtare ſcribit: q̃d fiducia in bonã,confidentiã in malam ſonet partem: proinde
a Vergilio fiducia pro cõfidentia vſurpatũ. Demiror equidẽ quo permotus
poetarũ princeps,quo diſtentus præpedimento vnũ alterius loco vſurparit?
quãdo vtrũq; carmẽ poſſit hexametrũ ingredi? Porro crediderim vatem cele
berrimũ hoc minime verbo abuſum eſſe,ſed in eorũ haberi numero,q̃ a Grã
Media uocabula maticis vocabula appellari ſolẽt media,& ſignificati ancipitis hoc eſt in bo/
nam,malãq; partẽ,pro materiæ neceſſitate,ſignificatiua. veluti ſunt Inſignis,
magnus,valetudo,valere,aliaq; id genus oppido multa. Id quod ſane nec do
ctiſſimis Iuriſcõſultis incõgruũ videri aſſolet, apud quos cauet, verba plerũq;
ſemper ſecundũ materiã ſubiectã accipienda,adeo vſq; etiamnũ, vt etiã ipſa,
in materia,in qua ſtrictim eſt ſtatuẽda interpretatio, vt in ſtatutis, improprie
poſſint ſumi. Hinc & ſi dictũ ſit, verba ita debere intelligi vt aliquid operetur,
operari tamẽ debere haud puto niſi ſecundum actus,qui in manu eſt: naturã,
Quæ vel vniuerſa obfirmari cẽſuerim in. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſuris. l. inſulã de
Aretinus cõſilio. 58. præſcipt. verb. l. ſi vno. ff. locati vnde motũ exiſtimarim Aretinũ & alios doct.
quod dixerũt uerba ſecundũ delicti potius,quã perſonæ cõditionẽ intelligen
Cic. lib. 6. epiſt. famil. da Bithynius ad Ciceronẽ Itaq; cõtentus ero,ueſtra ipſorũ amicitia. Cuius fi/
ducia peto a te. Quo in loco Vbertinus cõmẽtator ſe Seruio cõplicẽ præbet.
ut & i ea ſignificatione Põpo. l. 2 §. fi. ff. de origine iu. VERVM quã uterq;
quod cũ uenia doctiſſimi alioq̃ ſeruii dicere uelim,hallucinatus ſit, eminuſq; fi
dẽ reiecerit hinc uidere eſt. Q̃d cõfidẽtia,quã ille in bonã ſemper partẽ acci/
Terẽ. I And. piendã cẽſet in malã a receptiſſimis receptũ eſt. Teren. O ingẽtẽ cõfidẽtiã. i. au/
Dona. ibidẽ daciã,temeritatẽ. Vbi Donatus ſeruio (niſi falor) uti ætate prior, ita eruditio/

ne grauior cõfidentiã cũ improbitate audatiã eſſe definit Idem Teren. Homo confidens, quod illum dii omnes perdant. Plautus. Quæ nõ deliquit decet audacem eſſe confidenter. Cicero li. Top. Si qui fiduciam acceperit. Sed ne culpandus in alieno (ut iſti mihi occurrere conſueuerunt) foro litigem: eo unde ſum expatiatus regrediar. A fiducia igitur, quæ vocula notat uel fidẽ uel ſpem uel confidentiam, uenit fiduciarius, a, um. Et eſt, quod ſine tamẽ authore, quo tutari poſſem, definiuerim, de quo uel in quod fidimus, fiduciam ꝑ, ideſt fidem ſpemq́ꝫ noſtram ponimus, & a quo nos falli poſſe haudquaq̃ꝫ arbitramur, uerum nobis ad uotum omnia actum iri. Quam ſane dictiunculam nõ ſemel authoribus latinis incognitam, uel ſaltem hoſpitem peregrinamq́ꝫ duxiſſem, niſi ea uſos inueniſſem eruditiſſimos Iuris ciuilis, & non leues authores. Modeſtinus. Tutores fiduciarii exiſtant. Iabolenus quoq́ꝫ emunctæ omnino naris Conſultus iuris, heredem fiduciarium, hereditatemq́ꝫ fiduciariam aliquoties dixit. Tutorem autẽ ex ſupra dictis fiduciarium dici poſſe autumarim, qui pupillo nec ex. 12. tab. legis uerbis, nec ipſius mẽte, ſed ſola charitatis, quæ ex ſanguine eſſet, fiducia tutor relinquebatur: & hoc quidẽ ſecundum antiquorum tempora. Quod ut euidentius accipiatur, rem ita habendam uelim. EAM OLIM tutelam dictam fiduciariam, quæ (vt iterum idem coactus referã) nec ex verbis nec mente legis. 12. tab. nec ex mente tantum nec aliqua rationis affinitate deferebatur. Quandoquidem lex. 12. tab. nullo plane pacto fratrem ad fratris emancipati ſucceſſionem, nec e diuerſo, uerum ſola ſanguinis, qua lex de fratre plurimũ confidebat, charitate ad tutelam vocabat, ideoq́ꝫ illi tutori fiduciario, nomẽ inditũ, & hoc quemadmodum dixi, antiquis tpibus. Hodie vero nõ me præterit, fratrem ad fratris ſucceſſionem uocari. l. meminimus. c. de leg. here. igitur & ad tutelam pariter, & inde legitimam hodie dici: non quidem, ceu Bartolus ſentit, ex. l. 12. tab. ſed ex lege noua cum ratione adnexa. l. 12. tab. Cuius nimirum contemplatione in. l. fratres. c. de legit. Tut. eam appellari tutelam legitimam puto, quæ hic eſt, & in libris pandectarum fiduciaria nuncupata: quoniam iſtum in modum illo fuerit tempore ſucceſſio introducta. Hæc in præfaciuncula ſufficiant. Reliqua poſthac proſequemur.

Teré. I pho. — Fiduciarius — l. quo defuncto. ff. de legit. tut. — l. ſenis. ff. ad Trebel. — Bar i. l. tutela. §. ſi pūrēs ff legit. tut. — Fiduciaria tutela

¶EST ET ALIA TVTELA.

COLLIGE de mortuo emancipati filii patre, qui huic legitimus erat tutor, fratrem fiduciarium emancipato eſſe tutorem. l. quo defuncto. ff. de legit. tut. Sit deniq́ꝫ emancipatũ e regione fratribus non emãcipatis poſt patris obitũ eſſe, ſed legitimũ tutorẽ. l. frater emancipatus. C. de leg. tut. QVAESITVM eſt diu, multumq́ꝫ, quare huiuſmodi fratres emancipato nõ ſunt legitimi tutores? Reſponde, vt ſupra notauimus, & quemadmodũ ratiocinatur ſequẽti in paragrapho. Atqui patrono. Quẽ Iaſon ille celeberrim[us] noſtra memoria Iuris interpres ſe nunq̃ꝫ niſi iam Neſtorea pene ætate confectum, uirumq́ꝫ decrepitum recte intellexiſſe dicebat, aſſeq́ꝫ repertã ueritatem, quæ nulli antea illuxiſſet. Proinde deũ laudãdũ quẽ & ipſe ſemp & vbiq́ꝫ & in omnibus non laudandum modo ſed uel omni, quod a quoq̃ꝫ excogitari po

Inuocandus eſt deus & laudandus teſt, animoque conſequi, præconio extollendum, canendum benedicendumq; ſerio cenſuerim, quod citra eum nulla ſit ſalus, eiuſq; ſine adminiculo nihil, quod vel ad bene vel ad recte, cum agundum tum viuendum: vtile futurum ſit, vel a prudentiſſimo vulgi opinione effici poſſit: quod ego in rebus, certe non leuiuſculis iterum atq; iterum plurimorum graui admodum exemplo expertus ſum. Sed de hoc alias late peruagati ſumus, diuagaturiq; ſuo loco ſpacioſius. Eum itaq; noſtris commentationibus paragraph. &cæt. haud attingam, quum nemini non Iaſonis ſcriptorum copia ſit. Eius tamen rei, qua de noſter eſt ſermo, & eam alibi rationem Gloſſator aſſignat, quod eo legitimi ii nec eſſe nec dici poſſunt tutores, ſicuti filii patroni: quoniam inter ſe hoc iure agnati eſſe deſinerunt, l. fratres. C. de inoffi. teſt. ſecus hodie tamen eſſe: nempe, quæ nunc legitima dici poſſit. l. aduerſus. C. de except. Quod & ſupra ſignificauimus, & hac in parte gloſſa non inſulſe proſequitur, poſtq; ipſum Iaſon, cui ſtandum ai bi tror, quoniam ex tenebris lucem ſe elicuiſſe adfirmet. Non eſt igitur, vt aliud ſuperad-
Atqui diturus ſim quam veram huius verbuli, Atqui, ſignificationem: In qua etiam nū doctus noſter Accurſius, aut alius eius riualis ſuo more nouam ſibi effingit Grammaticen. Siquidem ſine fidei authore, quo tamē his in rebus (vti ſæpiuſ-
Grāmatice cule monui) maxime opus ſit (eſt enim, Diomede definitore, Grammatice ars, quæ vſu: ſcilicet doctorum virorum, ratione, atq; authoritate (ecce) conſtat) Atqui pro certe. Aut ſi, vt aliquibus forte in codicibus legitur, at quin. At pro ſed, quin pro certe nimium in alieno foro audaculus exponit. Non negarim particulam at, quæ coniunctio eſt nunc aduerſatiua,
Quin nunc diminutiua quod ſed, ſignificare. Verum quin (de quo tamen nihil ha-
Vide A. Gel. li. 17. c. 13. beo in præſentia dicere, cum ad propoſitum minus attineat) pro certe, neſcio an vnquā vel Varro, vel Feſtus, vel Nonius, vel Neſtor, vel Sypontinus, vel etiam A. Calepinus expoſuerit. Ocium mihi ſingulorum verba huc tranſcribere, non eſt. Qui volet, legat ſi inueniet eum ad modum, herbā ſum porrecturus. CAETERVM vt, quod noſtra intereſt, expediamus, fateor equidem dictiunculam Atqui a pleriſq; fere omnibus vel noſtra tempeſtate viris non triuialiter eruditis vſurpari pro certe, & ſæpius pro ſed, tamen ipſis me vbiq; non municipalem eſſe velim, quum veteribus, quorum ea in re maior eſt habenda fides, aliter in vſu fuiſſe compertum habeam. Teren. ſane in Eunucho pro igitur vſum crediderim. Atqui, inquiens, ita opus eſt. Quam
Priſcianus ego ob rem PRISCIANVM non incelebrem Grammaticum nec vulgari ingenio interpretem permotum exiſtimarim, vt eandem voculam in nume-
Cōiūctiōes Collectiuæ rum coniunctionum, quas & collectiuas & rationales, dicunt, vti ergo, igitur, itaq; , hocq; genus alias, retulerit: nempe, quod ipſa per illationem quandam (velut eius eſt fortis coniunctionum natura,) quod dictum eſt colligat, & perinde ratione cōfirmet. id quod quin vox aliquoties operatur. Quid ea propter obſtaculo quiſpiā foreretur, quo minus et hoc nimirum loco ita acceptum adſeuerem: præcipue, quod in rem faciat. Colligit proculdubio hac

parte Imp. Iuſtinianus,& ratione obfirmat,quod dictum eſt. Vtpote, Quare patrono legitimo tutore defuncto,filii eius legitimi efficiantur tutores. Secus autem de parentis demortui filiis:quoniam ii fratri emancipato non legitimi, ſed fiduciarii ſint. Verum,inquiunt iſti,abſonum eſt dictionem illatiuam a principio Axiomatis,& Syllogiſmi collocare,immo poſt propoſitionem & aſſumptionem:quemadmodum & noſtri temporis dialectici conſuerunt, ad eam formam:Animal eſt ſubſtātia,homo eſt animal, igitur homo eſt ſubſtantia.Quibus ego reſpondeo.Somnia ſunt,& Lemures efficiunt enim,q̄d doctis vel vetuſtiſſimis & neotericis incognitū fuit,& eſt, apud quos Mehercle reperies nullum fuiſſe vnquam eius ordinis diſcrimen nec ad rem facere quicq̄ aut Grammaticorum canonibus,latinoq̄ ſermoni diſſonum,ſiue vel i initio vel in medio vel ad finem illationem appoſueris:in húc typum igitur homo eſt ſubſtantia,quod eſt animal,hoc enim ſubſtantia eſt. Qua de re poſt doctiſſimum virum Lauren. Vallenſem in li. de reconcinnatione Dialectices In ſecundo noſtrarum in dialecticen Iſagogis libro multis authorum exemplis diſputauimus. Sufficiat proinde me vnum hoc in hunc locum tranſtuliſſe:quo cādidiſſimus quiſq̄ Iuris alumnus diudicare poſſit,an,ne quæ recenſuimus Iaſonis ſint iactantia veriora?

Illatiua. Dictio. Syllogiſmi forma

¶ CITA TAMEN II AD TVT.

COLLIGE neminem vel ad quamlibet tutelam vocandum, qui perfectam non habeat ætatem. l. nemo. C. de legit. tut. Infra de Excuſa. tut. §. minores. l. fi. ad finem. C. de leg. here.

IN QVAESTIONEM venit,quæ ætas in iure,& maxime hic, perfecta cenſeatur?perfectam cenſeri reſponde,quæ quinq̄ & viginti annos compleuit. l. nemo vt ſupra. l. cum filio. §. filio. ff. de leg. 3. l. fina. c. de iis,qui veni. æta. l. cum filios c. Qui ætate. li. 10. vbi nec te tranſeat idem te dicere, ſi dixeris ætatis aut perfectæ, aut iuſtæ, aut maturæ, aut adultæ, aut quibuſq̄ etiā aliis verbis hoc expreſſeris ipſum Ita nimirum videtur doctoribus in. l. cum filio. ff. de legat. 3. quam autem ætatem legitimam dicere conueniat alibi docuimus, de qua tamen legere eſt fœcundius apud Baldum & gloſſ. in. c. 1. In vſibus feudo. de pa. iur. fir. prope principium.

Aetas perfecta.

VICESIMVS TITVLVS DE ATTILIANO TVTORE ET DE EO QVI EX LEGE IVLIA ET TICIA DABATVR

CVM NVLLVS SIT nec teſtamentarius, nec legitimus pupillo tutor,neceſſum fuerit quempiam a iudice cum inquiſitione (quæ eſt iudicis de tutore dando: an ſit vel diues vel pauper, bonus aut malus, ſegnis vel ruſticus, iners aut ſimplex aut ineptus & huiuſmodi, deniq̄ quantæ ſint pupilli facultates,) dari: quum ſine tutore pupillum eſſe omnino non conueniat: ne, qui minus perfectæ ſit ætatis, ſi non alterius tutela gubernaretur errare poſſit. Eam profecto cauſam uel unicam

l. ſciēdū oportet. §. cū reliquis. ff. de. Tut. & cu. Inquiſitio tutoris.

l.ſi.ff.d mi. vim. l.pupill⁹. ff. de acq. here. l.1.C.de fal. l.pupillus. ff.de re.iur. l.ſi qs. §. legis.C.de in off.teſt. l.3.§ lege. ff.de teſt. l ti.C.de teſta.mil.

eſſe inquit Caius,quod impuberes tutore authore regantur, quoniam rebus in omnibus infirmum habeant iudicium,quiq́ nullius ſint capaces conſilii,neq́(ut alibi Paulus ſcribit)huius modi ætatis pueri ſcire,neq́ diſcernere queāt, imo quicquid vident ignorant.Quare eos alias Iuriſconſultus dixit in pupillari ætate citra tutoris authoritatem nec velle nec nolle: quibus etiam de cauſis exiſtimatum eſt,eos nullius poſſe ingratitudinis inſimulari, nec vel teſtes eſſe vel teſtamentum facere.AD CIVITATVM itaq́ prouinciarumq́ magiſtratus attinet omni ſollicitudine & prudētia procurare:ne eiuſmodi homines orphani,animiq́ impotes tutoribus perinde atq́ parentibus, regentibuſq́ careant:verū adhibere quadā pſpicati quarūq́ cōditionū tā ex parte tutorum q̄ pupillorū indagine quoſdā,q illorū ipuberū tutelā ſubeant. Cuiuſmodi autē dandi tutores eſſe debeāt,quiue dari poſſint,& a q̄bus olim & noſtris quidem temporibus hoc ſub titulo Iuſtinianus admodum grauiter elegāterq́ edocet. Nec eſt quod adiungem aliud, quam vt neminem prætereat tutores a iudice datos nunc datiuos ſpeciatim nuncupatos, a Iuſtiniano autem veteribuſq́ Attilianos,procul dubio ab Attilio quodam magiſtratu primo ipſorum datore aut lege Attilia eodem latore data vocatos:nempe qui forte illos dederit ſecūdum præſcripta legis Attiliæ,Iuliæ,Titiæ.

SI CVI NVLLVS.

COLLIGE Magiſtratus olim certos dare ſolitos pupillo tutores,ſi necquiſq́ teſtamentarius nec legitimus eſſet tutor.

CAETERVM, quia non ſunt,quæ,quantum ad iuris ipſius diſciplinā attinent,notanda neceſſario velim:placet,ne aridus,ſiccus,ieiunus lector q̄ſ q̄ hinc abire poſſit pauciſſimis inſtar Epitomatibus repetere,qui prætores, tribuni,præſides:quæq́ ciuitates ac prouinciæ ſint:quāq̄ alias de iis mihi ſermo ſit habitus:adiuuandæ tamen memoriæ gratia hac profecto parte,vbi eorum meminit imp.paucula quædam nō incaſſum ſubiicientur.

Prætores

PRAETORES olim a principio duos,& deinceps in ſūma creatos fuiſſe octo & decem,& hoſce peregrinos,quia plerunq́ inter peregrinos ius dicerent,& illos vrbanos,ita dictos,quod in vrbe ius redderent creatos,memoriæ proditū conſtat.hoſq́ omnes vel a præeundo vel præeſſe vocatos a plurimis creditum eſt.TRIBVNOS autem dici putant a tribus,vel tribuum ſuffragio.Temporibus,enim ſcribit Pomponius,cū plebs a patribus ſeceſſiſſet,anno ferme poſt reges exactos decimoſeptimo tribunos ſibi in monte Sacro creauit,qui eſſent plebi magiſtratus,dicti tribuni,quod tunc tres in partes populus diuiſus eſſet, & ex ſingulis ſinguli creabantur, vel quia tribuni ſuffragio creabantur. HAEC ILLE Varios autem fuiſſe tribunos puta.ſcelerum,qui centuriis præerant: militum,qui parem cum conſulibus habebāt poteſtatem, vt ex A. Gellio colligitur:horum: authore Aſconio: genera duo,Rufuli,qui in exercitu creabant,Comiciati,q Romæ comiciis deſignabāt,fuiſſe & tribunos ærarii, q æra,hoc eſt pecuniā militi redderēt,Tribunos itē & plebis fuiſſe nemo ignorat.ii ita vocitatos,quoniam a patribus(vt ſupra diximus)in plebis defenſionē

Tribuni. Tribuni uarii. A. Gel.li.17 ca.21.idē li. 15.ca.27. Rufuli. Comiciati. Aſco.i ora. Cic. Aerarii. Tribuni plebis.

creati ſint. De cuius miratu profecto ſcituq; digna creatione T. LIVIVS hiſtoricorum latinorũ princeps & ingenioſe & diſſertiſſime ſcripſit. Vnde non poſſum nobiliſſimam, quæ eſt apud ipſum Menenii Agrippæ oratoris facundiſſimi orationem non huc tranſferre: quippe ꝙ eam pluſculis non tam lectu iucundam, quam vtilitati futuram exiſtimarim. Nititur aũt ille ea q̃dem oratione iuſſu patrũ (qui illũ plebi charũ ſciebant) iter diſcordes concordiam, & iter inimicos reconcilationẽ facere. Illũ itaq; intromiſſum in caſtra priſco illo dicẽdi genere ita locutũ Liuius tradit. Tempore, quo in hoĩe, non (vt nunc) omnia in vnũ conſentiebãt, ſed ſingulis membris ſuũ cuiq; conſiliũ, ſuus ſermo fuerat; indignatas reliquas partes, ſua cura, ſuo labore, ac miniſterio vẽtri omnia quæri, ventrẽ in medio quietũ nihil aliud, quã datis voluptatibus frui, cõſpiraſſe inde, ne manus ad os cibũ ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent, hac ira dum ventrem fame domare vellent: ipſa vna mẽbra, totũq; corpus ad extremã rabiẽ veniſſe, inde apparuiſſe ventris quoq; haud ſegne miniſteriũ eſſe, nec magis ali quam alere eũ, reddentẽ in omnes corporis partes hũc, quo viuimus, vigemus, diuiſum pariter in venas, maturũ confecto cibo ſanguinem. Cõparando hinc quam inteſtina corpis ſeditio ſimilis eſſet iræ plebis in patres, flexiſſe mentes hominũ. Scribit igitur Liuius ea plebem ita oratione pellectam, vt mox de concordia agi ſit cœptũ itũq; in cõditiones, vt plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, q̃bus auxilii latio aduerſus Coſſ. eſſet; neue cui patrũ capere eũ magiſtratũ liceret, & ita Tribunos plebis creatos. Quo tempore ſcribit A. Gel. Aeſchilũ Athenis Tragœdiarũ poetam celebrem fuiſſe: ꝙ ad ꝓpoſitũ haud pertinet. PERTINERE aũt puto, a principio (vt Liuius ſcribit) duos plebeios Tribunos in monte, cui ſacro nomẽ, C. Liciniũ, & L. Albinum eſſe creatos, hoſq; tres ſibi collegas creaſſe: ſecundũ vero Pomponium, prout Tribunos velit dictos a tribus populi diſcordantis partibus, & a ſingulis ſingulos creatos: initio tres fuiſſe, in eoq; a Liuio quodãmodo diſcedere. Vtrunq; tamen conuenire, quod vterq; ad finem decem fuiſſe creatos cõmemorarit.

T. Liuius li. 2. ab urbe

Menenius orator

Nota

Aeſchilus poeta

HINC putarim, ut ad noſtras iterũ partes ueniamus, Gloſſatorem hic in uerbo & maiore, & poſt ipſum pleroſq; pene omnes interpretes procul a ſcopo telum emiſiſſe, ac uniuerſa propemodum per Antiphraſim accepiſſe. Gloſſator enim, ni fallor & ipſe, tutorẽ fuiſſe olim in urbe a prætore urbano: & maiore Trib. pl. parte datum arbitratur, & maiorẽ fuiſſe partẽ m duos, quoniam tres fuerint Tribuni ple. argumento. l. 1. C. de officio prætoris. Ecce quam ſibi non conſtet: loquens de Tribunis in teſtem citat legẽ, cuius eſt de prætoribus, quorum in urbe initio fuere: ut dictum eſt: decemocto Iuſtinianus uero tres ordinauit: & ſermo & diſpoſitio? Sinamus præterea illum uel incuria uel memoriæ infirmitate uel qua cauſa alia inibi eſſe lapſum. Quid ſi, inquit aliquis de Tribunis pl. ſenſerit? Senſiſſe inquam haud hæreo. Subdubito tamẽ ne non duo: ſed uel tres uel quinq; uel ſex maior dici hoc loco pars dici poſſit: nimirũ: ꝙ decẽ Trib. pl. extiterint, iiſq; una cũ prætore Vrbano tutoris dandi copia fuerit. Id ꝙ uel eo uideri cuipiã pŏt uetiſimilius qa cũ tres i urbe Tribuni dũtaxat cẽnt

vrbem adhuc fuiſſe, vt ita dixerim, infantem, in cuius vagientem, tãq; late diſ/
fuſeq; hoc de negotio vix tum prouidiſſe. In quo tamen, ne cui omnino videri
poſſim ſingularis, neminem culparim, ſed ſtudioſum quẽq; admonuerim, vtri
ſit partum fides habenda maior. Equidem reliqua doctioribus trutinanda relin
Vnus — quo. CAETERVM occurrit, quod ſcitu dixerim multo vtilius, aliud, quo
Duo — Mediusfidius quæri ſolitum memini a non potritæ ſciẽtiæ, ſed egregio in pri/
Plures — mis ingenio, ornatiſq; omnibus diſciplinis viris. Quid ſi vnus ex tribus præſta/
Multi — ret ingenii maieſtate, prudentiæ examinæ, dignitate virtutumq; grauitate duo
Maior — bus? Nũquid, quæſitum ſcio, vnus duobus præualeret, appellariq; pars maior
Pars — poſſet? Rogatus ſine ſcrupulo, reſpondi, quæſtionem minime agitari: cũ, q᷑
c. pluralis de — vnum dici poſſe maiorem partẽ haud ſane ſciam, quoniã duobus non minus
re iur. li. 6. — pluralis conſtet locutio. qua maiorem puto partem conficiundã: tum, quod
l. libertas. §. — aliquoties meminerim dignitatis & prudentiæq; contemplationẽ aliquam ex
poſt annos. ff. de má. teſt. — toto partẽ dici maiorem, eamq; in conſiliis obeundis obſeruari. Quid tamen
ſentiã, paulopoſt ſum explicaturus. Nolo eni a more meo eſſe alienus, in vnũ/
q; locum ſine delecto omnia coaceruare & coadunare: Verũ ſuum cuiq; rei lo
Ordo — cum digerere malo: quoniam in nulla non diſciplina imbibenda ordo pluri/
mum confert, quo confuſo peritura ſint omnia.

CVM hic mentio etiamnũ facta ſit præſidum. Scitu conſonũ fuerit, præſidẽ
Præſes — a præſidendo nuncupatũ, ac fuiſſe, qui maius in prouincia, cui præfuit, omni
l. 4. ff. de off. — bus poſt principẽ habuit imperiũ. Cuius quale fuerit officiũ, & quæ ipſius olim
præſid. — partes, qui noſſẽ velit, Sub titulo de officio præſidis abunde docebitur. Vbi in
l. 1. ff. de off. præſidis — ter cætera a Marciano memoriæ proditum eſt: Nomen præſidis generale eſſe:
ideoq; & proconſules, & Cæſaris legatos, & omnes prouincias regentes (tam
etſi ſenatores ſint) præſides appellari. Procõſulis aũt ſpecialẽ eſſe appellationẽ.
HODIERNO equidem tempore audio præſidẽ pro prætore, & hoc pro illo
a pleriſq; fere omnibus vſurpari. Qui enim Patauii, Veronæ, Vicẽtiæ, Bergo/
mi. Prætor appellatᷓ, Mediolani audio & Papiæ, Placẽtiæ, Cremonæ, Alexan
driæ præſidẽ plerũq;, & Bononiæ Gubernatorem nominitare. Quod nemo
miretur: quũ adeo omnia ſunt tẽporis vetuſtate mutata, vt etiã qſq; iudex ali/
Bal. l. fi. 1. q. — quibus in regionibus prætor, hicq; ruſus ille noiari cœperit. Id quod Baldũ
C. de edi. edi. — alias minime præteriit, & Deciũ quoq; nõ latuit, hic ego cẽſuerim ĩtelligi poſ
l. vbicũq;. ff. — ſe regulã quæ habet, Ibi prætorẽ deſiderari, vbi cauſæ eſt cognitio. Quo in lo
de reg. iu. — co facile dixerim, quẽlibet magiſtratũ poſſe largo modo prætorẽ dici Cõſu/
Cõſue tu. — luerim itaq; eis in rebus regionũ ciuitatũq; cõſuetudinem, quæ obſcurorũ ma
giſtra omniũ eſt multo tutiſſima, aiaduertendã. EAM DENIQVE nõ ne/
gligendã, ſine tamen latini ſermonis corruptela, deflorationeq; in his nomini
bus. prouincia, ciuitas, vrbs, pagus, villa, prædiũ, minime velim. In qbus inter
prætãdis quomodo laborarint, atq; recto declinarint noſtrates itinere nõ ha/
beo dicere: nec huius eſt tẽporis omniũ Sycophãtias, vanaq; ſomnia recẽſere.
Omiſſis igitur vniuerſis, quæ ab aliis eã in rem diffuſe tractata ſunt, pauciſſimis
Prouincia. — quid credendũ de ſingulis ſit, aperiamus. PROVINCIAM dici putãt a vin/

cendo procul, hocq́ dictã olim nomine regionẽ omnẽ, quæ longe ab Italia
bello eſſet acquiſita. Ab Aegeſippo enim ſcriptũ legi, Romanos, cũ in ius ſu/
um & poteſtatẽ ꝓcul poſitas regiones vincẽdo redigerent, eas prouincias ap/
pellaſſe. Quarũ primã fuiſſe olim Siciliã Cicero ſcribit. Prouinciales quoq́
Vlpianus tradit eos nõ dũtaxat accipiendos, q ex ꝓuincia, puta Sardinia, oriũ
di ſunt, verũ etiam q in prouincia domiciliũ habẽt. Ita pariter Italicos nõ mo/
do q ex Italia originẽ trahunt, ſed & q in ea domicilia habent. Vnde Plinius
Nep: Italicus es, an prouincialis. A Suetonio tamen alterum ab altero video
diſtinctum qui in Veſpeſiano, honeſtiſſimo quoq́ Italicorum ac prouincialiũ
electo. In eas olim prouincias. P. R. mundi victor neceſſitate boni regiminis
olim mittebat prætores & conſules: hoc eſt præſides, quod inibi regẽtes iura
redderent cognoſcerentq́ de quibus vel præfectus vrbis vel præfectus præto/
rio. Itemq́ & conſules & prætores cæteriq́ qui Romæ cognoſcebant. FVE/
RE AVTEM prouinciæ & conſulares & ꝓtoriæ, ille ita quia Conſulem, hæ
quia, prætorem præſidem haberent, appellatæ. Id quod ex Cicerone in. I. in
Anto. oratione colligitur. Et inquiens in. R. P. ſæpius flagitata q̃ ne prætore
prouinciæ plus q̃ annum, ne plus q̃ biennium Conſulares obtinerentur. Quia
autem ad ꝓuincias, q ſub. R. P. iugũ bello erant ſubactæ, regendas ꝑfecti cum
officio mitterent; factũ volũt, vt ipſi magiſtratus, oẽq́ illis ĩpoſitũ, & qđq́ onus
ꝓuincia cœptũ ſit appellari. Terẽ. i phor. O Geta ꝓuinciam cœpiſti durã. Hæc
breuiter ex latinæ, & emunctioris linguæ authoribus collecta. NVNC qd nr̃i
ſit tpis ſcriptoribus in ius ciuile hac de re ſentẽtiæ ꝓſequemur. A iuriſtã Cæſa/
rei quã pontificii interpretibus ꝓuintiã aĩaduerto multiphariã accipi. In mate
ria nimitũ ꝑſcriptionũ diuerſas uideo ciuitates, q̃bus ſuæ ſunt ſingulæ & diuer
ſæ Iuriſdictiones, ꝓuincias noĩari. A iuris aũt ciuilis doct. Territoria. TERRI/
TORIVM: uero Põponius eſſe definit, cuiuſq́ ciuitatis agrorũ intra fines uni
ueſitatẽ: dictũ, ut q̃buſdam placet, qđ magiſtratus eius loci intra eos fines ter/
rendi: hoc eſt: ſubmouendi ius habẽt. Sũt q uolunt Archiepõrũ diuerſitates ꝓ/
uintias cõſtituere diuerſas, modo anguſtiores, mõ latiores. Sũt q prouintias di
ſtingui medio freto ſcribũt, ueluti Siciliã, Hiſpaniã, Galliã hocq́ genus alias.
Quẽ in modũ puto eas diſtingui in §. ſpatiũ. 3. q. 3. ubi teſtes de eadẽ ꝓuincia
ducturo triũ mẽſiũ dilatiões danẽ. De cõtigua ſex & trãſmarinis nouẽ. Qua de
re uide latius Innocẽtiũ. c. ultra, tertiã de teſtibus. Pãnor. c. corã de electiõe. Ia
ſonẽ. l. I. §. Siue aũt. ff. de ope. noui. IN ꝓuinciis ſunt ciuitates & urbes, q̃ re ip
ſa nihil uel parũ habent diſcriminis inter ſe. A. Gellius caſtæ latinitatis nõ indi
ligẽs obſeruator, ex eo libro, q Verrii eſſe Flacci creditus, ac Fauorino miſſus,
ſe collegiſſe ait. Ciuitatẽ & pro loco & pro oppido, & pro iure quoq́ omniũ
& pro omnium hominũ multitudine dici ad quem profecto modũ apud oẽs
pene eoſq́ doctiſſimos authores & maxime Ciceronem Romani eloquii lon/
ge principem uſurpari adnotaui. Eſtq́ hoc ipſum non obſcure intelligere ex
aureo illo apud. T. Liuium dicto. Quo traditum eſt, Ciuitatẽ ſapientiũ doctos
magis fingere, quam noſſe. Vrbis appellatione ſimplici notum eſt, maxime

Cic. I Ver. Act. 4.
Prouinciales
l. prouinciales. ff. de ver. ſigni.
Italici
Prouinciales
Pli. li. 9. ad Maximum
l. notionem. § cõtingtes. ff. de ver. ſig.
Variæ prouinciæ
Territoria
l. pupillus. ff. de ver. ſig.
A. Gel. li. 18. ca. 7.
Ciuitas
Noti
Vrbs

quondam, Romam venire: quãq; hoc ab illo differre Iuriſcõſul. innuerit. Vr/
bis, inquiens, appellatio muris. Romæ autẽ continentibus ædificii finitur, qđ
Vrbare
latius eſt. Arbitror ego admodũ bene animaduertendum, ne omnes, quæ de
l. pupillus.
Vrbe perindeq; Roma paſſim in iure ciuili ſcribũtur, nõ ad quanq; ciuitatem
§. vrbs. ff. de
referri poſſint: Vrbem appellari ab vrbo Pomponius ſcribit, eſſeq; vrbare ara
verborũ
tro definire. Et Varũ quidem ſcribere vrbũ dici aratri curuaturã, quod in vrbe
Verg. lib. 1.
Geor.
condenda adhiberi ſoleat. Ad quod nõ inconcinne adluſit Maro. Apta dies
legitur qua mœnia ſignet aratro. Et eius etiã videtur teſtes, qui omnẽ ciuitatis
exitum, in quo poteſt quid vel importari vel exportari portã a portando di/
ci cœptũ autumant; quoniam in eo loco (vt ait Donatus) vbi porta eſſe futura
Porta
deberet, aratrum ſuſpenſum portaretur. Sunt qui vrbẽ ab orbe dictam cẽſent,
quod antiquitus in orbẽ vrbes fierent. Vtcunq; tandem ſit, notabis poſtremũ
vrbem a ciuitate differre, ſed alterũ tamen ſæpicule pro altero vſurpari. Quo
Municipia
ſane pacto forte nõ aberrant, aut parum peccãt, qui de urbe conſtituta ad ciui
l. mille. ff. de
verb. ſig.
tatem oppidumq; referri & Municipium referri uelint. Quemadmodum ciui
l. qđ liquide.
tatis appellatione comprehẽdi mille paſſus a muro ciuitatis Hortos item, arg.
§. ſi ita legi.
l. præſes. ff. de procurat. nec e contrario, Comparatum erat olim ſingulas ha/
ff. de pœnis.
bere ciuitates ſingulos Epiſcopos, uti fere noſtra quidẽ memoria in Italia ui/
c. in illis. 85.
diſtin.
demus Oppidũ audio nunc ſine authore a pleriſq; fere omnibus, ſed iis quidẽ
Oppidum
ſciolis, pro parua ciuitate (ut ita dixerim) urbẽ autem & ciuitatem pro amplio
re ſumi: quũ tamen tantũdem unum, quãtum alterum ſignificet: niſi uelint ſe
regionũ conſuetudine defenſatum iri, quod ad Romanæ linguæ caſtimoniã
Mediuſfidius nihil attinet: Male profecto agunt, qui ueterno forte morbo
deťẽti eiuſmodi ſomnia & deliramẽta ſomniãt in omnẽq; modum latinã lin/
guam, qua nihil præſtantius deturpant, corrumpunt, adulterant polluunt. Di
l. pupillus.
§. oppidũ.
ff de ver. ſig.
ctum eſt oppidum, Pomponio teſte, ab ope, quod eius rei cauſa mœnia ſunt
coſtituta: uel, ut alii, ab opus, quod ad gerendã uitã opus ſit: ſiue opibus, quia
homines ſuas opes eo cõferunt, maxime belli tẽpore ut nullum ſit ab hoſtibus
Oppidulum
piculũ. Eius eſt diminutiuũ oppidulũ: quo hercle nomine ſuo ueluti iure, req;
Blancicãpiũ
Iocatur au
thor in pa
triã ſuam
ipſa appellare ſoleo Municipiũ Blancicampiũ, Vueiſchenuelt quod mihi pa
tria eſt longe chariſſima Hoc enim tam anguſtis circũſcribitur terminis, ut pu/
tem ipſum olim Herculis illius Sinũ implere haud quiuiſſe. at eundẽ forte in/
dormientẽ aut incurioſum caſu ex ſinu amiſiſſe: Quod ut credã, ſunt montes
utraq; parte altiſſimi ameniſſimiq; impulſioni. quorum difficultate altitudinis
laſſus ac feſſus ille tã exiguũ oppidulum facile amiſerit. Sed ſpero illud ſuo tẽ/
Oppidani
pore ex Muſca Elephãtem factum iri idq; Herculeis ſoccis ſe circundaturum.
Ab oppido Oppidani, quo uerbo inter cæteros Iulius Cæſar in emũctiſſimis
cõmẽtariis. & Q. Curtius in Hiſtoria ſua de Altero Magno diſertiſſima adeo
frequẽter utitur, ut ne unum quidem ex illis in animo eſt exẽplum huc tran/
ſcribere: quando inibi uix chartam reperias, quæ hoc nominis nõ contineret.
Municipia
Municipia olim ciuitates erãt, quæ aliunde Romã uenientia ſuo iure, ſuiſq; le
gibus utebantur, muneribus tamẽ. P. R. honoribuſq; fungiẽtia, unde a mune

ribus

ribus capeſſandis municipia dictã,& meliore q̃ coloniæ, cõditione Horũ incõ — *Coloniæ*
læ municipes appellati. Et fuere ciues Romani in oppidis municipalibus ſuo
iure, ſuiſq; legibus vtentes, numeris tñ honorarii cũ. P.R. participes, nullis le/
gibus aliis, neceſſitatibuſq;. P.R. aſtricti. Noſtra aũt tẽpeſtate cõſtat quæq; fere
oppida noĩari municipia, & ſuæ cuiuſq; ciuitatis ciues (Vlpiano ſcribente) mu
nicipes dici. Municipiorũ tria genera feſtus tradit cuius verba vt adnectẽ, neceſ — *Municipiorũ*
ſum fore nõ duxi. Qui plura & notatu digniſſima de iis ſcire velit. is legat a iuris — *tria genera*
conſultis Sub Tit. ff. ad municipales tradita, & quæ. A. Gel. emũ ſtæ naris ſcri — *Gel.li.16.c.*
ptor perbelle collegit. Sũt aũt vocabula latinis authoribus minime aliena. Pli — *13.*
nius. Quẽ apud municipes meos habui. Cicero in Bruto, Nõ dubito, qn ſcias — *Pli.li.1.ad Saturninũ*
nõ ſolũ, cuius municipii ſim, ſed etiam, q̃ diligenter ſoleã municipes Arpina/ — *Municipes*
tes tueri. Noĩabis itaq; municipem tuũ q ciuis eſt tuus. Caue dicas cõciuis, qđ — *Cic.1. Phil.*
me nũq̃ apud ſcriptorẽ receptũ legere in quo Valla cenſor puераſcit ſeneſcẽs — *Fundus*
Cice. Municipes Rhegini cõplures. Idem. L. Turſetius qua facie fuerit, q̃ ſtatu/ — *l.q̃ſtio eſt. ff. de verb. ſig.*
ra, quo municiplo Ad alia. FVNDVS. eſt, qcqd ſolo continet. Ager fundi — *l.fũdi. ff.eo.*
ſpecies, quæ ad hoĩs vſum comparatur. Poſſeſſio ab agro iuris proprietate di/ — *Poſſeſſio*
ſtat. Quicqd enim apprehẽdimus, cuius ad nos ꝓprietas haud ptinet, hoc poſ
ſeſſionẽ appellamus. Poſſeſſionẽ igitur vſum, agrũ loci proprietatẽ. Prædiũ no — *Prædium*
men eſt vtriuſq; rei generale: cuius ager & poſſeſſio ſpecies ſunt. Hæc Modeſti/
nus. Iuſtinianus aũt prædia, inquit, omnia edificia appellamus, licet in villa edi
ficata. Nũc vulgo abuſione quadã dicunt ſe ituros in poſſeſſionẽ, vbi (vt mea
eſt opinio) rectius dicerent ſe ituros ad prædiũ, vel Rus, aut villam. Rus eni lo — *Rus*
cus extra vrbẽ eſt, vbi agri ſunt & villæ. Marcialis. Hoc rus, ſeu potius domus — *Villa*
vocanda eſt. Idẽ, Celſæ culmina dedicata villæ. Villã aũt latine dices caſam & — *Marci.li.1.de hortis Mar.*
domunculã extra vrbem habitandi cauſa factam, a vehendo (vt multis videt)
dictam, quod in eam fructus ex agris conuehantur. Villas forte inculpatus dice
rẽs domunculas, aliquando ampliores, extra ciuitatem conſtructas, in quas
aeſtiuo tempore caloris deuitandi gratia concedimus quas ipſi poſſeſſiones,
vt dixi, nominitãt. A. Gel. In Herodis clariſſimi viri villam, quæ eſt in agro At
tico loco, qui appellatur Cephyſiæ. Verg. in Tytiro. Et iam ſumma procul vil — *Gel.lib.18. ca.10.*
larũ culmina fumãt. Cicero in Phil. 1. cunq; inqt intẽpeſta nox eẽt, manſiſſem
q; in villa. P. Valerii comitis & familiaris mei. Horatius Saty. 5. lib. 1. Hinc
nos Coccei recipit pleniſſima villa. Ab hoc diminutiuum Villula. Idem in eo/
dem Proxima Campano ponti quæ uillula tectum Præbuit. Errant itaq; no/
ſtrates uillam pro pago uſurpantes. Cum pagus ſit uillarum multitudo: hoc
eſt ruſticanarum domorum in unum coagulatarũ congregatio, ueluti in Ger — *Pagus*
mania. In Italia enim rarenter & alias pagos, ſed uillas uides. Scribit Cæſar in — *Cæſar lib.1. cõmen.*
comẽta. Heluetios olim q̃tuor inhabitaſſe pagos quẽ locũ alias declarauimus.
SECVNDO ex contextu collige. Ab omnibus uideri factum, quod per ma/
iorem fit partem. l. aliud eſt. §. refertur. ff. de reg. iur. Quod & Scæuola cẽſuit. — *l.qđ maior. ff.ad muni.*
Quod maior, inquiẽs, pars curiæ efficit, pro eo habetur, ac ſi omnes egerint. — *l.li.nemo.§*
A quo nec Vlpianus diſſentit, quando eum tutelam gerere ſcribat, quem ma/ — *1.ff.d teſ.t..*

l. 1. § 1. ff. de ventre inſpi. lor pars tutorum elegerit. Idē alias credidit ubi eam uoluerit iudicare mu lierē pregnātem, quæ a duabus trium obſtetricum grauida eēt iudicata. A quo nō alienus fuit Marcellus, qui diſcordantibus de quota debiti parte, creditoribus

l. & ſuū. § fi. ff. d pact. prætoris eſſe partes ait neceſſerias: nimirum, ſuo decreto maioris partis uolun tatem ſequuturi. Quo loci infinita pene noſtri magiſtri cōmentariorum ret/ tulerunt: quæ pleroſq; a vero regulæ intellectu deiecerunt magis quam adiuta

Maior pars omnes runt: quæ etiamnum ea cauſa hic miſſa facio.

RATIONEM regulæ Decius eſſe opinatur, quod alioqui negotium, in quo plures adeſſe deberent, difficile poſſit expediri, cum rara ſit inter multos con/ cordia atq; conſenſus. Et bene quidem, quum Venuſino Vati, tres ſæpe con/

Bar. l. q̄ cūq; de omi. agro deſerto. C. l. 11. uiuas inter ſe diſſentire viſi ſint. Colligunt inde noſtri doctores. Si in aliquo di ctum ſit actu, omnium quippiam conſenſu fieri debere, non obſtare, ſi nō om nium, ſed maioris tamen conſenſu partis factum ſit Secus tamen euenire, ſi de

Bal. l. reſcri/ ptum. ff. de pactis mente diſponentis conſtaret omnium omnino & ſingulorum conſenſum in/ teruenire debere. Aut ſi appoſitū eſſet verbū concorditer, concordia, aut quid

Concordia Concorditer c. nō pōt de te iud. ſimile, eſſetq; ad ſingulos relatum. Ita Pannor. & Baldus cenſuerunt Quos vti vera dixiſſe haud negauerim, ita vſu euenire poſſe pariter crediderim, vt iure maiori partium ſe minor opponere poſſit. & ſic quod a maiori parte conſtitu tum ſit minori haudquaq̄ præiudicare. Quod tum accidere autumarim, quā do quod agitur, omnes æque tangeret, & vnius abſentia abſurdum quid in/ duceret. velut in. l. fi. §. hæc omnia. C. de autho. præſt. l. Si autem. ff. de Aqua plu. Præterea nec regulæ puto locum fore, quando minor eſſet pars altera par tium dignitate, prudentia, ætateq; & ſanior & grauior. Id quod non obſcure eliciendum exiſtimo ex. c. Coram dilecto de elect. vbi Hercle eam ſcimus dū/ taxat valere electionem, quæ facta ſit non a maiori tantum, ſed etiam ſaniore parte. Quare citra formidinē dicerē, vnū ex tribus aliquādo præſtare, vtcunq;

Nota in vnitatis numero maior poſſit pars natura non dici, quanq̄ quantum ad in/ genium & quadam interpretatione poſſit arg. l. 1. C. de vete. iure Enucle. vbi rectiſſime voluit Imp. vnius aliquando eiuſq; deterioris ſententiam & mul/ tos & maiores aliqua in parte ſuperare: perinde non ſemper, quod multi iudi carunt ſed quod ſapientiores, vel pauciores, ſequendum. Hæc tyronibus liba menta dediſſe ſat ſit.

¶ SED ET SI TESTAMENTO.

COLLIGE pendente vel teſtamentaria vel legitima tutela datiuæ inte/ rim tutelæ locum eſſe, & amota ſuſpenſione, tutelam & ipſam datiuā, quæ rectius Attiliana diceretur, amotum iri. l. ſi quis ſubconditione. ff. de teſta. tut.

SECVNDO col. nūq̄ tutori datiuo locū eſſe, ſi ſit aut teſtamētariæ aut legiti mæ tutelæ ſpes aliq̄. l. ſi qs. ff. de teſta. tut. quo ſane loco q̄ſitū eſt. Quid, uno ex multis legitimis mortuo aut quouis mō a tutela decedēte? Succeſſores, inquā, eius in locū ſuperſtites legitimos, non datiuū. l. 3. §. ſed ſi aliqui d. ff. legit. tut. Quid, vno teſtamentario decedente? Datiuum, puto ſucceſſurum. l. ſi quis ſub

conditione.§.fi.ff.de teſt.tut. Sic pariter vno tantum extante teſtamentario, eoq; eſſe in humanis deſinente: legitimo reſpódeo, fore locú. Sin eo aut excuſato aut amoto, locú dico eſſe datiuo.l.ſi quis vt ſupra.§.1. Reliqua Iaſon vna cum Angelo, ac reliquis docte deducit.

¶ AB HOSTIBVS QVOQVE.

COLLIGE ſuperueniente tutori impedimento, cuius auferendi ſpes eſt interim tutorem a iudice dádum & datum, quoad ipſum ceſſant impedimentum, adminiſtraturum.l.1.§.Si apud hoſtes.ff.de legit.tut. Vbi profecto ſpe primi legitimi tutelam ſcimus non ad ſequenté deuolui, ſed eſſe datiuo locum: nempe, quod proximior adire ſperetur.l.ſi necem.§.ſi deportatus.ff.de bo.lib. Quamuis inter ſcriptores nó vndecunq; conſtet, ſit ne eius rationi fides adhibenda.

QVAERI ADSOLET in verbo poſtliminii. An qui captiuitate præpeditus fuit, de male adminiſtratis, reuerſus teneatur? Nó teneri reſpódet inibi glo. cui ipſe fidé meam nó illubenter obſtrinxerim. Cæterum ne Angelo hic ſit accedendum impéſe hæreo. Nimirú qui velit Subſtituenté, vtpote, officialé (vt vulgo loquuntur) ob ſubſtituti & vicarii male geſta haudquaq; teneri. Certe hoc ipſum ab eodem in teſtimoniú adlegata nó adfirmant. Poſſe tamé apud eú veritati locú eſſe non inficias iuerim, ſed tú ſolúmodo, quando officialis ſit iuſta vt reip. vel aduerſæ ualetudinis cauſa impeditus, & ipſe cóſenſu & authoritate ſuperioris ſubſtituerit, quod ut fiat opinor eſſe neceſſariú. arg.c.1.de officio uicarii. Quod tamen cogitantibus reliquerim. Impedimentum iuſtum l.arg.ſcire oportet.§.eos q ff.de tut.& curat.

¶ SED EX IIS LEGIBVS.

COLLIGE TVTELAE ex lege Attilia & Ticia dationé hodierno ſublatá tépore: quia in ipſis nec de cautione, nec adminiſtratione cogéda quicq; caueretur.l.3.§.ſi tutor.ff.Rem pupil.

SECVNDO col. duobus in dándo tutore præcipue iudici opus eſſe primú: ut a tutore cautioné recipiat, ré pupillo ſaluá fore.l.nó quaſi.§.1.&.l.ad ſpecié. ff.ré ſal.pup. quæ fit per ſatiſdationé Secúdú, ut cogat ipſum ad tutelæ adminiſtrationé, quod captis pignoribus fieri poteſt.J. de ſatiſda. tut.§.fi.&.l.1.ff. de admi.Tut.l.4.§.3.ff. de dá.inf.l.ſi quis alie.§ ſi quis.ff.de lib. Agnoſ. Verú de iis ſingulis deinde tractabit. Nec eſt qđ hic ſingularem deſideret admonitionem. Quam ut tutor ipſe, priuſq; ſibi tutela decernatur, idoneus pronuncietur.l.tutores.§. deniq;.ff.de con.tut.

¶ SED HOC IVRE VTIMVR.

COLLIGE iure qdé nouo Romæ pfectú aut ptoré. In puinciis aút pſidé uel mgratú eius iuſſu (ſi pupilli facultates nó ſút ampliæ) tutores dare Tpibus vero hodiernis (ſi ad qngétos uſq; ſolidos illius facultates fuerint) quecúq; ét ſine iuſſu mgratú, cautióe tñ ré pup.ſal.fore pſtita, q recipiétiú nó iudicú ſit piculo. Vide q tradút ſub toto Tit.de curat.& curat.dat.ab iis. Et Azoné. In Tit.ſum.C.Qui dare tut. Ille eni ſine ambagibus ré ipam ad ungué pq; cæteris luculétius mihi docuiſſe ui. Vtcúq; & alii poſt ipum nullú pene lo

cum cogitationi reliquerint. Quo etiā motus, breuibus hic ago. SVBIICERIM itaq; vel vnū dumtaxat illud. Dari poſſe tutorē illi, qui eſt vel orgine vel domicilio vel poſſeſſionibus ſub iudicis iuriſditione. l. pupillo. ff. de tut. & cur dat, hocq; inter omnes conſtare doctores in glo. l. 1. C. de pete. tut. Obſeruatū tamen eſt, iudicē pupillo dare poſſe tutorem, etiam alienæ iuriſdictionis, quādo coram eo lis vertitur. l. fi. §. 1. C. de Admi. tut.

In gl. & doc. i Auth. pterea. C. vn vir & l. vbi adhuc. C. de iure dot.

PAVCIS ante diebus, quā hæc in cōmentarios referrem, ex me quæſitū eſt, quæ pupilli facultates dicerentur magnæ aut exiguæ? Reſpōdi hoc poſſe inueſtigari a glo. in verb. Solidos. Quanq; illud ipſum in iudice fere dixerim poſitum: qui (vt alii quoq; docuerunt) & regionis & vulgi conſuetudinis perſonæq; conditionis rationem habeat A qua nimirum opinione Barto. abeſſe haud viderim in. l. ſi conſtante. ff. ſol. mat.

l. 3. ff. de tul. & curat. l. 1. ff. de portatus. ff. de leg. 3.

SI QVIS demū roget qui hodie plerūq; in dandis tutoribus ſeruetur mos. Reſponderim vix dari poſſe regulā. quū ſua quæq; ferme regio ſua habeat ſtatuta, quibus a iure aliquoties ſcripto ex cauſa deflectit. Equidē noſtro video tēpore tutores dari a ciuitatum iudicibus, vel etiā chartulariis authoritatem vel a principe vel comite Palatino, cui princeps hoc conceſſit, habentibus: & recte quidem, quando & lege ipſum hoc fiat. Quo ſciri poteſt, illum dare etiānū tutorem, qui habet vel merum vel mixtum imperium, & cui illud eſt vel a principe vel lege ſpeciatim demandatum.

IMPVBERES AVTEM.

PRIMO col. Pupillū indigere tutore, quia ſeipſum is regere nequeat. l. nemo. C. de legit. tut. Eſt enim ea minime conſilii capax ætas, ſed infirma, ob quam pupillus ſe defendere non potēs tutore opus habet: quod ſupra ſat late proſequuti ſumus.

Bal. in proe. ff. §. itaq;. Abb. ī proe. decreto. col. 1. In verb. Aduerte Arrogantia Nota c. miſerum. 61 diſ. Diſcipulus Magiſter c. ſi clericatꝰ 16. q. 1.

SECVNDO col. debere diſcipulum manere, quī magiſterio hauddū eſt vel aptus vel dignus. c. prohibentur. 48. diſtin. In arrogantiā etenim (quæ diaboli ruina eſt) incidunt, qui in puncto horæ, necdū diſcipuli fiunt magiſtri. Hinc aureum eſt Innocentii verbū. Miſerū eſſe fieri eum magiſtrū, qui diſcipulus nūq; fuit, fieriq; ſummū ſacerdotē, q nullo ſit gradu ſacerdoti obſequutus. Prodiit & ſacroſanctū illud Hieronymi Eulogiū ad Ruſticum Monach. Ne ſis miles priuſq; tyro, ne priuſq; magiſter ſis q̄ diſcipulus. Sed quā hoc bene nūc obſeruet in omni pene cuiuſq; dignitatis gradu, notius eſt q̄ vt dici poſſit. Non eſt meæ humilitatis neq; mēſuræ de cæteris iudicare Auſim tamē ingenue, & nō petita venia, dicere indoctiſſimoſq; quoſq; ad ſumma dignitatū culmina aſpirare, nec iſtis curā eſſe de doctrinis aliquā, nec quō ſibi ſubiectos regnāt, informēt tueāturq;, ſed oīa i ſuā dumtaxat cōmoditatē pniroſe actitare. Faxint dii, vt ſemel tādē veniat, qui tā nociuā, vbiq; ferme terrarū, auferat abuſionē, qua fit vt virtuti vitiū, paupertati diuitiæ, ſciētiæ ignorātia, dignitati fauor anteponiē nec ſit virtuti honos. Sed loco illi Iuuenalis. Aude aliquid breuibus Giaris & carcere dignū Si vis eſſe aliquid.

QVIS ENIM nō videt nūc vulgo indoctiſſimis & aliquoties ſat ſceleſtis ho

muntionibus aliorũ curam cõmitti,& multoties aliis gubernandis eum perfe ctum,qui ſeipſum regere haud valeat:nempe,q inferioribus,cui potentia dũtaxat & nomine præeſt,nec ꝓbitate,nec moribus, nec ſciẽtiis præſtet. Vnde, quæſo,tam peruerſa in mundo abuſio? A Sũmatibus,inquam,quibus quoſq; ſuis ius eſt officiis eligendi præficiendiq;:Illis nimirum in dandis quibuſq; magiſtratibus cura ratioq; eſſe deberet maxima, vt præficerent morũ grauitatis, virtutum candoris,literatuſq; eminentia ſcientiæ virum. Verũ ne os in cœlum ponere videar,aut quæ ad me non attinere videntur,tractare inſimularer Hac pocratem ſum facturus: præſertim cum extreme ſit dementiæ, fruſtra, vt ille ait niti,neq; aliud ſe fatigando,niſi odium quærere. c.cũ ĩ cũctis de electione

CAETERVM quæri hac parte ſolet. Vtrũ magiſtratũ,dignitatemue aliquã, cuius ſe incapacem noſcit,petens capitali obnoxius ſit peccato? Obnoxius vti q; reſpondet Innocentius iuris luminare atq; decus. Cui equidem lubens adſtipulor.quando vel vltra rationẽ naturalem iure illud ſit ipſum clare expreſſum in.c.non eſt putanda,circa finẽ.1.q.1.quo ſane ſacerdotium non ad elationis pompam,ſed ad vtilitatem adipiſci deſiderantes ſerio,diuinituſq; admonent, vt prius vires ſuas cum eo,quod ſubituri ſunt onere,metiantur,vt ſi ſint impa res abſtineant,& ad id cum metu,& cui ſe ſufficere exiſtimant,accedãt. Id qđ Venuſinus alibi,ſed alio,fere inhortatur inquiens. Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis,æquam Viribus:& verſate diu quid ferre recuſent. Quid valeant humeri cui lecta potenter erit res. Et alibi,Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis & reliqua. Quod olim ſero ſequutus Milo Cretonienſis Athleta illuſtris vitæ habuit exitum & miſerandum & miratu multo digniſſimum, ſed de quo non ad propoſitũ. De eo eſt legere hiſtoriam apud. A. Gelli. Hic demum, etiam atq; etiam fidus amiculus moneo,hortorq; optimũ quenq;,qui ſe aliis fore ſuperiorem ſperat,is conetur(ſi fieri poteſt) vt iure cautum eſt, doctrina, facundia,ingenii acumine,morum candore,fortitudine præſtare:quæ ſi cordi habere neglexerit, abſtineat. Ea autem nanciſcetur, vbi diſcipulus ferulæ manũ ſubduxerit,& ſtudio minus pepercerit,ſed Iulianum noſtrũ nunq̃ non imitaturus frequenter & vſq; doceri voluerit. Ille enim natus iam annũ octuageſimum nõ modo diſcebat,ſed qui diſcere vellet,etſi alterum in ſepulcro pedem haberet In quam quoq; ſententiam pleriq; alii ſtuduerunt. Hec haſtenus virtutis amore compulſi diximus,quæ fortaſſis audiiſſe non oberit. Tranſeamus hinc alio. Hora.ĩ arte A.Gel.li.15. ca.16. l.apud Iulianũ.ff.d fidei liber.c.dqb⁹ 20.diſ.c. nullus eps 35.diſ.

VICESIMVSPRIMVS TIT. DE AVCTORITATE TVTORVM.

VT VERA dictorum ad dicenda ſit ſeriei connexio, & clarus, qui ad omnem plurimum confert eruditionem,vndequaq; ſeruetur ordo,rite hunc ſibi locum præſens de authoritate tutorum titulus vendicauit. Cum enim dictum eſſet in ſuperioribus,de tutorũ creatione,deq; omni ipſorum conditione conſideranda,congruũ ſane viſum eſt & operæ prætium de ipſorum,quæ in pupillorum cauſis præſtãda eſt,authoritate. Scite inquam Ordo

neceſſariuſſi videbatur quis, quando, quomodo, quibus in rebus ac negotiis authoritatem præſtare oporteret.

DE QVIBVS ſumma, qua alias, vbiq; locorum, vtitur breuitate hoc ſub titulo Imp. ſcribit, ſingulaq; ad Latum, vt aiunt, vnguem perſtringit. Ad quæ nimirum euiſtigio confeſtimq; deſcenderemus, interpretaturi, quoad dii immortales annuerent, quis vbiq; verus Iuſtiniani extitiſſet intellectus, niſi noſtro more (quem tantum abeſt, vt reprehendendum putem, vt me etiam nonnihil gratiarum, nec parum quidem, ab optimis quibuſq; lectoribus reportaturum eius gratia ſperem) ſed officio tamen & conſciẽtia (a qua in omni vita ſua quẽq; tranſuerſum vnguem non oportere diſcedere Romanus ille orator cenſuit) impulſi criticum agere cogeremur. Equidem opus fore duxi, meaſq; (quoniã interpres ſyncerus, claruſq; eſſe & haberi velim) partes futuras paucis ſubnectere quo in ſignificato hic authoritas ſumat, & qs author appellari latine poſſit.

Conſciẽtia Cic. ad Atti cũ. li. 13.

SILENTIO tamen hoc ſane loco tranſeũdas duxerim obſtreperas, eaſq; raucidas quorundam literatorum concertationes: nempe qui certant Grãmatici & adhuc ſub iudice lis eſt. Recte ne auctor vel author ſcribatur, vt in illo: c. in hoc aſpiratio. h. admittatur, an author ſine vtraq;. Silentio etiam inuoluendũ duxerim, quod hac de re a Valla, Philelpho Pontano, Calepino, Curio Lanciloto, aliiſq; hoc genus vndecunq; iuris bene doctis literarum monumentis mandatum ſcio: nimirum illud ipſum recenſiturus Crabrones dumtaxat excitarem, mihiq; apud zoilos aliquot inuidiam, in re tamen exili compararem. Immo litem ex lite ſuſcitarem, & quidem eam, quæ vel Ptolemaicam litem non anguſto poſt ſe relinqueret interuallo: quæ nil, q̃ ἐρετριάν γά hoc Eretriẽſium Rho ſonaret, egoq; Caninæ incuſarer facundiæ. DEVITATVRVS vniuerſa, inquam, ab augeo verbo venire verbale auctor auctitrix, & ſcribendum. De quo nihil in præſentia. Aliud eſt, quod Græci αὐθέντην dicunt, quo ſignificat, opis factor, ĩductor, pſuaſor, pmiſſor, vindex, cui fides habetur, primus denunciator, ratificator, approbatorue, quo modo hic ſumitur, & crediderim, vtcunq; alii repugnent, ipſum cum aſpiratione, ita, ſcribendum eſſe author hinc Authoritas: Quam equidem definiri poſſe arbitror, quandam potentiam, & ius decretumq; in eo, qui habet aut infringere aut approbare: qui hoc ſub titulo, aliaſq; author dicitur. Debet enim ille in pupilli actibus obſirmandis ſuam interponere authoritatem, atq; decretum, habereq; ratum & qd agitur comprobare, & (vt vero loquendi more vtar) authorem fieri. Se autem authorem fieri, eſt (vt a Paulo ſcriptum eſt relictum) dicere ſe, quod agitur, pbare. Eum autem video dicendi modum adeo eſſe latinum, vt ipſe, niſi latiniſſimi quiq;, vſi non ſint Cic. Phil. 2. L. T. Cimber me authorem ſecutus. T. Liuius miræ in dicẽdo venæ, ſcaturiginiſq;, grauiſſimuſq; hiſtoriarum ſcriptor libro ab vrbe con. primo. Decreuerunt enim, vt quum populus regem iuſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres authores fierent. Idem paulopoſt. Quo comitia habente Ancum Martium regem populus creauit, patres fuere authores Cicero in. 2. Phil. Quid egi? niſi ex huius ordinis conſilio, authoritate, ſententia?

Augeo Auctor Author Autor

Authoritas Per to. tit. ff de authoritate tut.

Author fieri l. etiamſi. ff. d autho. tut.

¶ AVTHORITAS AVTEM.

PRIMO COLLI. In iis modo negotiis, & contractibus neceſſariam
pupillo tutoris eſſe authoritatem, in quibus huius deterior fieri poſſit
conditio, ea ideoq; opus eſſe in omni, quo vltro citroq; obligamur, cõ
tractu. l. obligari. ff. eodem Creditũ enim eſt tum cauſæ, ob quã tutor pupillo
datur, locum nõ eſſe. Tutore pupillo vtiq; opus cenſuere, ne is ætatis imbecilli
tate qcq̃ vel fraudis vel detrimẽti pateret̃ ſupra tit. 1. §. impuberes. l. 1. ff. de tut.
SECVNDO collige Aliquem eſſe contractum quo mutua fit obligatio, Ali-
quẽ quo non. Pro cuius ſane rei euidenti intellectu pro iuris vtriuſq; adhuc ty
ronibus quædam adiungenda cenſuerim, quæ vti aliquibus rudia, ita multis
magnopere profutura duxerim. Nec me mouent aliorũ iis & allis in locis ſub-
limæ ſubtilitates: nempe quas vel ipſi rectius alio congeſſiſſent. Lacte profecto
pueris (vt inquit Apoſtolus) non ſolido opus eſt cibo, & debent ſua cuiq; in-
fantiæ eſſe cibaria: ne quæ in ſicco ferattur planta, male radicem contrahens,
vbi in arborem ire debeat in flore vel medio ſit peritura. Non parum Hercle in Vide. §. ſi. In
tereſt, quo modo quis a principio imbuatur. Illud certe inter ſapientiſſimos fra de gradi
quoſq; conſtat primordia quarumq; rerum eſſe clara, facilia, breuia debere. bus cog.
Verum de iis alibi locupletiſſime diſſeruimus. Contrahere
OBSERVANDVM tyrunculis hoc velim loco, contrahere nihil eſſe quam l. 1. de pactis
paciſci aut conuentionem facere. Contrahunt enim, ideſt conueniunt, qui ex
diuerſis animis motibus in vnũ conſentiũt: hoc eſt, in vnam ſententiam decur-
runt. Hinc contractus, ideſt, pactum & conuentio, qui a plurimis (in genere ta- Contractus
men) definitur duorum eſſe pluriumue in idem placitus & conſenſus. Omnem l. 1. §. adeo
autem contractum ſiue re ſiue verbis fiat, omnemq; obligationem in ſe debe- aut. ff. d pac.
re conuentionem habere ſcribit Pædius.
TRIPHARIAM eſſe contractũ pleriq; fere omnes ſcribũt. Propriũ, qui, La- Varii contra
beone definitore, eſt, vltro citroq; obligatio. ueluti emptio, uenditio, condu ctus
ctio, locatio, ſocietas, & quæ in aliud tranſeũt nomẽ cæteræ. In qbus ſecundũ l labeo. §.
hoc loco Iuſtini. & alias Iuriſcõ. pupillum ſine authoritate tutoris nihil agere contractum
ſcribũt. l. obligari. ff. de auth. Tut. hinc, ut inibi tradit̃, nec ſibi credẽdo, obliga ff de vec. ſig.
re, nec alienare nec manumittere. Impropriũ cõtr. quo ſolũ una contrahentiũ
pars obligatur uti donatio. Mutuũ. Solũ enim donans ad tradẽdũ, & nõnun-
q̃ de euictione obligat̃. l. Ariſto. ff. de donat. cau. mor. Et mutuũ quoq; recipiẽs
ad reſtituendũ obligatur. l. 2. ſi certũ pe. Et quoties in ſtipulatione una tantum
partium obligatur: contractũ nominari impropriũ alibi gloſſa admonuit. Ma Iuſt. de diui.
xime ĩpropriũ cõtractũ, quo nulla partiũ obligatur, uerũ ab obligatione po- ſtipul. §. cõ
tius utraq; ſoluit̃. ueluti Tranſactio nudo facta pacto, qua nõ cõpleta cõditiõe, uentionales
nõ agit̃. Ita docuit Salycetus. l. ſiue apud acta. C. de trãſact. uelut etiãnũ eſt per
acceptilationẽ liberatio: ut Bar. uidet̃ i. l. ubi pactũ. C. de trãſa. iuſti quoq; qui.
mo. tal. ob. §. 1. ex quibus ita oĩbus dictis notãdũ p̃cipue erit. Si in ſtatuto decõ
tractu mentio fit. De ꝓprio ipſum dũtaxat ĩtelligẽdũ, qm̃ ſtatuti plerũq; uerba l. 1. §. ſi igi
ꝓpriæ accipiẽda ſint, De ualido itẽ, In Auth. ſacta. puberũ. Itẽ de inſtrumẽto. l. tur. ff. de exer.

Eadem.ff.de duo reis.De donatione item.l.ſi donationē.C.Quod metus cau.
l.ſi ab eo.ff. de le.2. In vniuerſum contractus appellatione venit, quo obligatio naſcitur Hæc in præſentia dixiſſe ſufficere puto, quæ tamen ſubinde loco magis congruente latiora diffundemus.

QVONIAM hic obiter mentionem fecerim huius verbi cōuenire,non poſſum pro ingenita mea in bonarum literarum cultores humanitate nō meminiſſe alterius ſignificati eius verbi',vbi ponitur cum connexu illo. In manum. Vtpote.IN MANVM CONVENIRE Quo vtitur Tullius.In manum inquit cōuenerat,nunc,audio,ſed quero vſu,an coemptione? vſu non potuit, nil.n. poteſt de tutela legitima ſine omnium tutorū authoritate diminui ,coemptione omnibus anthoribus.Idē alias.Si ita fabiæ pecunia legata eſt a viro Si ei viro Materfamil.eſſet,ſi ea in manum nō conuenerat,nil debetur. Quid ſibi hæc velint verba ex doctiſſimo Boetio Seuerino ita habes.Duas vxoris eſſe ſpecies,vnā Matremfamil. alterā vſu.Sed communi generis nomine vxores vocari.fieri tū,vt ſpecies eiſdem ſæpe nominibus vocentur,quibus & genera vti plerunq; apud Iuriſcon.Matrēfamil.autē eſſe non potuiſſe,niſi,quæ in manum cōueniſſet.hæc autem certa erat nuptiorum ſpecies ſiquidem tribus vxorem modis haberi ſolitam,vſu.ſ.& farre,& coemptione.Confarrationem ſolis pontificibus conueniſſe.Matremfamil. vero ſolam vocari,quæ in manum per coemptionem conueniſſet.non etiam,quæ vel vſu vel farre. Coemptionē vero certis ſolennitatibus peragi conſueſſe,ſeſe quidem in coemendo mutuo interrogaſſe. Virum ita a muliere.An ſibi mulier materfamilias eſſe vellet: illā reſpōdiſſe velle.Mulierē item.An vir ſibi paterfamilias eſſe vellet.Illū reſpōdiſſe velle,Itaq; mulierem viri cōueniſſe in manū,haſceq; nuptias deinde vocatas per coemptionē,& fuiſſe mulierem matrefamil.viro filii loco.Eamq; ſolēnitatem in ſuis Inſtitutis vlpianū expoſuiſſe. Hæc ille,& optime. QVIBVS EX Verbis,ex media ſapientiæ penu depromptis,habes a nobis declaratā.l.ex ea parte.§.1.ff.de ver.ob.Quæ eſt Papiniani præſtātiſſimi Iuriſcō.ſed hucuſq; ab omnibus male intellectā,ob verbi vnius deprauationē.Legerūt enim hactenus pleriq; omnes perperā ineptiterq;.Mulier ab eo,in cuius matrimonio conueniebat,ideſt,Falſo Accurſio interpretāte,cōueniebat.i.recōciliabatur. Dii Immortales quid ſibi hæc expoſitio? Bone Ieſu,quid Iuriſconſultus ſine latino ſermone?At trāſeūt illa,debet eni legi in manū cōueniebat.Gratulor ego quibuſq; optimis legū ſtudioſis,hūc illius.l.ſcriptum me primo authore inter noſtros eſſe diſſolutū,quem & animaduertit.HADRIANVS CARDINALIS doctiſſ.in ſuis in linguam latinā cōmentariis,quos hoc in loco,dū hæc antea collegerā,viſui dederūt cādidiſſimi,iidē nobiliſſimi mei diſcipuli Paduæ. D. CHRISTOPHORVS NAGELBECK, Georgius Sonnēſteiuer, Auguſtinus Pfſath. Ioannes Vundeck,aliiq; optimi iuuenes,

Cicero p.L.

Cice.& Boetius in Top.

Duę ſpecies vxorum

Nota

TERTIO col.Cū pupillo cōtrahentes obligari, nō etiam pupillum.l. iulianus.§.ſi quis a pupillo.ff.de act.emp.vtcūq; alias dixerit Iuriſcō.abſurdum eſſe in alterius eſſe perſona ratum,in alterius nō.l.ſi cum dies.§. Sed,& ſi.ff.de arb.

Quod dictum tentur, non in contractibus ſed arbitriis & iudiciis intellegendũ in quibus æquitas eſt ſemper ſeruanda. Præterea quæ dicta ſunt tum non ſe qui ſcias, vbi pupillus ex illis eſſet cõtractibus locupletior factus. l. in pupillo. ff. de ſolut. vbi eum dici opinatur Bar. locupletioré, qui non ſit pauperior. Gloſſator autẽ alibi qui tantum de ſuo erat erogaturus. Quem nõ improbarim ob .§. Adeo autem l. ſed etſi lege. ff. de pet. here. quo huius obfirmari opinio videtur. Sed de iis ſingulis. eamq; in rem aliis, vide luculentam hoc loco Aretini doctamq; diſtinctionẽ Noſtrum modo eſt, aut quæ cæteri omiſerunt referre aut quæ obſcura ſunt, quoad poſſumus, lucidiora facere, quæq; inſuper erroribus videntur ſubiuga doctiorum authoritate emendare. l. eũ q. C. de vſuca. pro. l. indebiti. ff. de eõ. inde. Vide quoq; l. l. eum qui & glo. C. eodẽ

¶NEQVE TAMEN HEREDITA.

COLLIGE pupillũ nullam omnino poſſe citra tutoris authoritatem vllo tempore hereditatem, ne lucroſam quidem, adire. l. obligari. §. pupillus. ff. eodem. Et hoc vt inibi vult Iuriſcon. ne ullum habeat damnũ. Cum enim iure ciuili cõſtet hereditatem eſſe aliud nihil quam ius defuncti vniuerſum: eſſe ſane dubium haud poteſt, quin contineat & cõmoda & incõmoda: quæ etſi lucroſa appareat, oneroſa tamẽ uideri ſolet cenſeriq;, quod & tam actiones actiuas, quam paſſiuas cõplectatur. l. 1. C. ſi cert. pe. l. hereditatis. ff. mãdati. QVID INQVIT quiſpiã, ſi incõperto eſſet hereditas lucroſa? Nonne poſſet eam pupillus ſolus adire? Poſſe uidetur, quum eo pacto ſibi acquireret, quo illi nimirum lege permiſſum eſt. Bartolo uiſum eſt, ne tum quidẽ uel eundem adire, quoniam illud ipſum acquirere obligatione fiat: quam in pupillũ cadere ſcimus nullam. l. obligari utſupra. & l. more. ff. de Acquirenda. Equidẽ facile in ſententiam hoc loco gloſſatoris iuerim, dixerimq;, uerbum ſit pro appareat, uideatur, exiſtimetur, aut quo ſimili alio modo exponẽdum. Vtq; hic eſſet ſenſus: Pupillum ne eam quidem aditurũ hereditatem ſine tutoris authoritate quæ re ipſa eſt lucroſa, uerũ eiuſmodi eſſe indubio. Quando quidẽ eo pupillus ſolus hereditatem adire prohibeatur ne damnũ habeat. Id ſane timoris locũ minime haberet, vbi certo cõſtaret lucrum. quanquam nõ inficias iuerim rarenter inueniri hereditatem, quæ oneribus, puta legatis, fideicommiſſis: actionibus, litiũ vexationibus hocq; genus aliis moleſtiis vacet, eiusq; puta. eorum, quæ raro eueniunt, leges rationem habuiſſe. CAETERVM inquiunt iſti. Quid ergo in. l. obligari negatio non Signo (vt dialectici loquuntur) vniuerſali poſtpoſita, quæ, ex logicorum præſcriptis contradictorio equipollere facit, vti tantum ſit, omnem non ideſt nullam? Nonne quemadmodum qui omne dicit nihil excludit, ita pariter qui nullum, nihil ponit? Quid deniq; aiũt negatio neq; hic & in. l. more? Reſponderi poſſe puto. Nullam eſſe regulam tã omni ex parte obfirmatam, quæ non alicubi aliquã admittat exceptionem: eaq; factum ratione vt omnis in iure definitio periculoſa cenſeatur. vbi pleriq; omnes definitio pro regula interpretãtur. Quod bene an perperam, alias poſt ALCIATVM noſtrum diſputauimus. Eam vero regulam, qua traditur, pupillum ſine tutore obligari, adire non poſſe exceptioni obnoxiam arguit Iu/

Hæreditas l. nihil aliud ff. de ver. ob. l. hæreditas. ff. de reg. iur.

l. obligari. ff. eodem

Sit

Negatio Cõtradictoria

Regula l. omnis defi nitio. ff. de reg. iur. Definitio

Autem riſcon.mox.in.l.obligari.§.Acquirere vtſupra.per dictiūculam autem.Quæ non apud humanioris ſtudii authores ſolum,oratoreſq; verumetiam Iuriſcō ſultum plerunq; a præcedentis orationis ſenſu quidpiam demendum arguit, & oſtendit tam in facto quam iure aliquid aduerſitatis.Id quod alibi ex Vlpia

l. ſi autē. ff. de neg. geſ. ni verbis colligere eſt.Cuius hæc ſunt verba.Sin autem apud hoſtes conſtitu/tus deceſſit.Inibi profecto vult aliud iuris in eo,qui apud hoſtes obiit,aliud q

l. hoc am/plius §. de iis aūt. ff. de dāno infect. ab illis domum reuerſus eſt,ſeruari.De qua quidem dictione,quia ſatis copio/ſe,ſecundum Gloſſ.& Bartolum pleriq; fere omnes interpretes ſcriptitarunt, non eſt,quod pluribus agam.Nec opus eſſe putauerim longioribus vti com/mentationibus de vi atq; virtute negationis: nimirum, qui alio loco. vtpote in commentariolo in.l.duobus negatiuis.ff.de verborum ſig.& in Gorgia no ſtro,& lib.1.noſtrarum Iſagogarum in dialecticen ſat diximus.

QVAE AVTEM haſtenus hac in parte a nobis vel infracta ſunt vel obfirma ta ingenii exercendi magis & inueſtigandæ ꝗ̃ definiendæ veritatis gratia dicta velim:nō autem eo ſane vel animo vel ſpiritu,quo cuipiam aut derogare aut doctiorum opinioni,eorumq; doctiſſimorum refragari coner.quū non igno rem Herculi contra duos pugnare Haudquaꝗ̃ cordi fuiſſe. Hæc in hanc partē cui & ſequentibus vel eo nihil vel parum ſum additurus,quia a cæteris ita vni uerſa ſunt excuſſa, vt nihil nec demi nec addi facile poſſe exiſtimem. Tranſeo ea propter,quæ hac de re doctiſſimus Iaſon ſcripſit.

OCCVRSVM eſt nobis hæc tractantibus a nonnullis & quidem ſerio.Quid mi Nauſea,dices,aut qua ipſe re,nos hoc ſcrupulo leues,ſoluesq; : quo hære/mus?Loco dictum eſt paulo ſuperiore.Tutorem,niſi adita hereditate,nō eſſe Hoc autem loco cauetur Pupillum.ſ.heredem inſtitutum ſine tutoris authori tate hereditatem adire non poſſe.Nonne hoc ipſum vel Gordii nodo perple xum magis?Nonne Boeotecis ænigmatibus obſcurius?Eſſe,inquam,videriq; & mihi pariter,neſcio quid continere nebularum.

l. Ipuberi. ff. de tu. & cur. ATTAMEN, arbitror,illud ipſum tenebrarum Iaſone ſpectatiſſimo noſtro doctore iampridem illuſtratum:quippe,qui docuerit interim, pendente.ſ. tu. teſta.dandum Attilianum tutorem,& cum eo pupillum aditurum. Aut pupil/lum iudicis,qui tutoris vicem ſubeat,authoritate aditurum. Cui non inuitus accedo:nimirum,cui ancillari impēdio videatur.l.ſi infanti.C.de iure delibe. &.l.bono. C. qui admitti.Tametſi aliud Bartolo viſum ſit in.l.ſi nemo.ff.de teſta.tut.vbi ſuitatem(vt docendi & difficultatis vitandæ gratia nō polito vtar verbo)ſat tutelæ confirmationem,& pupilli tabularum operari cēſuit.A quo tamen iuſtam ſane partē diſcordare animaduerſum eſt.Iudicent doctiores.

¶TVTOR AVTEM STATIM.

COLLIGE Tutorem ſtatim in ipſo negotio præſentem fieri authorem debere.l.obligari.§.Tutor.ff.eodem.Hinc enim nihil nec per nuncium nec epiſtolam agere.Cæterum,in contrarium apponunt regulam in. c.Qui per alium.de reg.iur.Nimirum,qui per alium facit,perinde eſt ac ſi fa ceret per ipſum.l.ita tranſgre.&.l.tres tutores.§.Nō ſolum.ff.de adminiſ.tut.

Sicuti enim tenetur directa actione tutelæ tutor quando adminiſtrat per ſeipſum, ita ubi per alium adminiſtrat. Adde & aliam alias regulam, qua receptū eſt, Poſſe quem per alium, quod quia poteſt facere per ſeipſum. Præterea & alibi traditum, Iuſſu alterius ſolutum pro eo eſſe quaſi ipſe ſoluiſſet, uel ipſi ſolutum eſſet. RESPONDERI poſſe autumo, hæc uel ſingula iuris quadam interpretatione locum habere quo plerūq; unius facti alterius intelligi ſolet. l. nemo. ff. de duo. reis. l. 1. §. Deieciſſe & §. Quod dicitur & inibi doct. ff. de vi & vi arm. Impoſſibile alioqui iudicari, factum per aliū eſſe ac ipſe feciſſet, ne etiam quidem ſi ab eodem diuerſis tpibus factū idem factū repræſentet. l. ſi non ſortē §. libertus. ff. de cond. Indeb. In Auth de fide inſtru. in princi. Adde ne tū qui dē ueritati qcq̄ eē cōſonū: cū pſonæ induſtriæ ratio habēda fuerit. l. inter artifices. ff. de Solut. Id qđ forte hoc poſſit loco nō pperā dici. In ſūmā itaq; tutoris authoritas nō ficte, ſed uere debet interuenire uti l. quod autē. in fi. ff. de cōſti. pecu. l. conſenſu. ff. de act. & obl. & l. 1. qđq; illic doct. notarunt. ff. de contra emp. — l. q iuſſu. ff. de reg. iur.

¶ SI AVTEM INTER TVTOREM.

PRIMO col. Curatorē pupillo dandū, ubi inter ipſum & tutorē iudiciū fuerit agundū: nempe, in rē ſuā authorē tutorē fieri non poſſe. l. 1. & l. pupillus. ff. eo. Et qđ de iudicio hic dicit, accipiēdū eſt, uel rei uēditæ uel alterius aut i pſonā aut in rē actiōis nō aūt tutelæ uel negotiorū geſt. q ſane durāte officio ī tutorē leges dādā nolūt. l. ſi adhuc. l. niſi §. fi. ff. de tut. & rat. diſtra. SECVNDO col. adiuncta glo. in uerb. Author. Neminē in re, cauſaq; ſua iudicē recte fieri. l. Iulianus. ff. de iud. Cū enim alter ex litigatoribus iudicē heredem uel ex parte fecerit, alius erit iudex neceſſario dādus. Et alibi etiamnū ſingulari cōſtitutiōe Imppp. Val. & Gra. & Valen. AAA. decreuerūt neminē ſibi eſſe iudicē: uel ius ſibi dicere debere. Quādo qdē iniquū ſit multo maxime: ppria in re ſnīæ alicui licentiam tribuere. In pronūciandā nāq; ſententia, inquit Martianus, iudex arbiterue facere iubet, aut petere phibet. Cæterū, neq; iperare ſibi neq; ſe phibere qſq̄ p̄t. Adde nec illis quenq̄ recte iudicē eē, quos ſecū habet. Vtpote, uxori, liberis libertis. Quāq̄ Aphricanus filio patrē, & ediuerſo in priuatis negotiis eſſe poſſe adfirmet. Quod accipiendum eſt, in cauſis ciuilibus: delegato item, aut quando cui ius redditur, conuenitur arg. l. ille §. fi. & ſe. ff. Ad Trebel. de qua tamen re alias (deo dante) multa ſum dicturus. — l. 1. in princi. ff quo. leg. l. miles. §. pe. ff. de re iud. l. vnica. C. ne qs in ſua cauſa. l. pe. ff. de arb. l. q iuriſdictioni. ff. de iuriſdictiōe om.

EX FACTO quæſitū eſt, Quid iuris, ſi (ut nonnūq̄ adſolet) in eū, q a me læſus eſt, compromiſero, vt in me uolūtate ſua ſit iudicaturus? Reſpondi eūdē recte ſibi mihiq; fore iudicem, modo: ubi exceſſerit metam ad boni uiri arbitriū reducet. Quod plane animaduerſum eſt. l. ſi libertus. ff. de ope. lib. Niſi fallor, poteſt & is in ſua cauſa eſſe iudex quem ille qui cū litem habet, tribuit. l. 1. ff. quarū rerū actio non datur. l. Theopompus. ff. de dote præleg. ubi uni ſtatur teſti, quoniam fuiſſe uoluntas teſtatoris cenſeatur. — l. in priuatis ff. de iud. Glo. ī. l. qui iuriſdict.

POSTREMO quæri pariter adſolet. Vtrum qui nemini parent, quiq; nullum (ut uulgari loquendi more utar) ſuperiorem recognoſcunt ſua in cauſa iudices eſſe poſſint? Poſſe crediderim, per. l. eſt receptum. ff. de Iuriſdict. om. iu.

l.proxime. ff.de iis qui de .iis teſt. c.ex parte de verb.ſig.

l.& hoc Tyberius.ff.de heredibus Inſti.Qua in re uideo me Bartolum doctiſſimum habere defenſorem,cuius uel ſola cenſuerim me authoritate tutum, utcunq; iaculis non opus ſit,ubi qui repugnet adſit nullus,at nemo non iuuet.l. 1.C.Ne quis in ſua.cau.Adde Innocentium Iuris lumen.Et Pau.

VICESIMVSSECVNDVS TIT.QVIBVS MODIS TVTELA FINIATVR.

EST ET PRAESENS titulus quæſiti cuiuſdam ſoluēdi clauus,& uelu ti conſequenti quodam ſubiunctus.Cum enim in calce tituli proxi. ca ueretur ne inter pupillum atq; tutorem,niſi tutela finiiſſet,iudicium eēt quod tutor in rem ſuam author fieri non poſſet,ſed curatorē interea eius lo co dandum,quo interueniente iudiciū peragaretur non imerito quæri pote rat.Si igitur demum tutelæ actio naſcitur,ubi finita tutela ſit,dic proinde,quādo,quibuſq; modis ipſa poſſit iure finiri,ideſt,deſinere,ceſſareq;(eſt eni finio perficio,metior,terminū ſtatuo)tutela? Succurrit quæſtioni in præſentia titu lus:Sub quo(ſi cuncta ad perpendiculum obſeruentur)tutelam finiri nouem poſſe modis reperiemus.Pubertate item,Seruitute,conditiōe, morte, capitis diminutione,ſi ad certum fuerit tempus,finito tempore,ſuſpitione uel excuſatiōe.De qbus partim uiſum eſt,de nōnullis poſthac ordinatim uidēdū erit.

Finio
Finiſ tutela

¶PVPILLI PVPILLAEQVE.

PRIMO col.tutelam pubertate finiri.l.1.C.quando tutores eſſe deſināt Et rite quidem,quoniam remota cauſa, ſemp credi par eſt,& effectū re moueri.c.cauſa ceſſante.de appel.l.Adigere.§.Quamuis.ff.de iure pa trona ob impubertatem enim,quæ regiminis & ſcientiæ impos eſtimatur,pupillo tutor dari ſolet,hinc impubertate ceſſante,inceptaq; pubertate tutori locus ultra eſſe nequit.

SECVNDO col.pubertatē in maſculis poſt annū eſſe & dici quartumdecimum,in fœmellis uero duodecimum annum.l.fi.C.quād.tut.uel cu.eſſe deſi. QVO NIMIRVM loco ſæpicule rogatus ſum qua eueniat cauſa,uti pubes (Eſt autem pubes proprie,quæ circa uerenda primum apparet,lanugo,maturitatis in utroq; ſenſu nuncia)fœmellis q̃ maſculis citius excreſcat. Reſpōderi poſſe putant phyſices experti,Caloris illud ipſum, qui capillorum cauſa eſt, virtute euēnire,quē in fœmellis eſſe q̃ maribus extenſiorē,nō paucis ſit agnitū argumentis:indeq; factum,ut mulierculæ q̃ uiri otyus ad generandum concipiendumq; cooptarentur.Id quod latius,&(ut mea fert opinio)oportunius in libro noſtrarum ſyluarum a nobis tractatum eſt. Quamuis hæc efflagitati paucula libenter ſubiiecerimus.Hoc etiā vnū non obmiſerim,eſſe qui dicūt regem non exire in pubertatem niſi poſt annum quintumdecimum, De quibus omnibus,quando.ſ.pubertas aut dicatur aut initium ſumat videatur Pan nor.in.c.Puberes de deſpon.Impub.

Pubertas regis
Oldra.i cōſi. 52.in quæſtione talis

TERTIO col.Et caſtitatis & pudoris ſemper,omniq; ſexui rationem habendā,nec.q̄ turpitudinē natura præſe ferēt mēbra vel nudāda vel cōmōſtrāda.l. caſtitati.l.Ita nobis pudor.C.de Adulte.Quibus,& aliis etiamnū pleriſq; in lo

l.indecorā. C.eodem
Pudor
Caſtitas

cis Iuſtinianus ſtrenuus caſtitatis defenſor, atq; pudoris propugnaculum caſti/ l. ſi qui illuſtris. C. ad Orphit.
tatem ſibi magnopere cordi, ſuiq; exemplo nobis eam omnibus nunq̃ non
obſeruandā, tuendā, reuerendāq; cōmonſtrat. Addiderim itidē & veteres il/ l. adoptiuus §. 1. ff. de ritu nup
los legū ſapientes non obſcure aliquot in locis monuiſſe. ERVBESCANT
igitur & rubore ſuffundantur, qui nec hominis nec dei nec angeli (quos vtiq;
ſemper ſibi præſto eſſe ſcire deberēt, nec illi clam quicq̃ agi poſſe vel nimirū) Cōtra laſciuos & ipudicos
vllam deferentes reuerentiam, verum plus quam beſtiarū conformes ſuā (quo
nihil poteſt & turpius & ſceleſtius excogitari) impudicitiam & verbis & factis
turpiſſime oſtētāt, ea quoq;, quæ etiā natura ipſa (q̃ nobis ſemp & vbiq; vti dux
aliqua eſſet ſectāda) occultāda, a q; hominis conſpectu ſemouēda curauit, mē
bra aliquoties (quid quæſo iſtis & lenonibus & Furciferis & beſtiis: quos tamen
beſtiis iudicauerim multo peiores viliores q;) turpius? dehoneſtius? quid deniq;
magis nephandū? detegunt, denudant, & plerūq; præſentibus pueris & adule/
ſcētibus innocentibus leuiſſimi homūtiones reuelant. Digni certe imo longe
digniſſimi nebulones Sycophantæq; huiuſmodi vt ab ipſis ſumatur, quod ex
tremū ſit, ſuppliciū, expectanturq;, vbi prius Ad Aricini axes aliquādiu mendi
ca uerint Scalis Gemoniis, furciſq; altius ſupra terrā ſubleuētur, aut Sacco in/
cluſi flumine, omni Styge fœtulētiore ſubmergantur, nēpe funditus, perinde
atq; perniti oſiſſiā hominibus inocētibus exēpla, inq; nō dei modo opti. max.
ſed & hois, ſed et naturæ leges ſola leuitate, dataq; opera peccātes e mortaliū
cætu eradicādi: nimirū, quos non tam chriſtianorū ſanctiſſima, q̃ Aetnicorū
integerrima ſcripta iamdudū, iuſticia arbitra, reos peregerūt. Quū itaq; capi
te, vel maxima ſint diminutione diminuti, nō eſt quod Ciuitatis etiā minima
affectant officia, dignitateſq; ambiāt: quippe, qui oīno infames homūntiones
dignitatū portas ſemper ſeratas habere meriti ſint. Sed, dii boni, q̄bus, & quali
bus nunc cōmittuntur honores, officia, dignitates, magiſtratus? Scilicet videre
eſt ex ſubditis, qui vti arborum fructus, ita ſuperiorum ſunt argumenta.

IN CONFESSO nimirū eſt, omnes in corpore partes laborare capite labo
rante, & vt in corporibus, ſic imperio grauiſſimus eſt morbus, qui a capite dif/ Nota
funditur. Verū, inquiunt iſti, quid a tuo tantum deflectis offcio? Cur tibi, quæ
Theologorum ſunt, partes hic vēdicas? Haud ſane eſt Iuriſcōſultorum de mo
ribus verba facere. Mentiuntur, inquam nequiter, & ignauiſſime vel a limine
in leges, ipſarumq; optimos authores committunt. quibus ſole eſt clarius iu/
dicatum, Iuriſdoctorem, quem tamen me minime, ſed Iuris ſcientiæ dumta/
xat cultorem ingenue profiteor, moribus debere in primis & bonis & candi/ Iuriſconſultus ſit morigeratus
dis eſſe excultum, adornatum, præfulgidum: quiq; tam verbis q̃ bonis exem/
plis iuſticiam in qua omnis eſt ſita virtus omneſq; tanq̃ filiolas ſuas perinde
vti mater, virtutes defendit & gubernat, perdoceat.)

NONNE QVAESO primum eſt iuſticiæ munus honeſte uiuere? & ita pri l. iuſtitia. ff. d iuſti. & iur.
mas eſſe partes Iuriſconſultorum, ut honeſti honeſta doceant? Sed reliquum
nobis hac de re dicendum in aliud & temporis & loci reſeruabimus.

ℭITEM FINITVR TVTELA.

COLLIGE tutelam arrogatione, deportatione, ſeruitute, euentu itẽ conditionis finiri. l. nec ei. §. eorum. ff. de adop. l. fi. c. de præſtanda.

ADEMIRANTVR pluſculi perinde atq; ſeuerum, ne dum alienum Iuſtiniani hoc loco præſcriptum, quo ſignificatur, pupillũ poſſe criminis cauſa & in ſeruitutem redigi & deportari. Cum tamen haud ab ipſis tantũ videri poſſit criminis committi, quod tam ſit atroci pœna dignũ male itaq; Imp. pœnã culpa ipſa (quod eſſe non debere alias cauetur) multo maiorẽ impoſuit, & maxime iis qui ſceleri videntur ferme nullius effici poſſe obnoxii. Quando vel ipſemet pupillum ignorare qd faciat, & ob infirmam ætatem, cõſilii omnis vacuam, animoq; impotem nec ſcire nec diſcernere poſſe rettulerit. Qui ergo, dic, peccant quorum nec eſt velle nec nolle, nec aliquis aut ad bonum aut ad malum cõſenſus? QVIBVS, antequam reſpondeam ſciendnm velim: pupillum, definitore Pomponio, eum eſſe & dici, qui cum impubes ſit, in patris deſiit eſſe poteſtate aut morte, aut emancipatione, non autem, qui adhuc in vtero eſt: puer quanq; & is pupillus a Caio dici videatur: qui in parentis adhuc eſt poteſtate. Pupillus, inquit diuus Hieronymus, eſt qui patre: Orphanus, qui & patre & matre caret. Et vulgi etiamnũ ſemper pro eo accipi videmus quĩ adhuc impubes patre eſt orbatus. Iam itaq; tandem ſcitu notatuq; dignum putarim, quæ in præſenti noſtro paragrapho dicuntur, de eo, qui proximus eſt pubertati, accipienda quippe quem alias Iuriſconſul. & furandi & faciendæ iniuriæ capacem eſſe dixerit. Doli autem & ille capacem dici tradidit gloſſ. qui pubertati eſſet proximus. hinc idem Gloſſa. arguit eundem pupillum ob ingratitudinem & in ſeruitutem reuocari exhereditariq; poſſe. Infra de pupillis ſub. §. Non ſolum. Proximum vero pubertati pleriq; omnes doct. eſſe adfirmant, qui maſculus annum natus ſit decem & dimidium quæ autem fœmina nonum ſit & dimidium nata annum gloſſ. Iuſtitu. de Inu. Sti §. pupillus. in verbo proximus & in. l. i. ff. de noua. inibiq; Bartolus. & cæteri. Baldus. l. ſi quis in tantam col. 2. C. vnde vi. Adde quod Iulianus doli capaces eſſe dixerit, qui prope pubertatem ſunt. Ergo & delictorum participes, hinc per conſequẽtiam puniendos, vtcunq; adhibita quadam moderatione, Certum nanq; eſt delicta debere ſuam capere pœnam, vti virtutem præmia. Vide tandem doct. in. c. i. de delict. pue. Et Cardinalem in cle. i. in quæſt. de Homici.

l. fi. ff. ſẽeratã l. fi. ff. de iuris & fact. l. i. in fine. C. de fal. mo.
Pupillus
Orphanus
l. pupillus. ff. de ver. ſig. l. ſi ſeruus. §. pupillus. ff. de ver. ſig. l. ſi infanti. §. pe. C. de iure deli.
l. pupillum. ff. de re. iur. l. ĩpuberẽ. ff. de furtis
Doli capax
l. apud celſũ ff. de doli ex cep. §. diuq.
Nota

QVAE HACTENVS dixi mihi in memoriam reuocant, quæſtionem ſatis arduam: qua, cum apud noſtrates Rhetoricæ docendæ præficiebar, ſerio rogatus fui. Acciderat paucis ante diebus, q̃ iſtuc aduentarem, vti in ludo literario Scholaſticus, puer forte annorum vndecim aut circiter, alium eiuſdem pene ætatis condiſcipulum puerili motus indignatione cultello vulnerarat, vt intra pauciſſimos dies eo diuexatus vulnere mortem obiiſſet. Vtrum, interrogabar, puer homicidii reus capite plecti deberet? Quæſitus, ſine alicuius legis ſuffragio non plectendum reſpondi: rationem autem, qua reſponſum, tuerer, cum nõ haberem: dixi idem ipſum miſericordia quadam & pietate æquũ mihi videri: quoniam ætas illa quoddam videretur mereri temperamentum

In eius delictis corrigendis. Interim bene nec ne reſponderim oppido hærens animaduerti me a cæteris, iiſq; doctioribus nihil diſſenſiſſe quoniam in eam quoq; formam Baldus Iuriſconſultorum poſt veteres illos pene ſummus cō/cluſerit, idemq; in paribus caſibus & reſpondendum & iudicandum quodā/modo conſuluerit. A quo non diſcordat Philippus noſter Decius. l. nō eſt no/uum §. quotiens. ff. de re iuris & l. fere in omnibus. ff. eodem.

l. etsi ferme dictor col. 2. C. ex. q. cau. infra

EST PRAETEREA quæſitū a minus adultis, quid deinde opus facto? vbi tutela ſit conditione extante vel die ſtata veniente finita? Num ſubinde pupil/lus tutore carebit? Non ita, inquam, eſt accipiendum: quippe eius intellige tu/telam deſinere, qui ſubconditione, aut ad tempus tutor fuit, hinc eo deſinente alium in ipſius ſuccedere locum. ET EST in primis notandum, quædā hoc ſub titulo tam ad pupillum quam ad tutorem, quædam ad alterutrū dumta/xat referenda: id quod curioſe animaduertenti facile ſuccurret.

¶ SIMILI MODO FINITVR.

PRIMO COL. morte vel pupilli vel tutoris naturali & capitis diminu/tione tutoris maxima & media legitimā, pupilli etiamnū minima om/nes finiri tutelas. Morte nanq; omnia ſoluuntur. in Auth. de nuptiis §. deinceps. Quo etiam fit, vti leges compromiſſum alterius litigatorū morte expirare velint. l. diem proferre §. 1 l. non diſtinguemus. ff. de arbi. Hic aliud dicendum non eſt: quum nihil non ab aliis ſit & docte & late diſcuſſum.

l. ſi arrogat. ff. de tutelis

SECVNDO COLLI. pupillum capite diminutum, vel minima dimi/nutione, nulla ſubinde tutela indegere: quando quidem ille arrogatus & ſic capite diminutus ſubiugo ſit atq; poteſtate arrogatoris, cuius queat cura tanquam a patre naturali gubernari. Supra. de adopt §. illud & in principio Supra. & ff. de tutelis.

l. ſi arrogati. ff. de tu.

¶ DESINVNT AVTEM TVT.

COLLIGE Remotos a tutela ſuſpitione, & iuſta excuſatos cauſa tu/tores deſinere. Id quod ſequentibus in titulis Imperator latiſſime pro/ſequitur duxerim itaq; ſuperuacaneum aliquid hunc in locum transſcri/bere: ne videar in illud modo vnum me laborare, quo poſſim īmenſa volumi/na (vt pleriq; arguuntur) ſuffarcinare.

l. ſi arrogati. §. fi. ff. d tut.

VIGESIMVSTERTIVS TITVLVS DE CVRATORIBVS.

SI ERGO, poterat dicere quiſpiam, maſculi annos nati quatuorde/cim, ac fœmellæ duodecim tutella, tutoriſq; regimine ſoluuntur, quid illis deinceps agundum? quādo conſtet vel ab ea ipſa ætate ad annum vſ/q; vigeſimum quintū eos nullius nec eſſe cōſilii nec firmi ingenii, verū ita mul/tis ſuppoſitos captionibus, multorūq; inſidiis expoſitos, vel ſui etiā ſeductores ſuorūq; eē bonorū negligētes, oīſq; curæ ignari, vt plerūq; i ſūmā deducant egeſtatem Hæc, aliaq; hunc ad modū ſimilia Imperator audiens, iiſq; permo/tus ipſe præſentē de curatoribus titulū ſubiunxit. Sub quo ille magnā minori/bus uiginti quinq; annis operam nauat: nimirū illis curatores, quorū regantur

cōſilio, ipſorumq; res adminiſtrētur dari cōſtituēs. Sicuti enim perſonæ, quæ pubertatem adepta, ſe poteſt defendere tutor, ita rebus, quas ille hauddū rege re queat, curator dari ſolet. Eſt autē. CVRATOR, ne moris uideamur noſtri iam tandē obliti, qui pupillariū bonorum curā gerit. hinc nuncupatus. Vtcunq; alias etiā plurimū hæc ſua dictio uariet ſignificata. Veluti cura quoq; uerbū quod inter alia curā habere ſignificat. Plautus. Tu q̄ agenda ſunt cura. Sed, in modum, qui eſſe poſſint, quéq;, a quibus dandi ſunt curatores audiamus.

Curator

¶MASCVLI QVIDEM.

Cura

PRIMO col. Maſculis puberibus, ac fœminis uiri potētibus ad annū uſq; uigeſimūquintū cōpletū curatores ab iiſdem, quibus & tutores: magiſtratibus dari oportere. l. his q i ea. ff. de tut. & cura & l. curatorē. ff. eodē QVAERI tyrones cōſuerunt. Cū puberes ideo curatores tātiſper habere debeant, quoniā eius adhuc ſint ætatis, ut ſua negotia tueri nō poſſunt. Nū quoq; habere debēt ſi perinde atq; prudētes gnariq; ſuas bene res geſſerint? Nō eqdem ego, ſed Vlpianus reſpōdet, in eam uſq;. puta, uigeſimūquintū annum, ætatē curatorum auxilio eos eſſe gubernandos, nec illis ſuæ rei adminiſtratio nem committendam: tametſi bene rem ſuam gerunt.

l. 1. §. ꝑtor ff. de minorib⁹

EXCRVCIANT ſe hoc in loco mirū in modū diuexant nōnulli. Quā factū ſit ratione, ut quantū ad curationē eadem tam in maribus quā fœmellis deſinita ſit ætas, nō etiam quantū ad tutelā, ubi minor pubertatis fœmellæ deſignatur ætas? Nolo, quæ alii eam in rē congerūt dicere, uerū Papyro parcens meā dumtaxat animi ſentētiā (ſaluis tamen aliorū opinionibus) exprimere. PRIMVM facile dicerē, nō omnium, quæ a maioribus poſita ſunt, rationē reddi poſſe. Quā tamē, ſi hac in re a me quis roget, ſecūdo reſponderim. Vti magna eſt inter perſonā & rē differentia, ita nō minor inter tutelā & curā: illa quidē perſonæ, hæc uero rebus datur: illa a natura & ita facile ſe ſuáq; ſalutē tuetur, ideo minorē etiam ad tutelā requirit ætatē in fœmellis. Res uero, quoniā aliquotiēs difficilius ſeruātur, quā parantur, multiſq; ſunt caſibus expoſitæ ideo & curā fœmella æque diu atq; maſculus habet: quū fœmininum alioqui iudicetur ſexus maſculino infirmius, fragilius, inconſtantius eſſe, immo in pleriſq; (vt ſupradictum eſt) deterius. EST PRAETEREA in tutela conceptionis naturalis ratio habita: quæ in hac, quam in illo maturior eſt. in curatione autem rerum: quæ niſi per uirilem ætatem, quæ pōſt annum uigeſimumquintum eſſe creditur, utiliter regi adminiſtrariq; poſſe: nequaquam præſumitur. Aduerſus etiam quam, quia iuris eſt, præſumptionem ueritas ipſa non audet quum nemini ante hoc tempus. ſ. 25. an. rei ſuæ adminiſtratio cōmitti debet, quamuis rem ſuam bene gerat.

Ratio non omniū red denda

Tutela cura

l. 1. ff de minoribus

l pe § ſi vtrū ff. de curat. furio.

l. Tutores. ff. de admi tut.

l. ſi furioſo. ff. de cur. fu.

SECVNDO COLLI. Curatorem teſtamento dari non poſſe, datum tamen. ſ. ex facto, iudicis decreto confirmandum. l. 2. C. de con. tut. Et hoc ut teſtatoris votum, fides, voluntaſq; conſeruentur. Eius confirmationis formā atq; rationem deſcribit Specu. de curato. §. cum autem, quam ſub hoc §. Iaſon recenſet. Diuerſitatis autem rationem, qua cauetur tutorem, nō autem

curatorem dari poſſe teſtamento, Iaſon pariter poſt cæteros iuris interpretes in.l.penul.C.de teſta.tut.enarrat.

TERTIO col.inuitis, niſi ad litem, curatorem non dandum. l. necnon, ff. de tuto.& curat.l.3.§.1.ff.de tutelis. Et in hoc adoleſcentes a pupillis, qbus vel inuitis tutores, dantur, diſcrimen habent, vt inibi patet. Rationem, qua curatorem coguntur vel inuiti ad litem habere, eſſe perhibent, quoniam legitimam ad ſtãdum in iudicio perſonam non habent. vide Iaſonem.

QVARTO col. Curatorem ad certam dari cauſam poſſe: non etiam tutorẽ: in quo etiam alter ab altero diſcernitur. vt ſupra. Qui dare.tut.teſ.poſ.§.certe.

¶ FVRIOSI QVOQVE ET PRODIGI.

COLLIGE furioſos, prodigos, etſi vigintiquinq; ſint annis maiores, in agnatorum eſſe cura: eiſq; vna cũ mente captis, morboq; perpetuo laborantibus, ſi defuerint agnati, curatores a iudice dandos. l. his qui in ea. ff. de tut.& cura. Quod ſane rectiſſime diſpoſitũ, & natura quadam æquitate introductum videri ſolet: vt qui ſuis ſupereſſe rebus haud poſſint, curatores a prætoribus, vel aliis iuxta cuiuſq; regionis morem, magiſtratibus dentur, qui illorum bona, ne dilapidentur, rite ſciteq; adminiſtrẽt, quod niſi facerent, iſti in ſummam dein egeſtatem deducerentur. l.1 ff.de curato.fu.

SECVNDO col. Non licere cuiq; bonis ſuis male vti: nimirum, quod obeſſe reip. Videatur. l.1.ff.de curat.furio. Id quod in ſuperioribus poſt Angelum latius &.l.& populorum ſapientum inſtitutis atq; exemplis oſtendimus. Demiror proinde. Iaſonem, iuris alioqui virum peritiſſimum, hoc ipſum impugnare per.l.ſed & ſi lege.§.cõſuluit.ff.de petitione hereditatis, qua ille probari ad ſeuerat quenlibet rei ſuæ propriæ moderatorem eſſe & arbitrum. Veluti alias ab Imp. traditum legimus. Equidem fateor dici ſuæ quenq; rei eſſe moderatorem, non tamen ex animo omnia, vt alibi fertur, facere. l.in re mandata.C.mã/dati.l.nemo C.de iudeis

NEC OBSTAT alias dictũ, eos non præſtare ſumptum ex hereditate quencunq; ſi quidem non quod dilapidarunt, vel perdiderunt: quãdo ſua ſe re abuti putarunt. Reſponderim illis non intelligi verbis poſſe: cõuenire, ac impune admitti, vt quis ad votum ſua poſſit bona decoquere, ingurgitare, dilapidareq;, in ipſis autem clare accipi bonæ fidei poſſeſſorem, ſi quid tale feciſſet, hæredibus non teneri. Adde Iaſonem ſibi ipſi non cõſtare: quũ quẽlibet ſuarum velit rerũ ex animo eſſe moderatorem, quatenus illis ipſi lege nõ ſit interdictum.

CVM IGITVR, doctiſſime Iaſon, rebus mihi meis ob cauſam, vtpote malæ adminiſtrationis interdici poſſet, qui, quæſo, earum dici queo ad voluntatem arbiter? Poſſe vero meis mihi bonis ob abuſum ĩterdici, iiſq; vel iamdudũ eſſe interdictũ haud ſane obſcure iuris prudentiſſimorum reſponſis liquet.

QVANDOQVIDEM dixerint, Solere noſtris temporibus prætores vel pſides, ſi talem inuenerint hominem, qui nec tempus neq; finem expenſarũ habet: ſed bona ſua dilacerando & diſſipando profundit, curatori ei dare furioſi exemplo: eũq; fore ſub curatore tantiſper, quoad ſanos mores receperit. Quod abinitio moribus receptum, lege ſubinde.12.tab. cautum eſt: qua prodigo ſuo Prodigi Inſani

rum bonorum adminiſtratio interdicebatur. CAETERVM, inquiunt alterius partis defenſores, iſthæc modo de furioſis tantum & inſanis intelligenda. Et, ego inquam, pariter, de inſanis dumtaxat accipienda. Verum inſanos, aio, iudicandos, aut indubie inſanorum inſtar, qui, nulla adhibita menſura, ſua ſponte, perinde atq; animi iudicio carentes prodigi ſua profundunt bona atq; diſperdunt. Cui profecto meæ opinioni Diui Pii reſcriptum ſuffragari non poteſt non videri. Quod hæc in verba legitur. Non eſt nouum quoſdam, etſi mentis ſuæ videbuntur ex ſermonibus compotes eſſe: tamen ſic tractare bona ad ſe pertinentia, vt niſi ſubueniatur iis, deducantur in egeſtatem. Eligendus itaq; erit, qui eos conſilio regat. Nam æquum eſt proſpicere nos etiam eis, q quo ad bona ipſorum pertinet furioſum faciunt exitum. Sed qd pluribus vtor verbis? quum nemo, modo animi compos, ſit, qui in noſtram ſententiam vel pedibus non eat: nempe quæ illud tenet, quod toti ſit reip. haud modicæ vtilitati futurum. Vtinam eum ad modum quiq; facere adniterentur magiſtratus, ad quem vtiq; obligantur, vtcunq; nunc pleriq; ſuas communitati res præferre contra Impp. ſanctiſſimorum decreta ſoliti ſint. Deberet Mediuſfidius a quoq; publica vtilitas priuatæ anteponi commoditati: quod ſi fieret, longe melius, felicius, concordius inter nos ageretur. c. Bonæ. l. de poſtul. l. vnica. §. fin. ad finem. c. de cad. tot. l. ſi quando. C. de ope. pub. l. 2 §. ſi quis municipales. ff. ſi quis caut. l. actione. §. labeo. ff. pro ſociis. l. 3. C. de primipilo. lib. 12. circa finem. Sileo Platonem, Ariſtotilem, Ciceronem, alioſq; qui eam rem tractant.

l. his q. §. dicius. ff. de tut.

Contra. Iaſo. l. ſi dominus. ff. de iis qui ſunt ſui & Supra eo. ti. §. pe. glo. not. in. c. i d cõiu. ſer. in. verb. ſ erui tia.

INTERDVM AVTEM.

COLLIGE tum pupillo etiam dari curatorem, quum habeat vel tutorem minus idoneum, vel qui ad tempus ſe excuſauit. l. ſolet etiam. ff. de tutelis. hoc tamen modo datus curator rerum magis, inquit inibi Põponi. adminiſtrator q̃ curator eſſe intelligitur. Alioqui aut non datur ad tutorem curator, niſi in caſibus hic per gloſſ. enumeratis, in quibus ſpeciale quiddam eſſe Accurſius inquit, cui, Ioannes gloſſa. refragari videtur. Diligenter itaq; & accurrate hic gloſſam legendam ſuaſerimus, in qua ſcribitur aliquoties tutorem habenti tutorem adhuc dari poſſe. In quo alioqui differunt tutores & curatores.

l. 2. C. In quibus caſibus.

SAEPENVMERO a tyronibus hic quæri ſolitum ſcio, in quibus, quotq; caſibus inter ſe tutor & curator diſtent? Quibus iam tandem a nobis reſpõderi poſſe auguror. Octo in iure offendi modos, vtriuſq; differentiæ. Primus. Curatorem habenti, curator dari poteſt. l. ventri §. curatorem. ff. de tut. & cur. Secundus ventri curator, non etiam tutor dari queat. l. ventri vt ſupra. Tertius, neceſſitate autoritate tutoris, vt in hereditate adeunda, tutor, non autem curator prodeſt. l. cum in vna. §. tutor. ff. de appel. Quartus, curator non teſtamento, ſed tutor dari poteſt. vt ſupra auditum eſt. Quintus. curator, niſi ad litem, inuito non datur, tutor bene. l. qui habet. §. ſi pupillus. ff. de tut. & vt ſupra. Sextus, curator vni, certæq; rei, atq; cauſæ, non autem tutor dari poteſt §. certe.

Tutor & curator in multis concordant.

vt ſupra de iis qui teſtam.tut.Et infra de execut.§.datus.Septimus, tutor alius eſt teſtamentarius,alius legitimus,alius datiuus,curator dumtaxat,niſi furioſo, datiuus eſt §. Item furioſis utſupra de curat. Octauus tutor ſoli pupillo, curator uero & pupillo & aliis. l.Seiæ.ff.de curat.& tut. Nonus, tutor in primis perſonæ, curator autem rebus datur.l. quia. ff. de teſta. tut. Et hactenus hæc, quæ uelim accurate memoriæ commendanda, quoniam iuuare in multis poterunt. l.certarū.ff. de teſta.tut.

QVOD SI TVTOR ADVERSA.

COLLIGE Actorem pupillo conſtituendum,ubi is fuerit uel infans vel abſens,aut tutor ægritudine aut aliqua neceſſitate alia implicitus.l.decreto.ff.de Admi.tut.l.ſolet.ff.de tutelis. DEBENT autem eundem actorem ipſi tutores,qui uel ualetudine,uel ſenio ætatis uel negotiorum multitudine uel dignitate intercipiuntur,prætoris decreto,ſuoq; non illius periculo conſtituere. HOC SANE loco obſeruandum eſt,actorem dici alioqui ad iutorem,adminiſtratorem,& tutorem & curatorem ſine tutoris periculo ut in.l.ſolet utſupra. Hinc temere quoſdam:ſineq; iudicio:quos inter quidam eſt Germanus in collectionibus de abuſione linguæ latinæ, illum in diui Pauli Epiſtola locum a diſertiſſimo ſanctiſſimo uiro Stridonenſi illo Hieronymo, numine meo tutelari digniſſimo,e Græco in latinam phraſim uerſum corrigere emendareq; putauerim. Quanto tempore hæres paruulus eſt: nihil differt a ſeruo:cum ſit dominus omnium: ſed ſub tutoribus & actoribus eſt uſq; ad præfinitum tempus a patre: Nimirum præcipiunt iſti legendum authoribus, & non actoribus. Actor. Factor.

QVID QVAESO aliud faciunt,q̃ quod ſe diſerta pandectarum uolumina a limine tantum ſalutaſſe:perq; Tranſennam uidiſſe commonſtrant.Etſi ipſi ſe ex Iuriſcon.libris ueritatem,latiniq; ſermonis puritatem inueniſſe hac in uocula exiſtiment:utcunq; in luto hærentes reperti ſint. Potuiſſent boni ſibi iſti uiri a Cenſoria uirga moderari,ſi uel unicum Columellam ruſticæ nimirum rei,ſed doctæ nimirum linguæ ſcriptorem attentius legiſſent,nẽpe apud quem legere fuiſſet:actorem pro eo:quem alic qui uillicum,& frequentius factorem:qui res noſtras curat:appellare conſueuimus. De cæteris autem eorum qui aliorum negotia agunt:nominibus concinne:ordinatimq; hic gloſſator. In uerbo uelit:differit. l.inſtrumēta ff.d fundo. Inſt. Villicus.

NEC PVERO hic cenſeo prætermittendū: ualetudo ex eorum eſſe numero nominum quæ & in bonam & malam partem ſumi poſſint, ideoq; plerunq; Epitheo notandum ut hoc loco. Aduerſa ualetudine, quanq̃ utroq; modo apud nõ pœnitẽdos authores legitur. Sin Epitheo. Cice. Seruio Sulpit. Quia me propter ualetudinem tuam non uidiſſes. Paulus Iuriſcon. Aut ualetudo tutoris id poſtulet. Vlpianus Si quis ualetudine aut tempeſtate prohibitus ſiſtere non potuit,& alii aliis in locis, quo modo facile quis eliciet, quam in partem ſit poſitum ex ſermonis qualitate. Cum Epitheo. Cicero. in Bruto. Atq; etiam ingenio: & ſermone eleganti: ualetudine incommoda. Et pau/ Valetudo. l.decreto.ff. d adminiſt. l.2.§.ſi quis cau.

lopoſt. Is, inquit, proceſſiſſet honoribus longius, niſi ſemper infirma, atq; etiã ægra valetudine fuiſſet. Vlpianus. l. 8. ff. ſi quis cautio. Qui, inquit, aduerſa valetudine impeditus eſt Et tantum de iis, quæ noſtrarum duxi eſſe partium quamuis in diuerſum forte alii eant.

VIGESIMVSQVARTVS TIT. DE SATISDATIONE TVTORVM VEL CVRATORVM.

PERVAGATISSIMVM eſt nuſq̃ nõ, & apud oẽs pene verbũ, adagio niſiq; loco a nemine, nõ uſurpatũ. Lupo agnũ cõmittis. Quo ſignificaẽ plerũq; rẽ illi cõmitti: eiuſq; dari cuſtodiæ, q uel ipſe alicui cõmittẽdus, alteriuſq; cuſtodiæ dãdus ſit. Quorſum iſthæc? Huc, inquã. Quũ vel eo pubribus anniſq; minoribus danẽ curatores, q d eorũ cõſilio & cura bona, ne deco quanẽ, dilapidarenturq;, adminiſtrẽt. Quid ſi uel initio vel procedẽte tempore tutor uel curator aut bibulus fiat aut decoctor, ingurgitator, aut meretricator, aut pauper uel quouis modo alio non idoneus pupilli, pubiſue res conſumat, alienet aut ita adminiſtraret, ut res eſſe ſalua minime poſſit, & ea demũ perdita, ille ſoluendo non eſſet? Qui huiuſmodi prouidebitur rei? Prouiſum iri reſpondeo, partim, cum tutor datur, inquiſitione, de qua utſupra. adminiſtratione partim ſatiſdatione a tutore, curatoreq; accepta, qua de ſub hoc præſenti tractatur titulo. Inibi eum cognoſcere eſt Quem & tutorem & curatorẽ, aut neceſſario aut ſua ſponte uel pupillo uel magiſtratui uel ſeruo publico eius nomine uel contutori ſatiſdare oportet. EST SATISDATIO (ut Caius ſcribit) eodẽ modo appellata, quo ſatiſfactio. Nã ut Satiſfacere dicimur ei, cuius deſiderium implemus. Ita ſatiſdare noſtro dicimur aduerſario, cui pro eo, quod a nobis petit, ita cauimus, ut eum hoc nomine ſecurum faciamus datis fideiuſſoribus. ITA HOC ſub titulo docetur, quomodo oporteat tutorem curatoremue pupillo aut adulto idoneis ſatiſdare fideiuſſoribus, ut eiuſmodi cautione res aut pupilli aut adoleſcentis eſſe ſalua poſſit. Satiſdationis deniq; uerbo, ſcribit Paulus, interdum etiam repromiſſio continetur, qua contentus fuit is, cui ſatiſdatio debebatur. Eſt & uerbum hoc Satiſdatio oratoribus minime alienum. quo eloquentiæ Princeps in prima epiſtola. li. 5. Ad Atticũ utens ait. de ſatiſdando uero te rogo, quoad eris Romæ, ut tu ſatiſdes, Et ſunt aliquot Satiſdationes ſecundum mancipium, in iis Memmianorum prædiorum uel Attilianorum. Hæc ille. Quæ ideo ſubiecimus ut non ſit ultra dubitãdum, an ſanctiſſima noſtra Iuris. c. profeſſio undecunq; in iis præſertim digeſtorum libris emunctis latiniſq; conſtet uerbis.

l. ſi plures. & nec putet ff. de Admi. tut.

Satiſdatio. l. 1. ff. qui Satis. cog. Satiſdare.

l. ſatiſdat. ff. de verb. ſig.

¶NE TAMEN PVPILLORVM.

PRIMO col. Curatores & tutores legitimos, quiq; ſine inquiſitione dati ſunt, oportere rem pupilli fore ſaluam ſatiſdare. l. 1. ff. rem pup. ſal. l. legitimos. ff. de legit. tut. Et hoc quidem, ne pupilli uel bona vel negotia ab his aut conſumantur aut diminuantur.

SECVNDO col. tutores & teſtamentarios, & cum inquiſitione datiuos ad ſatiſdandum non cogendos. l. qui a patre. ff. de confirmand. tut. illos ob id nõ

Cicero li. 5. ad Atticum

cogendos, quoniam patris ſunt teſtimonio, hos vero quia iudicis ſunt cognitione idonei ſemel probati. l. de creationibus. C. de Epiſco. And. §. fi. Supra de tutel. l. vtilitatem. ff. de conf. tut DE DICTIONE perpetuum, quam hoc loco plerique omnes pro generali exponunt, veluti in. l. edita. C. de edendo. vide gloſſam notatu dignam in. l. 1. ff pro ſocio. De qua & ipſi nonnihil aſcriberemus, vtpote, quid de ea & theologi, quid oratores ſentirent, niſi ad alia nobis properãdũ eſſet. Suo tamẽ loco forte magis idoneo nihil oĩo cœlabimus.

l. teſtamẽto. ff. de teſt. t. t.

Perpetuum

SED ET SI EX TESTAMENTO.

COLLIGE ex multis teſtamento vel a iudice per inquiſitionem datis tutoribus, vnum poſſe ſolum & ſatiſdationem offerre & adminiſtrare, niſi & alius itentidem. ſ. ſatiſdare voluerit. Si nullus ſatiſdederit, eum tũc ſolum adminiſtrare, quem vel teſtator vel pars eorum maior elegerit. Diſcordantes vero in electione ad concordantiam a iudice cogendos. l. teſtamento per totam &. l. quod ſi plures. l. ſe nemo. ff. de teſta. tut.

l. teſtamẽto. §. duplex. §. de teſta. tut.

IN QVA quidem re Vlpianus duplicem eſſe cognitionem ſcribit vnam ex perſona eius, qui ſatiſdationem obtulerit, qs & qualis ſit. Aliam contutorum quales ſunt, non forte eius eſtimationis vel honeſtatis ſunt, vt nõ debeant hãc ſatiſdationis contumeliam ſubire. Solent alii hoc loco excutere quæſtionem, vtrum, & quando maior ſit parti, maiorive numero ſtandum. Quam nos dedita opera hic in medio relinquamus: quoniam duobus i locis paulo ſupra eam tractauimus. Nec eſt, quod a nobis hic merito deſiderari poſſit, quum, q nos præceſſere omnia ad vnguem expiſcari ſint. Nolim itaque me nec mutuum redditurum, nec in furto comprehenſum iri: nec etiam a me dici, quæ ad rem minus facere videantur. Imo potius fideliter communicari, quibus tyronum ingenia nec poſſint aggrauari, nec inde reddi obtuſa. Ex quibus hoc eſt vnum quod in primis obſeruandum, mentique mandandum putauerim. Sex oportere eum, qui adminiſtraturus eſt, curatorem habere. Primum, vt a iudice delatæ curæ ſit decretum interpoſitum. vt ſupra tit. 1. §. furioſi: Secundum. vt is curator inſtrumentum conficiat. l. fi. §. fi. c. Arbitrio tutelæ. Auth. Quod nunc generale. C. de cura. furio. in quo omnia pupilli adultique bona, resque vniuerſæ conſcr bantur publicis ſane perſonis præſentibus arg. l. 1. §. Exigere autem. ff. de magiſ. conue. Tertium, adulti rem fore ſaluam Satiſdare. vt ſub hoc. &. ff. titulo. Rem ſaluam fore. Quartum vt iuret ſe omnia recte acturum, nec quæ adulto vel vtilia putarit prætermiſſurum, nec quæ diſpendioſa, inutiliaue exiſtimarit admiſſurum, ſed vti patrem non tam rebus q̃ adoleſcẽtibus moribus prouiſurum. In Auth. Vt ii qui obres mi. §. fi. l. de caſtrenſibus. C. de epiſ and. Quintum vt adultum ſe promittat defenſurum: vtcunque ſint, vel Iaſone reluctante, qui eam velint promiſſionem haud eſſe neceſſariam: nempe contineri ſub clauſula, qua iurauit ſe vtilia quæque acturum: Sed meum in hoc non inter poſuerim iudicium, quando fere Idem ſit Accii quod Ticii. Vltimum vt adſit iudicis decretum rerum adoleſcentis adminiſtrandarum. l. fi. §. 1. C. de arbitrio tut. Et tantum de iis, Reſiduum, ſi quid volueris, a cæteris recte inueſtigabis.

Arg. l. tutores. §. 1 ff. de cõ. tut.

l. tutores. C. d admi. tut.

l. tutor q. ff. de admi. & peri.

Arg. l fi. §. fi. C. de cu. fu. & l. cum plures. §. nimis. ff. de adm. tut.

SCIENDVM AVTEM.

PRIMO col. non modo tutores vel curatores ex rerum adminiſtratione, verum etiam eos, quorum eſt ſatiſdationem recipere, ſi non, aut minus aut idonee receperint pupillis vel adultis teneri. Tutores deniq; Simulac curatores, captis pignoribus, ad ſatiſdandum cogendos. l. ſi. ff. de mag. con. Et pro hoc omnia vel pupillo vel adulto tutorum, curatorum que

l. s. i prin. & §. eff. io ff. d tut & ra. diſ. l. 1.

bona tacite a lege ſunt obligata. l. pro officio, ff. de adminiſt. tut. Cautum igitur ea eſt lege, vt tutor in omnibus quæ fecit, cum facere nõ deberet, quæq; facienda eſſent, non fecit, rationem, omniſq; actus ſui pupillo reddat. Qui ſi neglexerit tutelæ iudicio tenebitur. POSSENT pleraq; hunc in locum adciri, ſed minus puto eſſe neceſſarium, quando vel ſine aliorum meiſq; commentationibus legum ſtudioſus per ſe inuenire poſſit ac intelligere omnia & ſingula ex iis, quæ ſub titulis de tute. & rat. diſ. ff. & de mag. cõue. ff. ſcriptis relicta ſũt. SECVNDO col. tantundem peccare, qui rem quanpiam facere iuſſus, non facit, aut vel aliter perperamq; facit. l. vbi ad finem. l. reſpon. ff. de edẽdo. Do

l. quoties. ff. qui ſatis cog.

lo enim malo non ediſſe cenſetur, qui malitioſe edidit. l. quamuis. §. ſi conuenerit. ff. ad Vellei. Certe non dediſſe videtur expromiſſorem, qui mulierem, quæ auxilio. S. C. munita eſt, dederit. l. 1. & quidem. ff. Quod cuiuſq; vniuerſi. Iudicati enim conſtat non vel Syndicum vel actorem, qui ad agendum inhabilis ſit. Hinc vterq; parem ſubiturus eſt pœnam vti hic & i illis ſupra leg. & arg. l. & 2. ff. de annuis leg. Heres namq; damnatus in annos me ſingulos vti fruiq; fundo ſinat, ſi initio anni, quo colere deberem, moram fecerit, etſi poſtea patiatur, totius tamen anni nomine mihi tenebitur. Idem, ſi diurnas Stichi operas dare damnatus, non a mane, ſed ab hora diei ſexta det, tocius diei nomine tenebitur. Cui ſane. l. non abſona videri ſolet. l. ſi Seruus. §. Si pluriũ. ff. ſi quis cautio. Siquidem integram luit pœnã, qui plures ſiſtere ſeruos in iudicio promiſit, & vnus nõ ſtatus ſit. Cum vtiq; (vt Labeo ait) verũ ſit ſtatus omnes nõ eſſe

l. ſi qs. §. ſi qs. ff. de lib. ag. l. 1. §. ſi qd ergo. ff. d ven. in. l. locũ. §. hoc in ter. ff. de tab. exibendis. l. ſi. C. de mo. mul. l. 2. §. 1. ſi qs in ius vocatus non l q d ergo ff. de iis. qui not. infa. Cicero in. 1. Phil.

TERTIO COLLI. Inobedientes & contumaces captis pignoribus, & mulcta indicta a iudice cogendos cohercendoſq;. l. 4. §. ſi intra diem Nõ admittẽdum, inquit Iuriſcon. captis pignoribus a magiſtratibus cohercendos. Quo in loco notatu eſt dignum, Iudicem non ſecus atq; iure receptum ſit, infligere mulctam debere. vtpote (ita enim pleriq; omnes. ll. docto. ſentiunt) ter pro omni vel delicto vel contumacia: nec etiam, niſi prius eundem citari curarit, ab eoq; contumaciæ cauſam vel iuſtam vel iniuſtam audierit. Quo demum facto, & citato, obnoxio pene iuento arbitrio pœnã vel augere vel diminuere l. interlocutio. l. pro gramma. C. Commi. vel Epi. Id quod facile etiamnum probari poſſe per l. quidergo. §. pœna præſes eum, qui in parte bonorũ mulctari debuit, relegat.

NOTANDVMQVE hic demum velim, nõ ſine ratione hoc dictum eſſe loco. Contumaciam pignoribus & mulcta duntaxat vindicandam, quoniam Conſul olim iudexue in plus punire non quiuerit. Id quod ex Cicerone ſubtiliter eſt elicere, cum inquit. Quis autem vnq; tanto damno ſenatorem coegit,

Aut quid eſt vltra pigrus aut mulctam? Quaſi dicat nihil. Inter pœnam autem & mulctam intereſſe ſcribit Vlpianus. Quia pœna generis ſit nomen, omnium〈q;〉 delictorum cohertio. Mulcta vero peccati ſpecialis, eiuſq; animaduerſio hodie pecuniaria: verum capitis & eſtimationis irrogari ſolet. & mulcta quidem ex arbitrio eius venit, qui mulctam dicit, pœna non irrogatur: niſi quæ quacũq; l. vel quo alio iure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt. Præterea mulctã ibi dici, vbi ſpecialiter pœna non ſit impoſita, Mulctam item eũ dicere poſſe, cui adiudicatio data ſit. (Magiſtratus enim ſolos & prouinciarum præſides poſſe mulctam dicere mandatis permiſſum eſſe: pœnam autem vnũquenq; irrogare poſſe, in huius criminis ſiue delicti executio competit. Inſuper ſcribit cõtra Labeonem Paulus de pœna prouocationem non eſſe, at mulctæ prouocationẽ eſſe, nec ante deberi, q̃ aut non ſit prouocatũ, aut procurator victus, nec aliter q̃ ſi is dixerit, cui dicere licet. Reliqua videto apud eundem. Vide & aliqua hac de re apud A. Gellium lib. 14. ca. 7. allegantem. M. Varronem epiſtola ad Oppianum.

l. aliud eſt fraus. §. ite. ff. de ver. ſig.

Pœna

Mulcta

l. ſi qua pœna. ff. de ver. ſign.

QVARTO COL. Non eum, qui dandi ius habet curatoris. vti, vrbis præfectum, prætorem, prouinciæ præſidem, ſed eum dumtaxat qui ſatiſdationem exigere ſolet actione ſubſidiaria teneri. l. 1. ff. de mag. conue. §. neq; prætor. Verum, inquis, iis ſane contraria videtur. l. Emilius dexter. qua nimirum cauetur periculum tutoris, qui ſatis non dedit, finitaq; tutela ſoluendo non fuit, eius ad contutorem magiſtratũq; pertinere. Quid ea propter dicendum? Tibi, inquam, hoc ſub paragra. a Gloſſatore. in verbo. Neq; vrbis, reſponſum. Cuius velim inibi de magiſtratibus diſtinctionem memoriæ tradendam, perinde atq; in rem oppido facientem.

HAVD SANE hic clam me eſt a Iuriſtyronibus deſiderari agnitionẽ eius, quæ ſubſidiaria dicitur, actionis. Quorum ut & hoc loco utilitati conſulere ex animo quiſq; optimus uidere queat, non pigebit paucula, quibus iſtis ſatis factum iri, puto ſubiicere. SCIRE igitur oportet, eam dici actionem ſubſidiariam, quæ in alterius, quæ inefficax facta eſt, ſubſidium dari ſolet. Verbi gratia. Si tutor pupilli res uel alienarit, uel perperam adminiſtrarit, iſq; ſubinde eiuſq; heres ſoluendo non ſunt: Dari conſueuit pupillo aduerſus eum, in quẽ facta eſt rerum alienatio, in auxilium actio, quæ inde ſubſidiaria a ferendo ſubſidio appellari cœpit, hocq; latina quidem, ac non inſolita a ſubſidio tranſlatione. SVBSIDIVM ENIM (ceu ex Cicerone, Cæſare, T. Liuio. deca. 1. li. 8. Vegetio, & aliis qui de re militari quicquam ſcripſerunt aut meminerunt intelligere eſt) ſextus in acie, iſq; ultimus erat ordo, poſtq; omnes a firmiſſimis & ſcutatis, & omni genere armorum munitis bellatoribus inſtructus. Qui in eo ſunt ordine appellantur SVBSIDIARII MILITES, olim, (& nunc etiam) Triarii appellati. Hi nanq; ut requieti & integri acrius inuaderent hoſtes, poſt vltimas acies ſedere conſueuerant. Si quid enim primis ordinibus accidiſſet, de eorum uiribus, reparationis ſpes tota pendebat. CAETERVM, cũ ad eos peruentũ fuerat, actũ de uictoria credebatur, remq; i extremo

Subſidiaria actio

Subſidium

Subſidiarii milites

Triarii

eſſe diſcrimine. Vnde rem, inquit Liuius, ad Triarios rediiſſe, quum laboratur, prouerbio increbuit. Cuius pulcram & ſane doctam ponit interpretationem ERASMVS ille Roterodamus optimus noſter, idemq; doctiſſimus polihyſtor: nempe omnium pene diſciplinarum bonarum inſtaurator gnaruſq;. Cuius ſunt rei teſtimonio & Græci & Latini, adde & hebræos. Vir profecto non longa modo vita ſed immortalitate nominis (quam hauddubie habebit) multo digniſſimus nec vnq̃, vt ego cenſuerim, in numerum redigendus, vtcunq; IACOBVS ille STOPOLIS Stunica, vir nimirum egregie eruditus, triūq; linguarum peritiſſimus, ſpiritu, neſcio quo, ductus, a me in ea, qua in Eraſmum iuſto acerbius contumelioſiuſq; impudens inuehitur, plurimum diſſentiat. Verum defenſatricem eius ſtatuerim diſſidii veritatem, arbitrā longe optimam. Hoc Mehercle neminem fugit, opus laudare magiſtrum. Sed redeamus vnde ſumus digreſſi. RITE ARBITROR actionem dici ſubſidiariam, quia in ſubſidium, vbi tutor heresue eius ſoluendo nō ſit, aduerſus eos, qui vel omnino a tutoribus vel curatoribus ſatiſdari nō curarūt, aut nō idonee paſſi ſunt caueri. Acies enim ipſa cum extrema patitur, ſubſidio oportet ſuccurrant ſubſidiarii, hoſtiumq; impetus, cum illa vi ſua reſiſtere non poſſit, ſuſtineant. Hi enim modo, deficientibus cæteris, in auxilium mitti ſolent, vt deficientium loca compleant. Id quod non eleganter minus q̃ diſerte Cæſar clariſſimus Romanæ hiſtoriæ author expreſſit. Ad eum, inquiens, mittit, niſi ſubſidium ſibi ſubmittatur, ſeſe diutius ſuſtinere non poſſe. Quo & ſcribendi verbo alii non raro vſi ſunt.

EST IGITVR (vt ſemel finiam) actio tutelæ ſubſidiaria, quæ pupillo, vbi nec tutor nec heres ſoluendo ſunt, contra eum competit, cui iura ſunt tradita cautionem a tutore exigendi rem pupilli fore ſaluam: & is aut nullam aut non idoneam recepit. Quæ autem pupillo in tutorem datur actio appellari cōſueuit directa, competens, vbi tutor res pupilli quouis modo non indemnes adminiſtrauit. Tutelæ vero contraria fertur, quæ tum tutori contra pupillum dari ſolet & quidem officio tutelæ finito, quum quid ab eo vtiliter in rem pupilli expenſum ſit, vel quid eius nomine aut oppignorarit, aut obligarit, aut eorum quid ſimile fecerit. Quam quidem actionem a prætore propoſitam planeq; inductam in vſum Vlpianus ſcribit: nempe, vt facilius tutores ad adminiſtrationem accederent: ſcientes quoq; pupillum ſibi obligatum fore ex ſua adminiſtratione. NIMIRVM etſi ſine tutoris authoritate pupilli non obligentur, nec in rem ſuam tutor obligare pupillum poſſit: attamen receptum eſt, vt tutori ſuo pupillus ſine tutoris authoritate ciuiliter obligetur ex adminiſtratione. Etenim prouocandi fuere tutores, vt promptius de ſuo aliquid pro pupillis impendant: dum ſciant ſe recepturos id quod impenderint. Quæ vel ſingula & de curatore, & de eo qui pro tutore negotia geſſit accipienda ſunt. Haſtenus ille, qui cum nos Colophonem apponimus.

Actio tutelæ

Li. ff de cōtria tutelæ

VIGESIMVSQVINTVS TIT. DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM VEL CVRATORVM.

TVTELAM onus eſſe, paucisq; aliquando non vacare laboribus præterea non triuiali plerunq; indigere prudentia multis ſane in locis patet. E regione vero nec clam eſſe pluſculos ex cauſis aliquibus nec oneri nec labori idoneos, nec aliqua, ad hanc rem attinente, prudentia præditos eſſe, eosq; proinde ad tutelam, niſi cum ſui ipſorum ſummo detrimento, ire non poſſe. Porro Imperator Iuſtinianus inclytiſſimus, nuſq; non reip. omniũ q; vtilitatum ſtudioſiſſimus, æqui iuſtiq; obſeruantiſſimus iniquum plane cenſuit & a iuſtitiæ norma multo alieniſſimum quenpiam minus idoneum valetemue non, niſi cum ſuo incommodo tutellam ſubire. SANA igitur eaq; optima d. ctus ratione aliquot iuſtis de cauſis a tutelarum onere excuſandos & annuit & voluit, ne ſine ſua quiſq; culpa pœnam, aut diſpẽdium ſit ob aliũ ſubiturus. Verum enim vero, quoniam non quauis cauſa quilibet a tutela liber futurus eſſe poſſit, nec liceat, in dubitationẽ plane venit quæ a tutelæ, qualesq; cauſæ oneribus excuſare poſſint? Eius dubitationis amouendæ, quæſtioniſq; enodandæ gratia præſentem Imp. ſubiunxit, qui de excuſationibus tutorum vel curatorum inſcribitur, titulum. Sub quo nimirum titulo compendioſo apprime contextu recenſentur, quæ quenpiam a tutela ſubeunda excuſant, cauſæ. Ad quas interpretandas antequam deſcendamus videre eſt (nam ita morem noſtrum inceptum ſeruabimus) quid excuſatio ſit. EXCVSO proprie eſt crimen delictumq;, quod obiicitur, expurgo: aut in excuſationem affero: quod obſtaculo fuit, ne quid factum ſit, aut non ſit: Vel (vt vnico, finaliq; uerbo complectar) eſt in alicuius rei defenſionem cauſam aliquam, iuſtam cauſam allego. Quod quiſq; edoceri poterit ex. l. 2. ff. ſi quis cautionibus. Et ſub titulo, qui in lib. Pandectarum quinquageſimo ponitur. De uacatione & excuſatione munerum. RECTE itaq; excuſationem, ut hic ea utimur, dixeris eſſe alicuius iuſtæ cauſæ allegatio, ob quam aliquis ad uel tutelam uel curam coartari haud debeat. QVAM SANE locum habere uolunt, vbi tutelæ dationem ipſo iure ſcimus tenere, alioqui ſecus. Vtpote, ſi tutela eſſet delata, non a quibus, nec quibus, nec quomodo, nec ubi deferri oportuerat. Veluti alias ex Modeſtini uerbis colligi poteſt. Hæc, quæ in Iure ciuili tyronum inſtitutionem præfati ſumus ſufficere putamus. Deſideranda ſubinde in proceſſu non ſilentio inuoluam.

Excuſo

Excuſatio

l. 1. ff. de eſſ. tut. l. ſcire oportet. §. q nõ iuſte. ff. d excuſat. tut.

ℭEXCVSANTVR AVTEM.

PRIMO COLLI. liberos legitimos, eosq; naturales ſimul, viuentes, ac nepotes quenpiam a tutela excuſare. l. 1. 2. §. legitimos. excuſare tamen etiam, qui vel auo vel proauo in adoptionem dati ſunt, quiq; in acie mortem oppetierunt. l. bello. ff. eodem. ii enim pro rep. ſoli cecidiſſe creduntur, vt Vlpianus ait.

Arg l. ff. de vaca. mu.

QVAESITVM EST quid de iis, qui religioni ſunt mancipati, filiis, quando & ipſi vtpote mundo mortui ſint? Reſpondi & illos excuſationem præbere, quoniam pro cœleſti patria mortui per gloriam pariter viuere feruntur, vt hic. In quo Iaſonem acutiſſimum Iuris interpretem, & Antonium FRANCI-

SCVM A DOCTORIBVS & Paulum Paryſium Conſentinum omnis
certe tam publici quam priuati Iuris multo peritiſſimos, præceptoreſq; meos
longe nobiliſſimos & humaniſſimos, a quibus hæc viua voce, arrectiſq; auri/
bus non ſemel accepi, ſequutus ſum: nempe rationi plurimum conſonos
atq; propinquos.

Arg. l. 1. ff. ſol. mat. SECVNDO col. liberorum multitudinem parentibus atq; ciuitatibus laudi
eſſe atq; ornamento. Id quod non tam eccleſiaſticis, quam Aethnicis receptũ
conſtat literis. Quis enim ex veteri noſtræ religionis inſtrumento neſcit eos,
qui eſſent ſteriles, proleq; vacarent, ab omnibus & paſſim deſpectui ita habitos,
Filiorũ multitudo laudanda. vt ne altaria ad offerenda holocauſta accedere audebant, nec aliquo dignita/
tis officio digni, ſed qui leproſorum inſtar pene haberentur? Quod de IOA/
CHIMO ANNAE Chriſti Auiæ, deiq; genitricis MARIAE digniſſimæ, a
nulloq; vnquã ſatis laudandæ marito atq; coniuge integerrimo ſcriptis pro/
ditum eſt. Cuius (vt fertur) munus a pontifice ſeuerius repudiabatur, exq; ara
repellebatur, quoniam ſterilis prole careret. Eius & alia ſimillima poſſem ad/
ducere multo plurima, niſi vel mediocriter legentibus quæq; eſſe ſcirem maxi
me obuia. De Aethnicis vero, eiſq; uetuſtiſſimis quid dicam neſcio, quum
nulla pene ſcriptorum ſint monumenta, quæ illorum hac in re non aliqua ex
parte mentionem facerent? quare ſilendum mihi q̃ de iis ſcribendum potius
ducerem, niſi hoc vnum mihi omnino recenſendum foret, quo res ipſa to/
ta complectitur. Conſtat a ſeriæ fidei ſcriptoribus ad poſteros literis man/
Parentum honos datum. APVD ROMANORVM olim antiquiſſimos neq; gene/
ri neq; pecuniæ præſtantiorem honorem q̃ ætati tribuere ſolitos, maio/
reſq; natu a minoribus ad deum prope atq; parentum uicem cultos, inq; om/
ni loco, omniq; honoris ſpecie priores, potioreſq; habitos, & a conuiuio
ſeniores, a minoribus domum aliquoties reductos: eumq; accepiſſe morem.
Romanos a Lacædemoniis: apud quos Lycurgi legibus maior rerum omniũ
honos maiori ætati habebat. Sed prole ciuitati ſubinde uiſa neceſſaria, ad po
Matrimonium. puli prolem frequentandam præmiis atq; inuitamentis uſum fuiſſe: tum antè
latos quibuſdam in rebus, qui uxores, quiq; liberos haberent ſenioresneq; li/
A. Gel. li. 2. ca. 15. beros neq; uxores habentibus. PRAETEREA (uti a Gellio refertur) capite
legis Iuliæ ſeptimo ſic priori ex Coſſ. faſces ſumendi copiam fuiſſe legitur, nõ
qui plures annos natus eſſet, ſed qui plures liberos, q̃ collega, aut in ſua habe/
Liberorum honos. ret poteſtate, aut bello amiſiſſet.

NEC NON relaxandi tantum animi, ſed uel & uirtutis excitandæ, & prolis
propagandæ gratia huc adſcribenda putaui. Quibus ſaltẽ pudiciſſimiq; quiq;
intelligerent, quam ſit res non laude minus digna, quam reip. commodo fu/
tura, liberis abundare: utcunq; in ordinem nunc redigantur, qui non oppido
rerum affluentes, minuſq; copioſi ſint: nemoq; plus oſtentui habeatur, & ho/
nore indignior, quam qui filiis ſit cæteris fecundior: quorum in numero &
eſſe & habendum cenſuerim IOANNEM NAVSEAM, patrem meum
mihi multo chariſſimum, ſemperq; colendum: etſi illi fortunam haud uidere

poſſim nouercam fuiſſe:ſi quot quantiſq; ſit functus muneribus officiis,magi/ſtratibuſq; & iis quidem non uulgaribus. Ter etenim conſulem ,annos egit Senatorem triginta uel paulo plures, legationibus ad principes illuſtriſſ. perfun/ctus eſt non paucioribus octo. Siluerim,qua inter omnes uulgaris ſermonis facundia,conſilii promptitudine, dicendi uehementia perſuadendi gratia, præſtiterit. Sileo quos a morte,pœniſq; in iudiciis reos eloquentia cum con/iuncta prudentia ſua liberarit,quanq; fideliter,& conſtanter omniq; ſtudio innocentiam ſemperq; defenſarit, Verum prætereamus illa, quibus forte quiſ/piam me mihi blandiri ,eſſeq; Suffeni ſimilimum exiſtimet:quanq; uel pietas, qua quiſq; noſtrum erga parentes uti debet,uel ueritas quæ nullo unq; tem/pore nulliſq; in rebus,nullamq; ob perſonam cœlanda eſt,omnis me poſſent adulationis aſſentationiſq; propriæ excuſare. Inſuper parentibus, ſecundum deum ſiue corporum illi ſint,ſiue mentium,omnia debemus, quorum deniq; & lætitia & laus in filiis plerunq; collocata eſt omnis,maxime ubi eos uirtuti/bus,boniſq; diſciplinis inclareſcere uident,& merito quidem. Quoniam(ut ſanctiſſimus uir.HIERONYMVS STRIDONENSIS ad Nepotianum ſcri/bit) filius ſit ſapiens gloria patris:& alius quidam ſcriptor diſertiſſimus:& ſa/pientia clarus,(cui & ego adſtipulor: nihil ſcribit honeſtius præſtare poſſe pa/tres liberis:nihil patriæ gratius:nihil ornatius nihil omni ſpe plenius. Ab iis nā/q; neceſſitatis tempore hanc poſſe habere ſpem:confugium:ſalutem:remq; pu blicam horum prudentia ſuſtentari. Quare(ut & ipſi aliquid noſtræ ſententiæ addamus)pientiſſimos quoſq; rogatos uelim parentes:quo filios: ſi quos ha/bent,& uerbo & exemplo a uiciis ad uirtutum ſtudia cohortari contendant: il/loſq; non modo oſculari uerum pro re & tempore cauſa aliquoties propter di/ſciplinam corrigere, quemadmodum & iure ipſo patrum ſanctarum: ſanctiſ/q; literis non vno tantum in loco admonentur. Quibus ita omni pietate adhibitis curam ipſis impendi temporalem minime diſſuaſerim,quum & hoc iure receptum videam. Hactenus hæc de laudibus parentum, qui filiis multis, eiſq; honeſtis fœcundi ſunt,dicta ſufficiant. QVIBVS modo illud vnū,adnexue/rim,ex filiis certe parentibus decus iuxta atq; ſcandalum futurum , & aliquo/ties ſalutem aliquoties æternam pœnam:multos nimirum ob filios, quibus nimium ignouere, damnatum iri,aliquos e contrario ſaluatum iri.

c. ſto. 96. diſtin.
Pli li. 4. ad Tacitum.
Notanda.
c. ſicut ii. §. neceſſitate. 57 diſ.
§. q. §. ca nō oſculatur
c. ſi qs reli/quērit. 30. diſtin.

TERTIO col. Gloriam quenpiam viuere perpetuo:hoc eſt effici immortalē eq; regione(vti gloſ. colligit) vituperio mortuo ſimilem. Arg. l. qua actione. §. ſi quis. ff. ad leg. Aqui. Vbi in eo, qui in publico certamine alium occiderit vel in Pancratio. l. Aqlia ceſſat, quoniā gloriæ virtutiſq; cauſa damnū videat datū ſimile eſt in. l. Athletas. ff. de iis q nota. infa. Quā aut veritati illud ipm innitatē itelligi pōt ex mille vel multo pluribus tā Aethnicorū q̄; nr̄æ quoq; religionis virorū exēplis. Quis eni neſcit, aut minus credit non oēs, q ali is dei opt. max. cōſuetudine beatiſſima, eaq; cœleſti pfruunt gloria quoq; & dici & eē imortales nō tā apud deū q̄; hoiem? Certe diuulgata eſt hæc ſctiſſimi uiri uox, atq; te/ſtificatio. In memoria æterna erit iuſtus. quoni . q. d. gloria & honore corp/

Gloria laus Immortalitas
l. i §. i. & §. pe ff. de dona inter vi. & vxo.

naſti eum domine viuunt profecto viuunt omnes, qui ob ſuarum virtutum cã dorem, vitæq; ſanctimoniam ſibi per gloriam immortalitatem pepererunt. Quorum in numero ſunt vniuerſi qui Chriſtum in terris & nomine & vita pro feſſi, nunc eius in cœlo glorioſiſſimo perfruuntur conſpectu. Viuunt & præter eos (quanq; gradu longe impari) per gloriam ad finem ſeculi huius, vixer untq; hactenus pleriq; omnes qui quod vel domi vel militiæ laude dignum eſt, geſſere. Id quod innumeri pene, iidemq; egregii diuino (crediderim) numine perdocti in nullis non ſuis ſunt teſtati poematibus: nimirũ, qui prorſus ſibi gloria nominis immortalitatem perſuaſere: nempe, qui vitam alioqui (& hoc ſane veriſſimum eſt) non penſi habuere, niſi huic per gloriam poſt cineres immortalitas æternitaſq; accederet. Quod Mediuſfidius multorum poſſe adſeuerare monumentis, niſi ea cuiq; æque ac mihi, vel magis etiamnum, eſſe nota perſpectum haberem. Legantur ſinguli & omnes qui ad poſteritatem quidpiam dedere ſcriptorum. inuenietur (ſcio) ex iis plane nullus, cui non fuiſſet prorſus perſuaſum ſe vel quarumlibet rerum gloria immortalem futurũ, magnamq; ſui partem nullo vnq; tempore interituram. Tranſeo eos ad vnum vſq; omnes. TRANSEO inquam omnes, præter Vnicum, Maronem illũ Poetarum ſine controuerſia Latinorum longe principem. Cuius nemini non hæc cenſuerim carmina eſſe perq; notiſſima. Stat ſua cuiq; dies, breue, & irreparabile tempus Omnibus eſt vitæ, ſed famam extendere factis Hoc virtutis opus. Quid, quæſo, inter alia hæc ſibi volunt reſonatiſſima maximi vatis carmina, Certe, vnum quenq; per gloriam, quæ virtute ſola paratur, boniſq; artibus, fore æternum. Quod ne ille, illiuſq; ſimiles vel quicquam ſcripſere vel ſcribenda geſſerunt adepti ſunt, haud opus fuerit exiſtimo, multorũ me vti teſtimoniis: quum certius ſit certo, illos pleroſq; omnes, noſtro quidem ſeculo, immortalitatis nomine viuere, magis, celebriuſq;, quam vbi inhumanis adhuc fuere. Cuius enim, oro, niſi ſolius gloriæ, quæ virtutem eſt ſequuta, ſuffragio viuũt clariſſimi quiq; aut poetæ aut oratores aut Hiſtorici aut philoſophi aut iuriſconſulti, aut deniq; hoc ſtudiorum genus innumeri profeſſores? Cuius inquã adminiculo viuũt Fabii illi, Camilli, Curii, Decii, Tarquinii, Bruti, Gracchi, Scipiones, Fabricii, Alexandri, Hectores, Achilles, Agamennones idq; genus alii heroes fortiſſimi? Sola profecto gloria, quam illi hauddubio rebus claris, domi belloq; geſtis, ſibi ad immortalitatem comparandam pepererunt. SED CVR latius diuagor, quando noſtri hoc non ſit nec muneris nec inſtituti? Veruntamen hæc adiicienda putaui, quo ad gloriam multis & ſit ad virtutem

Nota (equidem nullam cenſeo laudem veram, præter quæ inclyta ſit virtute parta) calcar impingerem. Haud ſane ex eorum ſum numero, qui ex animo iuuenum laudis, gloriæque amorem omnino fugandum arbitrantur, inhortanturque. Iſtos certe neſcio, quo alio appellem nomine, quã acerrimos virtutum hoſtes. Virtutem enim profligant neceſſum eſt qui glo-

Laus Virtus riam abiiciendam prorſus exiſtimant. QVANDO QVIDEM LAVS virtutis ſit præmium, quo adempto, adimitur & virtus, qua

adempta,neſcio quid demum ad bene beateq; viuendũ eſſe poſſit reliquũ.Crediderim equidem natura nõ modo,ſed vel a deo opt.max.comparatũ, omnes pleroſq; ſtudio laudis trahi,& optimũ quenq; maxime gloria duci. Abeteras,inquiũt iſti,toto, vt aiunt,cœlo.Cum gloriam non vno in loco deteſtatus eſt CHRISTVS OPTIMVS poſtq; hunc ſanctiſſimi quiq; eam non ex horruere ſolũ,ſed cæteris quoq; eius amouẽdæ exemplũ reliquerunt.Quibus ego.Nolim ipſe me loqui putent de ea,quæ vana eſt,quæq; plerũq; non tam virtute q̃ fortuna paritur,gloria,ſed quæ a ſola bonitate citraq; ambitionem ſuborif,habeatq; virtutẽ vel vnicã radicem , apicemq;. Chriſtianus eũ & ipſe non ſane ignorarim , quæ A CHRISTO DEO MEO OPT. ſerio ſunt inhabita,quãq; ille cenſuerit laude deſpiciendam.Certe eam , quã ſibi quiſq;, ſuiſq; viribus aſcriberet,quæ ad vulgi modo oſtentationẽ referret. Noui ego vtiq; non eſſe vllã nobis gloriam,ſed deo ſoli acceptũ ferendam. Sine quo eẽ Poteſt plane nihil,quod poſſit vel laude eſſe dignũ vel vitæ vllo fore modo ſalutare.Ille enim eſt Cui ſoli & ſemper honorẽ,laudem,imperiũq; deferendũ exiſtimarim:omnẽq; veram gloriam ab illo proficiſci crediderim. Cuiuſmodi ſane gloriã neminẽ puto non ſecure amplexurũ,ſũmoq;,quod aiunt:pectore exoſculaturũ,ad eamq; bonis virtutibus,candidiſſimiſq; literis omni conamine optimũ quenq; niti velim:nempe,qui haud ignorẽ , & ſanctiſſimos noſtræ fidei viros illam ipſam gloriam toto certe animo amplexatos eſſe:quãdo vel in illos ſuis diuinis libris,quos de contemnenda gloria poſteritati ſcriptos reliquere,nomen ſuum inſcripſerunt,in eoq; ipſo,in quo laudis prædicationem nobilitatemq; deſpexerunt: prædicari de ſe nominariq; non dedignati ſunt.Hinc autumauerim condemnandum:qui ſyncere virtutiſq; amore laudi honori:gloriæq; rebus optimis ſtudet.Verum in perpetua velim eundem memoria habiturũ Sanctiſſimi illius vatis carmen.Quo exclamat ille.Non nobis domine ſed nomini tuo da gloriã:Admonens,nimirum:teſtatur deliri & dementis eſſe:tribuere homini,quod dei ſit proprium,ad quem ſunt bona cuncta referenda,& vnde omnes humanæ ſunt vitæ ſucceſſus:vnde deniq; quicq̃d in terris boni nomen habet, velut ex vberrimo fonte manat.Hæc hactenus:quibus arbitror oſtenſum ,per gloriam(vti Iuſtinianus vere cenſuit)homines viuere perpetuo.Quã ſane rem nuper is diebus familiariter tractaui cũ præſtantiſſimis Iuriſconſultis Ioanne FRANCISCO MARCONO Teruiſano,Petro Iuano Tridentino,Gaſpare de Scopulis de Primerio,Ioanne Maria Bergomate , Nicolao Apulo , amicis , Thæſeiſq; non tam doctrina quam fides ſpectata præclariſſimis. Nota

ℭ ITEM DIVVS MARCVS.

COLLIGE fiſci procuratorem a tutela excuſatum eſſe. l. adminiſtrantes.ff eodem. Cætera, quæ foraſſis hic a me deſiderabuntur, ab aliis ſat ſpatioſe,& diſerte quidem magis q̃ eleganter ſunt explicata.FVNGENS igitur interpretis officio hoc p̃ruelim loco notandum Semeſtre dici,quod menſium eſt ſex:aut anni medii,Iuuenalis alibi Semeſtri vatum digi Semeſtre

ſos circumlegat auro. Quo tamen loco audio interpretes exponere pro annu
lo aureo circulari, quo Tribuni vtebanť. Sed ad propoſitú magis, Cæſar, qui
Pli. nepos li. 4. ad Soſiū — conqueritur ſemeſtre ſibi imperiú eripi. hinc etiam & apud Plinium Sen. orē,
& Columellam Semeſtrem ſationem pro vernali legimus. Plinium quoq; ne
potem dixiſſe Semeſtrē tribunatum, qui ſex duraret menſes. Nec ignoramus &
Vide. l. nō tā tū. ff. co. — penſionem nominari ſemeſtrem ab Vlpiano, quæ eſſet ſex menſium: eundem
q; aliquando retuliſſe in duas diuidi annum ſemeſtres penſiones.
Luna Semeſtris — INVENIES tamen lunam dici ſemeſtrem, quæ eſt medium menſis ſpatium
permenſa: perinde atq; a Semis, quod dimidiú ſæpe notat. Semiuir, Semidii.
EST ET ALIVD: non ignorandú vel quia paucis declararint, vel quod ple
Fiſcus — riq; perperam acceperint, Scire inquam, oportet. FISCVM eē, vbi principú
pecuniæ reconduntur. Aerarium vero, vbi publicæ. Viderint iſti, qui alterú ab
altero nihil differre autumant: nempe, qui vel ab vno Plinio nepote viro lati/
niſſimo (ſileo enim alios latini ſermonis longe principes) mēdacii conuincuntur
Ille enim in Pana. ad Traianum inquit. At fortaſſe nō eadem ſeueritate, fiſcum
qua ærarium cohibes: Immo tāto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quā
de publico credis. Quanq; inficias haud iuerim id plerunq; diſcriminis cōfun/
di velut a Claudiano. Non tua priuatis creſcunt æraria dānis. MARIA CA/
TANAEVS vir ſane eruditiſſimus, ſimulq; fideliſſimus interpres, inibi cenſet
pro publicis accipi poſſe, exponendo tua pro tui. Verú ego aperte dixerim in
Aerarium — de nullam poſſe prodire probationē, qua obſeruare quis vellet Aerarium, idē,
quod fiſcus, ſignificationis habere, quamuis Aſcanius aliter videatur ſentire.
Opus nimirú fuit poetæ addere tua, quo ꝓprietatē vocabuli notaret, quā ſcie/
bat eſſe, quo principis theſaurus cōtineret. Sed hæc fortaſſe pluribus, q̄ neceſſú
fuerat, perſtrinximus, profutura tamē ad intellectum eorum, quæ concludun/
tur ſub Tit. ff. & C. De iure fiſci. De priuilegio, de Aduocatis, de procurato. fi/
ſci. Eſt & verbum cōfiſco, latinis minime alienum: hoc eſt: in publicum ærarii
ius redigo. Vtitur eo Suet. in Aug. Deuictiſq;, inquiens, iis, & cōfiſcatis, promiſ
ſa veteranis præmia ſoluerentur verbú Iuriſconſultis plane peculiare. Quanti
vero fiſcus a rep. diſtet deinceps enodabimus, ut ſua quæq; ſuis collocentur lo
cis. Plutarchus in problematis, & Macrobius, Suetonius ærarium in æde Satur
ni fuiſſe prodiderút, quod Saturni tēpore nec auaritia, nec improbitatis, nec vl
lum fuerit furtum commiſſum.

¶ ITEM II QVI REIPVB.

COLLIGE reip. cauſa abſentem a tutela, quæ vel abſenti vel profectu/
ro delata, non etiam ab ea, quæ antea ſuſcepta eſt, excuſari. l. admini/
ſtrantes. §. Eorum. ff. de excuſat. Tut. Id quod Gloſſa. hic ad eos extendi
putat, qui etſi nondum abſentes ſint, breui tamen abfuturi. l. filiusfa. §. fi. ad fi/
nē. ff. de pro. vbi procurator excuſatur, quoniam abfuturus ſit. Quod vel eo
non eſſe diſſentaneum cenſent. Quod paria ſint eſſe aliquid vel propediem ſpe
rari. l. penult. ff. de teſt. mil. vbi equeſtri confeſtim cingendus militia, pro eo,
qui cinctus eſt, habetur Alludit. l. item legato. ff. de leg. 3. Pro dato habetur,

quod, vt detur paratum eſt. Ita pariter Statim cōſumēdum perdēdumue, pro eo, quod perditum eſt, haberi ſolet. Quibus permoti nonnulli quæſtionem minus illepidam, nec vndequaq; ſuperuacaneā motitauere. Vtrum quærunt, licētiatus (loco iſtius, barbaræ omnino, dictionis, latine ſatis dici poteſt doctor deſignatus, vti dicimus conſulē deſignatū, qui in annū eſt futurū electus, declaratuſq; cōſul) vtrū, quærunt doctor deſignatus doctorū priuilegio recte gaudeat? Ex ſuperioribus recte quiſquā dixerit gaudere, quoniā eueſtigio, quū volet is, doctor ſit euaſurus. Baldus tamen in contrariū iuit nempe, qui nolit priuilegiū doctori conceſſū, & deſignato videri conceſſum. Vtrā autē opinionem probarim, haud ſane in præſentia ſcio, nec, vt ea diuager cauſa, locus patitur. Quare aliū & eundē quidē reperturus ſum locū meliorem, vbi quid ſentiam minime cœlabo? Cæterum, quod ad præſens attinet nō prorſus verū videri, ſolet (vtcūq; Bartolo in hoc refragor) haberi pro facto, quod de proximo (vt eius vtar verbo) futurū ſit. Argumēto quidem. l. naturalē. §. Ita q. ff. de acq. rer. do. Quandoquidē eam, quā venatores perſequimur, ferā tum noſtrā a nobis dici cōueniat, quū eam ceperimus nec aliter: quia, inquit Caius multa accidere poſſunt: vt eam non capiamus, facit etiamnū. l. cū ii. ff. de trāſact. Cū ii, quibus alimēta relicta erāt, facile trāſigerent: cōtenti modico præſenti. Q. D. nō autem futuro, quod incertū eſſet. Ad qđ & illud Claudiani pertinet. Omne futurū deſpicitur, ſuadent præſentia fructū. Cui additur Gloſſa. ibi Scomma Ad præſens oua, cras pullis ſunt meliora. HVC deniq; accedit Ciceronis Ad Atticū elegans adagiū. Ne quid īter cæſa & porrecta, vt aiūt: oneris mihi addatur, aut tēporis. A quo nec illud. M. Catonis apud Gelliū diſcrepat. Nolite ibi nimiā ſpē habere: Sæpe audiui inter os atq; offam multa interuenire poſſe. Id qđ aliis apud eundē verbis ita exprimitur, ex Græco tralatū verſu. Multa cadūt inter calicē ſupremaq; labra. Apud feſtū Pōp. ita Inter manū & mētū. vtroq; ſignificatᷓ in dubio eſſe, qđ futurū ſperatᷓ, quū facile interuenire poſſit quo minus fiat. Verū, inquit moroſus qſpiā. Quid cū pṕuerbiis? Hic legibus agūdū eſt. Cui ego. Nunqd mihi ſapiētiſſimū Imp. Iuſtinianū cui oīa fuere in pectore iura, & prudētiſſimū. quondā Iuriſauthorem ſectari inhibetur? Quorum ille in adagione, inquit, talē eſſe inuētam legum permutationē, qualē & apud Homerum patrem omnis virtutis Glaucus & Diomedes inter ſe feciſſent, qui diſſimilia permutarunt. Alter vero prouerbialiterᷓ, imo pene ſub ænigmate dixit Pecuniam ſine peculio fragilem eſſe. Certe licebit maiorum: & quidem eorū qui nobis ſunt authores, veſtigia ſectari: maxime in iis: quæ rei, vti a nobis adagia relata, conſonare videntur. Adde, & eo aliquoties pacto animum noſtrū ſerio legum difficiliorum ſtudio defeſſus, ea in literas politiores, adagiorumq; venuſtate perinde atq; in amœna vireta digreſſiōe erigi, refici, recreariq;. Quo ſane modo & Draconem & Solonem ſanctiſſimos Atheniēſiū legum latores, & pleroſq; ex noſtris. ſ. Modeſtinum, Antiſtium, Labeonem, Sulpitium, Scæuolā, Iabolenū, cū eēnt legalibus negociis obruti, factitāſſe legimus. Sed non eſt qđ ſurdis fabula narretᷓ. Relictis q̄ vel mediocriter doctis patent, veniamus,

Licētiatus doctor deſignatus

Cic. ad Atti. li. 5.

A. Gel. li. 13. ca. 16.

In proœ. ff.

l. ſi horū. §. his verbis. ff. de leg. 3. Vide not. in proœ. ff. §. in ſecūdo. ſup verb. qa noua. Et ibi. Bald. Et in Auth. de cōſu. §. quāta cunq; in fi. col. 4.

quo ſumus egreſſi. Siquidem dicentes non vbiq; veritati locum eſſe. Cum dicitur, pro facto habendum quod propediem fieri ſperatur.

Doctor deſignatus

QVANQVAM IN doctore deſignato nihil negarim, quãdo in eius ſit voluntate, liberoq; arbitrio doctoris recipere iſignia, vbi volet. Nec i eo, qui cingendus eſt, hæreo. Cum ille in principum comitatu retentus ſit, quo caſus facile quis cauſam dixerit eſſe fauorem, aut remp. aut horum quid ſimile. Quãdoquidem ſi illud ipſum ſimpliciter verum adfirmaro, non modo vnum aut alterum, ſed multa ſane veritatis inimica ſequi poſſent. Vnde puto cum Trebatio inſpici oportere, quod euenire poteſt minime, vbi non certa venturi ratio habetur. Id quod pluſculis probari video in. l. ſi idẽ. §. fi. ff. de Iuris om. iu. Soluenda hic demũ ſunt, quæ nos de rep. i ſuperioribus daturos, polliciti ſumus.

l. 5. §. 1. ff. de re. domi.

Republica

Reipublicæ appellatione cõtineri puto, totum illud, qd nõ in vnius in primis ſed in totius cædit vniuerſitatis vtilitatem cõmunioneq;, & quod quiſq; æquo iure, & ſine diſcrimine perſonarumq; acceptione participat. Fieriq; id cenſeo reip. cauſa, quod in primis ratione fit eorum, quæ reip. hoc eſt toti cõmunitati, proſunt. id quod vnicuiq; nõ difficile eſt intelligere. Reipub. Sunt, quæ omnium ſunt, quibus ſinguli, & omnes vtuntur ſine differentia, diuites iuxta atq; pauperes, nobiles æque ac ignobiles. Cuiuſmodi ſunt flumina: portus, templa balnea, fora, Gymnaſia, & reliqua eius generis multa. Ferunt remp. continere & pecunias, & honores & præmia, horũq; alia conſimilia. Veluti. not. in. l. Mãcipia. C. de ſeruis fug. Solent quæ dixi colligi ſub titulis paſſim. ff. de re. diui & ff. de acq. rerum do. de qua re ſuo equidem loco minime diſſimulabimus, quæ cognitu vtilia videbuntur, Interim vide Bart. in. l. reſpublica. C. Quibus ex ca: Maio. l. ſi quis ingenuam. §. 1. ff. de capt. & poſtli. l. fi. ff. de Muneri. & hono. vi, de Rubri. C. de Iure Fiſci. l. 1. & Bart. inibi de rep. conſtituenda, conſeruanda ampliandaq; inter alios prudentiſſime ſcripſerũt Plato & Cicero. Quorũ vellim volumina magiſtratus optimos quoſq; manu diurna nocturnaq; verſare, ſibiq; ea quaſi in manu vngues, cognita habere. Mirũ ſane eſt, q̃ omnia docte, quanq; prudenter ſingula in illis, quæ ad remp. pertinẽt, diſputata ſint. De quibus forte: deo volente: & ipſi aliquid breui ſumus cõmunicaturi.

¶ ITEM QVI POTESTATEM.

l. ſi. C. eo.

COLLIGE a tutela excuſandũ, qui in aliqua eſt poteſtate: hoc eſt magiſtratu, non tamen a ſuſcepta. l. iuris peri os. l. adminiſtrantes. l. athletæ. §. remittuntur. ff. eodem. Id quod inibi gloſſ. in magnis putat dumtaxat accipiendum ciuitatibus, non etiam municipiis. l. propter. ff. eodẽ Quod intellige, vti inibi declaratur. Cætera hic per Ang. & Iaſonẽ, alioſq; reddũtur.

¶ ITEM PROPTER LITEM.

l. propter litẽ. ff. eodem

l. ſi vt allegas. C. codẽ

COLLIGE ob litem, quã quis cũ pupillo habet, dandã a tutela excuſationem nullam, niſi forte de omnibus bonis, aut plurima eorum parte controuerſia ſit. l. propter litem. ff. eodem. l. ſi vt allegas. C. eodem.

QVAESITVM hic eſt a legum tyronibus. Quid iuris in eo, cui pupillus aut adoleſcens eſt uel debitor uel creditor? An a tutela ratione ea poſſit excuſari?

Olim

Olim minime inquam, hodierno ſecus tempore, vt in Auth. vt ii qui ob per .§.1.colla.6.§.hoc itaq; lege. Siquidem timetur ne aliqua in eo caſu fiat mali gnitas. Reliqua in manu ſunt omnia, & in medio ſita.

l.neq; a tute la.C.eodē

¶ITEM TRIA ONERA.

COLLIGE tria tutelarum onera excuſationem dare.l.tria.l. diximus.l. ſi qs inter.ff.eodem. Tria autem onera ita eſſe accipienda Vlpianus do/ cet, vt non pupillorũ numerus, ſed patrimoniorũ ſeperatio plures fa/ ciat tutelas. Hinc eum vnam videri ſuſcepiſſe tutelam, qui tribus ſit fratribus tu tor datus, q indiuiſum patrimoniũ habere vel qbuſdã tutor, qbuſdã curator. Regulam poſſe octo modis moderari Iaſon tradit, quē de iis legere eſt.

l.tria §.1.ff. eodem
l.ſi is qui in ſi.ff.eo.

IN QVAESTIONE ventilari ſolet. Quid iuris? ſi tam diffuſa vna ſit tutela & negotioſa, vt etiam pluribus par onere eſſe queat? Reſpondeo eam pro tri/ bus cedere, quiq; huiuſmodi ſit tutela grauatus, alia minime aggrauatũ iri.l.ſi is qui.§.eum qui.ff.eodē. SVNT QVI hinc eliciēdum centur. Si ſtatuto ca/ ueretur, vt tribus furtis obnoxius laqueo vitam finiat. Deprehenditur, qui tan tum fecit, tamq; grande furtũ, vt tribus furtis minutis æquiparari poſſit. Nũ, quæſitum eſt, fur huiuſmodi ſtatuti vigore furcam ſubeat? Subire reſpondent. Cæterũ, vereor ne perperam ſit reſponſum. Quandoquidem in cõperto ha/ beatur. Statuti verba proprie plerũq; eſſe intelligenda, præſertim in cauſis pe/ nalibus: vbi receptũ liquet, nullam pœne admiſſum iri extenſionē. Inſuper con ſtat legum quoq; interpretatione pœnas potius molliendas quam exaſperan/ das. Sed melius hoc cogitandũ, maxime exercitatis, reliquerim, trãſiturus ad alia. Quæ priuſq; adgrediar, notandũ velim Res plures ſimul ſubtractas vnũ tantũ, Bartolo ſcribente, facere furtum: id, quod ad aliud vtile futurũ tradunt. Statuto cautũ eſt. FVREM pro primo furto fuſtibus cædendum, pro ſecun do eidem auriculam amputandam, pro tertio ſuſpenſum iri. Quid ſi fuerit, q res ſimul multas furto ſubtraxerit? Haud ſuſpendendũ eundem eſſe reſponde/ ri poſſe arbitrantur. Latius legito Bald.in Auth. Sed nouo iure, in.3.col. C. de ſeruis fug. Bar.in.l.ſi familiæ.ff.de Iuriſ.om.iud. Bald.in.l.quid ergo.§.ait p/ tor.ff.de infamibus. VBI IN quæſtionem pariter trahunt. Vtrũ qui multos vno tēpore interfecerit puniēdus ſit pœna ſtatuti punientis ppetrantē multa ho micidia? Sed hæc nolũt hic oĩa dici, nimirũ quæq; ſuũ ſibi locũ vendicantia.

l.interpreta/ tiõe.ff.d pœ nis.l. genera liter.ff.de de curi.l.factũ ff.de reg.iu. l.eũ q.§.idē dē.ff.de fur,

¶SED ET PROPTER PAVP.

COLLIGE EVM, qui ſe tutelæ oneri ob paupertatem imparem pro/ bat, a tutela excuſandum.l paupertas.ff.eodem. Quæri ſolet qui pau/ per dicatur? Reſpõdet hic & illic Gloſſator, qui laboribus ſe ſolis alet: Aut qui minus, quam pupillus, in bonis habet. Equidem dixerim hoc eſſe ca/ ſu pauperem, qui laboribus diſtrictus ob paupertatem tutelæ præeſſe nequeat. Imo cenſuerim paupertatem iudicandam ſecundum vel cauſæ, vel materiæ vel actus rationem, ſed & perſonæ Præterea obſeruandum eſt, quantum in eo actu vertatur (vt loquuntur) præiudicium, & quam deſideret pecuniæ quantita tem. Verbi gratia. STATVTO FLORENTISSIMI Patauinii Iuriſconſul/

l.poſt ſuſpe ctã.§.pau/ pertas.ff.eo.

Paupertas Statut im Patauini collegii

torũ collegii, cauetur ſingulis annis Ianuarii Idibus duobus Iuris alumnis, eiſq; pauperibus alteri Pontificii, alteri Cæſarei iuris inſignia gratuito, DEI Q. VE OPT. MAX. & quaſi modo geniti cauſa collatum iri. Eſt q petit idem ipſum beneficii: quippe ſuam prætendens paupertatem. Quæritur iam tandem quẽ in modum is ſuam probet paupertatem? Certe aut iureiurando aut teſtibus (ta metſi ibi teſtibus fieri periculum, non ignorem) in quantam pecuniæ ſummã? Reſpondeo, oportere inſpicere ſtatutum. Quod ſi ab eo, qui copioſus docto/ris lauream accepturus eſt, exigendum cauet aureos duodequinquaginta vel paulo minus aut plus. Neceſſum fuerit arbitror inſigna, qui pauperem ſe aſſert recepturũ probare duodequinquaginta aureos ſe in bonis haudquaq; habere. Quam ſane meam ſententiam obfirmari poſſe crediderim per. l. nõnulli. ff. de accuſationibus, vbi pauper qui minus, q̃ quinquaginta habet aureos, ab accu/ſatione ſumouetur. Cum alias pauper dicatur, in cuius facultate non ſunt cen/tum aurei. Deniq; pauperem aliquoties ex vulgii opinione iudicamus glo. in Auth. Præterea. C. vnde vir & vxor. De quibus omnibus remiſerim te ad Bart. in. l. ſi conſtante. ff. de ſol. mat. Ange. l. ſi mater. C. qui bo. cede. poſ. dom. in. c. quo iure. 8. diſ. &. c. & prohibetur. 2. q. 1. glo. in Auth. de hære. & falci. Pannor. c. quod ſuper iis not. 4. de voto. gloſ. in ſumma. 21. q. 1. Sed forte & ipſi paulo poſt aliqua ſubiungemus, quibus aliorum diſſidia facilius ſis reſoluturus.

Inſti. §. ſed & noſtra de/ ſucceſ. libert.

¶ ITEM PROPTER ADVERSAM.

COLLIGE ADVERSAM quoq; valetudinem excuſare a tutela. l. nõ ſolum §. fi. ff. eodem. Et quidem non a ſuſcipienda modo verum etiã ſuſcepta tutela. Modo ea ſit, quæ obſtet, quo minus quis rebus ſuis ſu/pereſſe queat. In qua tamẽ re Vlpianus inquit valetudinem vel ad tempus, vel in perpetuum excuſare ſolere, prout valetudo eſt, qua adficitur. Et ſane ſi dili/genter quaſq; in omni iure leges inſpexerimus cognoſcere erit, aduerſam va/letudinem, non ſimulatam, in omnibus negociis vel maxime arduis auxilio eſſe, & quidem eouſq;, vt ſententia aduerſus ægrotum non præſentem in iudi cio lata nullius habeatur valoris, ſi ſcienter fuerit pronunciata, nõ etiam igno ranter, tum enim valet, verum ægrotus deinde in integrum eſt reſtituendus. Quo circa Cautionem a Barto. aliiſq; datam ſcimus. IVDICI ægritudinem eſſe denunciandam. Qua in re q̃ mihi aduerſa, quam decem pene annos per/tuli valetudo & nocuerit & profuerit dicendi locus non eſt: nempe narratu/rus idipſum, tempus non inuenirem.

l. & nõ & l. id Vlp. ff. e. l. ſed etſi vn⁹ §. cũ aũt. ff. de iniuriis. c. quære lau. procura. l. in rebus. § poſ ſunt. ff. cõ/modati. l. quæſitum ff. de re iud.

¶ SIMILITER EOS QVI.

COLLIGE LITERARVM expertes a tutela excuſandos. l. athletæ. §. de ruſticis. ff. eodem. Non tamen eius ſcribit Vlpianus excuſationem accipiendam, qui etſi neget ſe literas ſcire negotiorum ſit expers mini/me. Quare Paulus interdum mediocritatem præbere excuſationem ſecundũ Adriani & Antonini diuorum epiſtolam tradidit. Noui equidem & ad faciẽ habeo (vt dicitur) ipſam cognitos, qui licet Analphabetici ſint ingenii tamen acrimonia & cõſilii potentia non mediocriter literatos longo poſt ſe interual

ſo in rebus vel arduis gerendis relinquant Quorum ex numero omniũ in pri
mis poſuerim Generoſiſſimũ Baronem Ioannem a SCHVARTZENBER/
GIO Mecœnatem meum multo clariſſimũ. Cuius animi fortitudinem, inge
nii ſubtilitatem, in conſiliis ſapientiam, & ad arguendũ inuentiones nunq̃ ſa
tis demirari potui: nempe cui in eo Heroũ genere parem hauddum reperierim
SECVNDO col. literatos & doctos illiteratis ac indoctis præferendos, & ad
officia non vtroſq; pariter ſumendos. Nempe omnibus honoribus eruditos
(ſi modo eruditioni virtus ipſa, ſine qua illam nihili pendo, coniuncta ſit) exor
nandos. l. 2. C. de poſtulando. Libertini nimirum, ſi literis ſunt eruditi, aduoca
re poſſunt. Et in Auth. de iudiciis. vbi Imp. legum imperitos fore iudices, de/
legatoſq; noluit. Hanc & recte & pie ſanctiſſimi illi põtifices ſtatuiſſe videri poſ
ſunt, vt in quibuſcũq; ad honoris dignitatiſq; culmina electionibus eligendi,
promouendiq; eſſet literarum ſcientiæ, monui honeſtatis, vitæ virtutis ratio
habenda: & quidem adeouſq; obſeruanda, vt aliquoties vel in cæteris minus
idoneus, ſi ſit & literatus & virtute prælitus, diſpenſatione (vt ita dicam) qua/
dam, honore decorari poſſit. VOLVERE & illi ſæpiuſcule, ratione ſuffragan
te, circa perſonas literatas diſpenſationem admittẽdam, eaſq; melioribus ho/
norandos beneficiis. Quorum ſane decretis qui & diligentius & integerius ob
temperet viderim Mediuſfidius neminem, præter Pientiſſimum Patrẽ. AR/
CHIEPISCOPVM PAVLVM ZABARELLAM, præſulem, inquã,
eatenus laudandum, quatenus ipſa virtus cum vera religione coniuncta lauda
ri poteſt: nempe quem ipſam uideas ueram ſuaq; corporis imagine uirtutem
reddere & exprimere, adeo in illum ſe uirtus inclyta impreſſit. Eqdem intuens
illum nõ mihi aliud quam Xenophontis illius Pædiam, totiuſq; uirtutis Ideã
quandam intueri uideor: imo ſi ingenue quod ſentio eloquar: inſpiciens illum
ipſum, uiuidas me uirtutes uniuerſas uidere uideor: Nihil ſane in eo, quod nõ
ſumma ſit laude proſequendum, nihil quod non ſuprema ſit admiratione ex
tollendum. Totus ille ſapientia, totus Theologia, totus integritas, totus can/
dor, totus relligio, totus ſanctimonia, totus erga optimos quoſq;, & quidem
doctos fauor, præſidium, pietas. ILLE EST qui omni uirtutis laude ſuorum
eſt maiorũ præclariſſimorũ ueſtigia ſequutus, indieſq; non tantũ omni gloria
ſeq, ſed lõge ſuperare ſtudet. Haud ſane eſt, cui nõ uel notiſſima ſit. D. FRAN
CISCI ZABARELLAE Reuerentiſſimi, eiuſdemq; in omniũ optimarũ ĩ
primis iuris, artium genere doctiſſimi. E. S. R. Romanæ Cardinalis eruditio,
doctrina, ſapientia, & q̃ maxima dici queat, erga ſtudioſos pietas. Peruagatiſ/
ſimũ hoc apud oẽs uel gẽtes extremas de illo ipſo eſt uerbũ. Solos, & omni
quidem tẽpore, eos eſſe rebus in omnibus iuuandos, beneficio liberaliter affi/
ciẽdos, adq; dignitatum culmina euehendos, qui præ cæteris doctrinam una
cũ uirtute (quarũ Hercle alteram ſine altera eſſe haud cẽſuit) familiarẽ haberẽt.
O nobile, o ſpecioſum, o ſalutare, o diuinum uerbum, ac aureo quidem cala/
mo bracteatis literis depingendũ, & illius generis Primatibus, primoribus, an
tiſtibus nũq̃ nõ cordi habendũ. An autẽ qđ ille ore locutus eſt, corde ſenſerit/

Virtus & eruditio cõ/iuncta
l. ſed & re/probari. §. amplius ff. de excu. tut.
Bal in pe. ff.
Felynus. c. qua: o de magiſtris
c. innotuit de electio;
c. de multa de præbend.

Notandum

Senſiſſe q̄dem, inquã, non modo, ſed vel inter ſexcentos, in vno illo Iuriſcon
ſultorũ facile principe & anteſignano. PANORMITANO, inquã, illo Si-
culo Abbate re ipſa, & liberaliſſimo facto comprobauit: nempe quẽ in Cardi
nalatus iam faſtigio collocatus doctoris vtriuſq; iuris laurea gratuito decora-
uit, decoratum nullo non honore ſublimem reddidit. Quantũ ergo putamus
illum ipſum pientiſſimum virum, firmum Romanæ eccleſiæ cardinem, vel in
eo ſolo viro fouendo & apud deum & hominem promeruiſſe? Certe quantũ
nemo facile dixerit. Quum iure illi accepta ſint ferenda quæq;, quæ is ſua ſciẽ
tia & eruditione innumeris legali pontificiæq; ſapientiæ ſtudentibus bona cõ
tulit, quæq;, credo, ad mundi finem vſq; eſt collaturus. An vero illi vſpiam ſit
ceſſurus Pientiſſimus noſter ARCHIPRAESVL PAVLVS ZABAREL-
LA? Minime. Verũ pari omnino gradu ſequutus illũ vel æquauit vel (quod
clariſſimorum ſemper virorum fuit) longo interuallo ſuperauit. Cuius ſane
teſtes ſunt infiniti pene, iidemq; optimi ac doctiſſimi viri, qui ſolo illius ſuf
fragio, ſola pietate, ſola liberalitate in viros euaſere pclaros. TESTEM HA-
BEBIT & me, quoad ſpirauero: me, inquam, ĩgenio & doctrina, moribuſq;
plane infimum: quem ille nec bene nec male meritũ, ſed homũtionẽ ĩdigniſſi-
mũ, vſq; adeo non dilexit modo, ſed & amauit, vt ardentiſſimo ſuo nequaq̃
amore contentus me neq; cogitantẽ neq; eiuſmodi bñficia petere audẽtẽ vna
cũ ſpectatiſſimo PATAVINAE ACADEMIAE Iuriſconſultorũ collegio
ſanctiſſimarũ legũ inſignibus exornãdũ, declarandũ, deſignandũ, nũcupandũ
q; ſerio liberaliterq; & gratuito cẽſuit. Pro quo vel vnico, eoq; ampliſſimo in
ter alia ſexcenta, beneficio, quantum illi debeam mente conſequi q̃ verbis fa-
cilius eſt. vtrunq; tamen mihi difficilimum. Non eſt igitur, quod incaſſum hic
illius laudũ pconia, meaſq; illi gratiarum actiones ſim aggreſſurus. Cæterum
hæc & alia (deo volẽte) ĩ PANEGYRICO, illi deuote dicato, quã potero am
pliſſime acturus ſum. Ex diuerticulo itaq; paululũ ad iter inceptũ regrediamur.

¶ ITEM SI PROPTER INIMI.

COLLIGE, in teſtamento tutorem ob inimicitias datum (niſi ſe admi-
niſtraturum promiſerit) a tutela excuſationem haber. Latius hoc apud
alios videto. Qui inter compluſcula illud cenſent vnum notandum.

l.1.C.ſi pp inimi. crea. li.10. Vide gloſ. in hoc. § hoc belle exponentem l.1.C.ſi rect. p l. lex Corne. ff. de iniuriis

Eum, qui patri inimicus eſt, filiis quoq; inimicum præſumi, & reliquis in eius
familia. l.2.&.4. ff de libera. cau. l. ſi res prouinciæ. C. Si quacũq; prædio pot.
PRAETEREA & eum meis male velle ac mihi, qui cũ meis init aduerſariis
fœdus. l. liberi. C. de in off. teſt. vide Bald. c. vaſallus. Tit. Si de feudo fu. con-
tro. eũdem. l. athletæ. §. dat remiſſionem. ff. eodẽ. voluit ille ſemper durare ini
micitiam, eamq; præſumi, niſi cõtrariũ probetur. l. ignoret in fi. C. ad exhibẽ
dũ. l. ſeruus. C. famil. Hercis. In Auth. ſi dicatur. C. de teſtibus. Vult & hic Imp.
excuſationi non eſſe locũ, vbi tutor diceret ſe pupilli patrem nõ noſſe, eſſe aũt
locũ, ſi aſſeueraret ſe ibi nõ habere domiciliũ, vbi ſit ad tutelã datus. l. fi. §. fi. l.
illud vſitatum. l. ſed in hoc. §. ſunt & alii. l. non tantũ. §. fi. ff. eodem. Quanquã
nonnihil diuerſi videatur velle. l. heres abſens. §. 1. ff. de iudiciis, vbi qui tutelæ

Vide Abba. in Rubrica. extra. de iudiciis

actione conueniſ, ſe defendere, in eo debet loci, ubi tutelam adminiſtrauit, & ſi ibi domicilium non habeat. Reſponde (vti Gloſſ.) illum ſua ſponte tutelam ſuſcepiſſe, excuſare autem ſe potuiſſe.

SVNT QVI ex iis eliciendum opinantur, nihil referre, an, necne teſtis ipſe cõtrahentes cognoſcat. Id quo eliciant ligone haud ſane videam Cum nemo ſit, qui non dicat plurimum tutorem a contrahentium teſte diſtare.

INTER TAMEN pleroſq; fere omnes Iuris interpretes conuenire animad/uerto. Eum, qui de contrahentium facto, deponit, teſtem oportere cõtrahen/tium habere cognitionem, non vero alias. Qua de re, qui legere volet, remit/to ad Innocen. c. Inquiſitionis. c. cum cauſam de teſtibus, & inibi ſimul Abba/tem Gloſſ. & Bald. l. fi. §. 1. C. de iure delibe.

¶ ITEM PROPTER INIMICITIAS.

COLLIGE inimicitias cum pupillorum patre capitales, nec aliqua di/remptas reconciliatione a tutela excuſationem dare ſolitas. l. athletæ. §. dat Remiſſionem. ff. eodem. Ex quo nimirum loco Vlpiani verba mihi omnino videntur huc transſcribenda: nempe quæ totius contex. noſtri ſint interpretatiua. Dat, inquit, ille tutelæ, & capitalis inimicitiæ creatio remiſ ſionem, facta aduerſus pupillorum patrem, niſi ſecundum teſtamentum tutor datus apparuerit. niſi priuſq; ſcriptum eſt teſtamentum, capitale certamen eis ad inuicem conſtitit: vel niſi antiquior quidem teſtamento eſt inimicitia. Hæc ille. Quibus ego hanc adnexuerim quæſtionem & quotidianam & ſcitu vti/liſſimam: qua quæri ſæpius audiui. QVAS DICES capitales eſſe graueſq; inimicitias & quæ etiam a teſtimonio dando quenq; repellunt? Vna cũ Gloſ. alibi reſponderim, quæ vel ob hominis ſtatum, vel eius bona, horũue maio/rem partẽ, aut a mortis inferẽdæ minis, aut ob Vatinianũ odiũ, aut mortis im precationem, aut criminalẽ accuſationẽ exortæ ſunt. quanq; nõ negauerim ca pitales nõnunq; inimicitias originẽ trahere etiam a re leuiſſima: & ex facto ali/quoties honeſto. vnde Gloſſatorẽ alias dicere permotũ exiſtimo. IVDICIS arbitrio relinquẽdũ eiuſq; dextro iudicio, quæ inimicitiæ habeãtur aut leues aut magnæ. Plenius Pãnor. in. c. Cũ oporteat de accuſationi. Barbatias. c. Ac cedens: vt lite nõ cõteſ. Laufran. c. Quoniã contra. §. teſtium de proba. Quo in loco & D. ANTONIVS FRANCISCVS de doctoribus præceptor meus venerabiliſſimus, ideq; omnis iuris ſapietiſſimus pleraq; ſcitu notatuq; plurimũ proficua cõmunicauit: quæ ſpero in lucem intra paucos dies itura. Adde illis Alexandrum cõſilio. 99. li. 2. Baldũ conſilio. 316. li. 4. Innocentiũ hac in re ſe/quentẽ. Qui inter alia in. c. Cũ oporteat vt ſupra. inimicũ nouiter reconciliatũ ad teſtificandũ nõ eſſe admittendũ adſeuerat Arg. & quidẽ a cõtrario. l. ſcien/dũ. §. fundi. ff. de vſuris, facit. c. Tuas in glo. de Symonia. l. 3. §. fi. ff. de Annuis leg. & cũ inib: per gloſ. adlegatis PRAETEREA, inquit ille, ob leuẽ inimi/citiã a teſtimonio dicendo nõ eſſe repellendũ, quenpiã: minorẽ tamẽ in eo fi/dẽ habendã. Fæcccedus vero tũ ad iudicis pertinere arbitriũ opinatur per. l. 3. ff. de quæſt. Latiſſime videas hæc tractantes, Ang. Bald. Raphaelẽ Com.ſẽ..

Auth. de teſt. §. ſi vero glo. l. 1. ff. de his qbus vt ind. Gl. c. cum oporteat. de accuſa.

Facit. 3. q. 5 ca. 2. Lu... Ro. co. 352.

Imo eſſem in.l.filio quem.ff.de leg.1.Bart.& Salycetū in.l.liberi.C.de Inoff. teſt.l.3 §.fi.ff.de Adimen.leg.l.cum tabulis.§.1.ff.de iis qui vt.

¶ITEM MAIOR SEPTVAG.

l.3.ff.de iure i.munitatis. l.1.c.q.mo. aut æt.l.1.C. qui ætate ſe excu.li.10.

COLLIGE Maiorē ſeptuaginta annis, a tutela excuſari, vigintiquinq; minorē vero annis non modo non excuſandū, ſed nullo quidem modo ad tutelā admittendū.l.2.ff.eodem. vbi latius cauetur eum oportere exceſſiſſe ſeptuaginta annos, aut tēpore illo, quo creatur, aut quo quis hæredi tatem adierit, aut quo cōditio, quæ teſtamento inſcripta eſt, completa eſt, non etiam infra excuſationis tēpora. Eſt autem ætas ipſa (vt inibi traditur) aut ex natiuitatis ſcriptura aut ex aliis demōſtrationibus legitimis: puta teſtibus, inſtrumentis, parentibus probāda. Qua de re nuper multa cū I.V. doctore eminentiſſimo VITO VVERLERO Aenea meo fidiſſimo ſapiētiſſimoq;. LOCVS hic poſtulare videtur, vt dicā qua ætate quis iure poſſit ab officiis & muneribus liberari: nēpe, qua de re nō omnino inter ſcriptores conuenit. Seneca nimirū de vitæ breuitate libro ſcribit, Senatorē ſexagenarium ab officiis vacare ſolitū, & alibi idem inquit, Senatorē poſt ſexageſimum quintum annum in curiā venire non cogendū, & legē ſane a quinquageſimo anno militē non legendū, a ſexageſimo anno Senatorem non citandū. In cuius ſententiam ire videtur Plinius Iunior, Quæ, inquiens, leges maiorem annis ſexaginta ocio reddunt. Iuris tamen cōſulti, Vlpianus, Modeſtinus ſeptuageſimū annum aſſignarunt, interdū quinq; amplius, vt a tutelis & curationibus vacationē haberent. Deniq; a muneribus tantū ciuilibus: nam ſi honores coniuncti ſint patrimonio, non excuſantur, id quod latius alibi tractat Vlpianus. Varro item Romanorū, Ciceronis iudicio, doctiſſimus ſexageſimum ætatis annū a negociis publicis liberū expeditūq; eſſe refert, ac inde adagionem natū, Sexagenarios per pontem mittendos: quoniā ſuffragiū nō ferebāt; quod ferri per pontē erat ſolitum proinde dictū, Sexagenarios de pōte eiici oportere non, vt pupillaritas perperam intelligit, necādos. Non tamen me latet in Græcis extare prouerbiis Sardiniæ incolas ſupra ſeptuaginta annos Saturno ſacrificari. Vti autem licebit (veluti doctiſſimus & maximus noſter docet ERASMVS ROTERODAMVS) eo prouerbio vel in ætatis odium, tanq; ad nihil iam vtilis, & ab omni vitæ munere relegādæ, vel ſimpliciter in eos, qui propter ætatis imbecillitatem rude iam donati ſunt, ac ſolitorum munerū vacationem acceperunt. Horum autem pene omniū meminit Plato li. de legibus.6. Macro.lib.Sat.primo. Oui.i li. faſt. Nonius Marcel. Feſtus itē Pomp. Sanctē autē & rectiſſime mihi a legū latoribus ſtatutū videtur, vti ſenio cōfecti iā tandem ocio ac requiei indulgerēt: nimirū, vt qui prima vitæ tēpora & media patriæ, extrema ſibi ipſis impertire deberēt. Debēt autē illi ſuā, quā degūt, ſenectutē nō turpi ſed honeſto, liberali, literarioq; ocio viriſq; digno dedicare, & ad eū plane modū, quē Cicero alias, tū in Catone Maiore i primis præſcripſit. Decet, pfecto ſenē diſputare multū, audire multū, cōſulere multis, multū lectitare, cūq; plurimū ſciat, quottidie tamē aliquid addiſcere: nēpe, qd ita ſeneſcere oportet virū, qui

Senectus Aetas Vacatio munerum

l.maiores. de iure imu. l.1.&.3.c q ætate l.in honori bus.ff.de vacatione mu. l.4.ff.de iure imu.

Officia ſenū Notabilia

magiſtratus ampliſſimos geſſerit, exercitus rexerit, totūq; ſe, reip. quandiu de/
cebat, optulerit. ita tandem hoc poterit Græcū verbum multis protritum iu/
re ſuo vſurpare γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος: quod eſt Diſcēti aſſidue
multa ſenecta venit. Eſt autem Solonis Pentameter. Cuius, & in lib. de rep. 7. Notanda
Plato mentionem facit: hicq; hiſce a quibuſdam verbis citatur Seneſco ſemp
multa addiſcens. Hinc Seneca in quadam ad Lucillum epiſtola ait: Tam diu l. apud Iu/
diſcendum eſt, quam diu neſcias, etſi prouerbio credimus: quā diu uiuas. Qd' liană. ff. de
factitaſſe IVLIANVM Iuriſconſultū alias admonuimus, & Pompo. fideicō. lib.
SECVNDO col. Senectutem eſſe uenerandā, ſenioribuſq; ſuū ſemper hono Senectus ve
rē deferendū, ac multa ob ſenectutē concedi, quæ alioqui minus fierent. l. pro neranda
uidendum. C. de poſtulan. l. ſemper. ff. de iure immu. vbi Caliſtratus ſcribit ſe/
nectutem ſemper in urbe uenerabilē fuiſſe, maioreſq; olim eundē pene hono/
rem ſenibus: quē magiſtratibus tribuiſſe: & circa munera quoq; municipalia
ſubeunda eundē ſenectuti honorem ab illis eſſe tributum. Verba ſunt plane au/
rea, quibus & patrum ſanctiſſimorū ſententiæ, & literæ quoq; ſanctæ tam ue/
teris quā noui inſtrumenti non diſſonant, nec Aethnicorū documenta reluctā/
tur, in quibus equidem, ſenectutem quōdam, & eam probam & caſtam (cuiuſ c. porro. diſ.
modi ipſam eſſe oportere Pontificū multis admonent decreta) in non uulga/ 54. c. tanta.
ri fuiſſe honore inuenio. CONSTAT ex iis, quæ ſupra ex A. Gell. tranſcripſi 8 diſ. c. illud
mus, apud Romanorum antiquiſſimos neq; generi neq; pecuniæ præſtantio 13. q. 2.
rem quam ætati tribuere ſolitos: maioreſq; natu a minoribus ad deum prope A. Gel. li. 2. ca. 15.
& parentum uicem cultos, atq; omni in loco, inq; omni honoris ſpecie prio/
res, potioreſq; habitos, a conuiuio quoq; (ut ſcriptum eſt in antiquitatibus) ſe/
niores a minoribus domum reductos, eumq; morē accepiſſe Romanos a La/
cedæmoniis traditum. Hinc præclare adſtipulatur Iuuenalis Poeta Satyrico/ Iuue. ſa. 6.
rum, mea ſententia, multo omnium princeps. Cum ait. Credebant tam gran/
de nephas, & morte piandum Si iuuenis uetulo non adſurrexerat, Et ſi Barba
to cuicunq; puer, licet ipſe uideret plura domi farra, & maiores glandis acer/
uos Tam uenerabile erat præcedere quatuor annis. CAETERVM oportet
copiæ moderari. Si etenim, quæ huc pertinerent, cuncta cōmemorare uellem
& dies & locus me deficerent. Itaq; ut aliquando finem faciam: poſtremo opti
mos quoſq; uelim adhortatos, ſenes, eoſq; integros, bonoſq; uenerentur, qui
q; ſenes olim euadere concupiſcunt, ſenes in honore habeant. Id quod unum
mihi eſt ſpei, qua uel repugnante natura (quæ mihi imbecilla eſt atq; infirma)
diuturniorem mihi uitam fore prorſus perſuadeam, quippe, qui ab ineunte
ætate ſemper in reuerentia uſq; adeo habuerim ſenes, ut apud me in uerbum
pene diuulgatiſſimum abierit, Veneranda ſenectus. Eo uidelicet utens: ubi quē Nauſeæ ver
piam ob ſenectutem, aut rerum multarum peritia canitie decoratum conſpi/ bum
cio. Qualis inter omnes unicus extat & ſingularis Pientiſſimus meus ARCHI
PRAESVL PAVLVS ZABARELLA. Cuius porro uenerabile caput ue
neranda, decorat canities, quæ plane non tam ſapientiæ gloriā, quā æternæ
gloriæ ſeniū præſeferet: qd' haud dubio illū ipſum Reuerēdiſſ. antiſtitē, præſulē

vere felicem, ad æternī beatitudinē ſubinde ductură eſt. Quo, vt me deus ad/iuuat, neſcio an aliud mihi magis ſit ex voto, quod ꝓ tantope toto exoptē pe ctore, hinc deſiderii me cōpotem mei fore certius certo crediderim. Sed de iis alias plura. SCIO HOC pariter loco a nōnullis ætatum diſtinctionem, quā ſubiungere paulo ſupra polliciti ſumus, ipendio deſiderari: qbus, vt ſimul cū aliis gratificer neceſſum eſt longioribus verbis ignoſcať: Mea enim eē cenſuē rim, nihil q̄ ꝥ prodeſſe poſſit, aut eruditionē quanlibet adiuuare, ſilentio inuō luere: quan ꝗ minime futuros ignorem, q mihi tantā animi mei facilitatem, & obſequiorū promptitudinē vitio ꝙ laudi magis ſunt verſuti. Verū, eſt eius, q̄ prodeſſe multis ſtudet, quiq; publicæ ꝙ priuatæ vtilitati plus defert, nullius nec odio, nec inuidia, nec obtrectatiōe cōmoueri: ſed illud vnū agere, qđ ſua inter eſſe cognoſcit. fruſtra profecto laborat, litu ſq; arat, & in aere piſcatur qui ſpē rat hoc ſe effecturum quod cunctis placeat, cum qui id potuiſſet ſub cœlo vel a mūdi initio hauddum vixit, nec etiam agnitus eſt. Quid quod CHRISTVS DEVS OPT. MAX. omnipotenſq; hoc ipſum cum in terris homo verſaretur minus præſtitit: adeo nemo non ſe MOMI VM eſſe vel ambit vel moli tur, & lingua maledica nemini parcit. Transeamus ideoq; illa. Aetatē ita ob/ſeruaui Tuberone apud A. Gell. teſte a Seruio Tullio Populi Romani rege, cū is illas quinq; claſſes iuniorum cenſus faciendi gratia inſtitueret, diſtributam. Pueros etenim exiſtimatos, qui minores eſſent annis ſeptēdecem, Atq; inde ab anno ſeptimodecimo, quos idoneos iam eſſe reip. arbitraretur, milites ſcri ptos, eoſq; ad annū quadrageſimum ſextum iuniores, ſupraq; eum annum ſe niores appellatos fuiſſe. eoq; tria dumtaxat ætatum diſcrimina, Pueritiæ. ſ. & Iuuentæ, ac ſenectæ ex ea prudentiſſimi regis cenſione notata. CAETERVM video demum ab aliis non vndecunq; authoribus adſpernandis aliam ætatū eſſe traditam diuiſionem: nimirum ſeptem diſcretam ordinibus. Infantia, vt/pote & hæc periculis ſubiecta. pueritia, multis infirmitatum flagellis obnoxia. Adoleſcētia, cuius via eſt incertiſſima. Iuuenta, amoribus obruta. virilitas, glo riæ ſtudioſa. Senecta: morti propinqua. Decrepitudo, mortis ſimillima. Ferūt ſingulas haſce ætates numero ſeptenario conſtitui, ac ſingulas a ſingulis ſepte nario diſtare numero. Id quod in frontiſpicio Iſagogarum noſtratum in Tit. Iuris Ciuilis operis latiſſime ſumus proſequuti, Cæterum, quoniam hac in par te in eam ætatū ſcriptionem deuenierim, mihi equidem facere videre videor rem & lectori & auditori non tam iucundam ꝙ proficuam, ſi quæ ea de re Ma crobius ille vir ſummæ, eiuſq; remotiſſimæ doctrinæ philoſophus poſt ſe ſcri/pta reliquit huc trāſcribere: nimirum libenter mutuum reddituri. Ille itaq;, cū iam tandem totam hominis adhuc in matris vtero efformationem collegerit, ſubinde hæc adiicit verba. Item poſt dies ſeptem iactat reliquias vmbilici, & poſt bis ſeptem incipit ad lumen viſus eius moueri, & poſt ſepties ſeptem libe re iam & pupulas & totam faciem vertit admotus ſingulos videndorum: poſt ſeptem vero menſes dentes incipiunt mandibulis emergere, & poſt bis ſeptem ſedet ſin e caſus timore, poſt ter ſeptem ſonus eius in verba prorumpit, & poſt

A. Gel. li. 10 ca. 18.
Aetatū di/ſtantiæ. & diſcrimina.

quatuor ſeptem non ſolum ſtat firmiter,ſed & incedit. Poſt quinquies ſeptẽ incipit lac nutricis horreſcere,niſi forte ad patientiam longioris vſus cõtinua ta conſuetudine protrahaẽ, poſt annos ſeptem dentes, qui primi emerſerant aliis aptioribus ad cibum ſolidum naſcentibus,cedãt,eodemq; anno,ideſt, ſeptimo,plene abſoluitur integritas loquendi, vnde & ſeptem vocales literæ a natura dicuntur inuentæ,licet latinitas eaſdem modo lõgas, modo breues pronunciando quinq; pro ſeptem tenere maluerit. Apud quos tamẽ, ſi ſonos vocalium,non apices numeraueris,ſimiliter ſeptem ſunt, poſt autem bis ſeptẽ ipſa ætatis neceſſitate pubeſcit. Tunc enim moueri incipit vis generationis in maſculis,& purgatio fœminarum. Ideo & tutela pueris, quaſi virile iã robur abſoluitur,de qua tamen fœminæ propter votorum feſtinationem maturius biennio legibus liberantur:poſt ter ſeptenos annos genas flore veſtit iuuenta, idemq; annus finem in longum creſcendi facit. Et quarta annorum hebdo/mas impleta ĩ latum quoq; creſcere vltra iam prohibet:quinta omne virium, quantæ ineſſe vnicuiq; poſſunt,complet augmentum,nulloq; modo iam po/teſt quiſq; fortior fieri, inter pugiles deniq; hæc conſuetudo ſeruatur, vt quos iam coronauere victoriæ,nihil de ſe amplius in incremento virium ſperent, q vero expertes gloriæ huius vſq; illo manſerũt a profeſſione diſcedãt. Sexpties vero ſeptẽni anni,ſeruant vires ante collectas,nec diminutionem,niſi ex acci/denti euenire patiuntur,ſed a ſexta vſq; ad ſeptimam ſeptimanam fit quidem diminutio,ſed occulta & quidem detrimentum ſuum aperta defectione non prodat, ideo nõnullarum rerũpub. Is mos eſt, vt poſt ſextam ad militiam ne mo cogetur, in pluribus datur remiſſio iuſta poſt ſeptimam. Notãdum vero. Quod cum numerus ſeptem ſe multiplicat facit ætatẽ, quæ proprie perfecta & habetur & dicitur, adeo vt illius ætatis homo, vtpote, qui iam perfectionẽ & attigerit,& necdum prætererit,& conſilio aptus ſit, nec ab exercitio virium alienus habeatur. Cum vero decas, qui & ipſe perfectiſſimus numerus perfecto numero.i. ſepta diſiungitur, vt aut decies ſeptem, aut ſepties deni computenẽ anni:hæc a phyſicis creditur meta viuendi,& hoc vitæ humanæ perfectũ ſpa/tium terminatur, quod quiſq; exceſſerit ab omni officio vacuus, ſoli exercitio ſapientiæ vacat,& omnem vſum ſui in ſuadendo habet, aliorum munerum vacatione reuerendus. A ſeptima enim vſq; ad decimam ſeptimanam pro ca ptu virium, quæ adhuc ſingulis perſeuerant variantur officia. Hæc ille eruditiſ ſime. Quæ Aedepol euidenter omnibus, quæ hucuſq; dicta ſunt, lucem infun/dunt, ac intellectum adminiſtrant multo limpidiorem. Faceſſat proinde õſor malignus, qui mutuum hoc vitio mihi vertit: quũ vtiq; honeſtius ſit, q̃ in fur/to deprænẽdi Vide Ioã. And. in proemio Sexti Decre. in verbo perfectus, pet belle hac de re differentem.

FVERE NIMIRVM qui vltimam vitæ partem eſſe difinierunt annum cen teſimum:nec mori debuiſſe quenq̃, niſi qui centeſimum ætatis annum cõpleſ ſet. Quam quidem alteram opinionis iſtorum partem perbelle grauiterq; re/fellit C. Lactantius diſertiſſimus ſcriptor in omniũ pulcerrimo de opificio dei

in c. tamẽ. 2. decretorũ 35 q. 4. hois ſex ætates. tradũtur ab Iſidoro li. 11. ca 6. Ae/thimeie. l. ſi. C. de ſac eccle.

libro cap. 4. Placuit & Imp. alias tum quoq; Iuriſcõſultis centeſimũ hominũ ætatis annũ longiſſimũ eſſe ac dici tempus, eũq; annũ eſſe longeui hõis finem. Cũ eni vſufructus legatus morte legatarii finiat. Quæſitum eſt, Quid Iuris, ſi vſufruct. eſſet legatus municipibus: nempe q eo ſane caſu neq; morte neq; facile hõis capitis diminutione periturus eſſet: qua vtiq; ratione inutilis foret ꝓprietas: vſufructu ſemp aſcendẽte? Quo vſq; igitur tuendi ſunt in eo vſufructu municipes? cẽtũ annis placuit tuendos, qa is vitæ longæui hominis eẽt terminus. Vides igitur a multis multiphariam cenſeri ſenectutẽ, & quidem rationũ diuerſitate, & perſonarũ & negotiorum. Cũ enim diuerſis eſt conditio, naturaq; diuerſa, huic morbis (q mortis ſunt nuncii plerunq;,) obnoxia, illi perpetua pene valetudine proſpera vigens, Non eſt mirandum ita pleroſq; ſuas hac in re opiniones variaſſe. Nõ eſt q neſciat ſenes, qui annũ complerũt ſeptuageſimũ ad teſtimoniũ, ſenectutis reuerentia, nõ cogendos eſſe. Nihilominus ſi cuiuſpiam in cauſa quapiã mihi opus foret teſtimonio, iſq; annũ dumtaxat quinquageſimũ agens morti ſenectutiq; appropinquaret, poſſum a iudice petere, vt eundem teſtimonii examinet: ne ſenio cõfectus inopinatam forte mortẽ obeat. Nimirũ, hoc non debuerim caſu mendacii argui, qđ ſenem appellarim, qui hauddum ad annũ peruenerit ſeptuageſimũ: quoniã inibi timor mortis in cauſa eſt, ſtandũ ea propter erit in illius cauſa iudicis arbitrio, an ſenex ille ſit habendus. Sic etiam in pubertate ipſa dicere ſolemus, quæ licet completa perhibeat anno. 14. In matrimonio tamẽ, quando quis generare poſſit, conſideratio eſt: quia tũ menti (quæ ſemper vna cũ verbis eſt attendenda) iuris ſatiſfactũ arbitrat. Adde & eandem pubertatem quãdoq; perfectã cẽſeri anno in maſculis decimooctauo in fœmellis anno quarto decimo, & illud alimentorũ cauſa, quæ ad pubertatem vſq; legata ſunt. Id quod ego pietatis intuitu, & alimẽtorum fauore fieri omnino crediderim, queadmodum ex verbis alibi Modeſtini facile colligi poteſt. Quo loco memini aliquos nuper a me q̃rere, Quare. l. minorem puellis q̃ pueris inibi ætatem diſpoſuerit: cum vtiq; hæc illis q̃ iis plus fauere debeat? Cui ſane ſuo loco ſum reſponſurus. Hic enim omnia doceri nec volunt nec poſſunt. Vereor etenim ne alioqui dentibus Theoninis, qđ longior fuerim, corrodar. Pergamus igitur ad alia præpropere.

.hn vſufructus. ff. de vſufruct. l. ſi vſufruct9 ff. de vſufruct. Varia hominũ natura. Inno. lo. And. Abbas i. c. ſi. vt lite non conteſt. l. 2. §. ſi ff. d decurionib9 Morbi. c. l. d teſti. cogẽ & l. inuiti ff. de teſtib9 c. inuiti. 4. q. 3. l. pupillus. ff. d: verb. ſigni. c. puberes de ſpon. Imp. glo. in ſumma. 20. q. 1. l. mela. § 1. ff. de Alimẽ. leg.

CIDEM ET IN MILITE.

COLLIGE militi a tutela non opus eſſe excuſatione quũ ad eam nevolens quidem ſit admittendus. l. ſed & milites. ff. eo. quæ ſane lex de veterano videtur intelligi, & ad Iacobi Aretini opinionem plurimum facere cæteris vero aduerſari. Id quod in præſentia non diſcutiendũ eſt: nec pariter eſt & temporis & loci reſpondere quæſtioni: QVA QVAERVNT an milites noſtræ tempeſtatis eo: quo olim, priuilegio in omnibus perfruantur: cum quod alii vbertim, tum & ipſi eam rem libro noſtrarum Iſagogarũ quadringenteſimo nono. Sub titulo de re militari abunde tractauimus, tractaturi quoq; poſt hæc loco ſuo, eoq; magis conſentaneo. Rectius itaq; huiuſce rei ſtudioſum illuc remitto. Vnum modo hic ſubiiciendum ex re puto, quod &

pluſculi ſcire flagitarunt. Vtrum, videlicet, CLERICI, qui & ipſi Chriſtianæ
militiæ milites ſunt, cunq; cæteris militibus plerunq; pari gaudent prærogati/
ua, tutelæ acceptandæ excuſationem habeant? Reſponderim Epiſcopos, præ/
ſbyteros, Dyaconos, Subdyaconos, monachos (licet ii clerici non ſint maxi
me in materia odioſa) ipſo iure omnis habere tutelæ immunitatem, imo & cu
ræ Vniuſcuiuſq;, modo diuinis officiis deuoti ſint, ita enim a Leone Auguſto
ſtatutum eſt: & iure ſubinde pontificio receptum· Alibi tamen (vtpote. 31. q. 3)
clericis videtur tutela curaq; interdicta· Cæterum intelligas id ipſum de teſta/
mentaria tut· legitimā enim ii ipſi obire poſſunt· PRO QVORVM omniū
vera declaratione ſcire oportet ex Gloſſatoris alias ſententia Clericos ad nul/
lam plane tutelam cogendos, legitimam tamen, ſi voluerint, acceptare poſſe
86. diſ. c· peruenit. hocq; plurimorum opinione ſingulare ipſis eſſe priuilegiū,
vt queant aduerſus Iuris ciuilis leges alicui ab inteſtato etiā ſuccedere, nec ta/
men ad recipiendā tutelam cogi. Quamq; hiſce vel omnibus aduerſari putetur
.§. Amabiles deo. In Auth. de ſanctiſſ. Epiſcopis. Quo videtur nec Epiſcopum
nec monachū legitimam poſſe tutelā ſuſcipere· Verū illi Auth. cēſuerim dero
gatum per. c· peruenit vt ſupra. quo crediderim & Epiſcopū & monachum le
gitimā nō etiam aliam obire poſſe tutelam· ADDIDERIM Omnes ſine diſ
crimine clericos ad miſerabiliū pſonarū tutelā teneri· Veluti accipere quiſq; vel
mediocriter eruditus pōt ex. c· puenit vt ſupra· & · c. 1. 78. diſ. c· eps gubernationē
eadē diſ· HAEC HACTENVS, q̄ mihi forte nō iportune hoc loco, qm̄ fre
quentiſſime accidūt, fuere enarrāda· Q d' harū eſt rerū reliquū, cæteri pſtabūt.

gloſ. l. miles ff. de re iud. Bald l mu/ lierē ff. d iis qui vt iud. l. miles. § mu lier. ff. d teſt. mili. c 1. de. cle. Egro. c. fi. ne cle. vel. l. 6 c. nullus. d fo ro cō. c. clericis de imu. eccle. l. 6. c. aliqui. de priui. l. 6. cle. 1 de cōſ. & aff. c. gene raliter. 16. q. 1. 21. q. 3. c. Cy prianus. 88. diſ. c. epis. Inſti d leg. pat. tut. l. 1. ff. d ſuſ. l tut.

¶ITEM ROMAE GRAMMATICI.

COLLIGE qui Romæ Gramaticē vel Rhetoricē uel medicinā aut in
patria ſua docent, a tutela & cura eſſe ſolutos. l. ſi duas. §. Grāmatici· l.
ſed & reprobari. §. ſunt autem. ff. eodem· l. fi. §. fi. ff. de mu. & ho. l. me/
dicos. l. fi. C. de prof· & Medi. Quantus autem uel ſingularū quarūlibet artiū
debeat eſſe quouis in loco numerus profeſſorum docentiumue, quiſq; ad un/
guem edocebitur. l· ſi duas ad finem uſq;. Quem uero ad modum, qui ad do
cendi prouintiam, ueluti legum doctores, tendūt & examinari & probari opor
teat & debeant. Docebit. l. 1. §. Aduocatos una cum gloſſ· & aliis, q ſubide ſcri
ptitarūt doctoribus, ff. de uariis & extra. cog. l. magiſtros. C. de profeſſo. li· 10.
Qua de re ſuo etiā loco nram ſentētiā minime reticuimus. Hoc tn̄ ignorandū
nō eſt: ſingula pene publica ſtudiorum Archigymnaſia ſuis propriis fungi Sta
tutis: iis rigidioribus, illis mitioribus, aliis melioribus: aliis peioribus Hoc mihi
exploratū uel meo eſt periculo PATAVINAM SANE ACADEMIAM
omnium multo & optimis & integerrimis uti ſtatutis & a iure ipſo cōmuni,
quantum ad examinis rigorē attinet, parum uel nihil declinare illis nimirum
cauetur, qui Iuris uelit inſignibus decorari in publico: ſi ſit Patauinus, aut qui
gratuito, dei opt. gratia lauream cupit, legalium ſe quarundam controuerſia
rum diſputatione approbet: Id quod ipſi pariter in frequentiſſimo audito/
rio fecimus: cum repeteremus famoſiſſimam. l. edita. C· de edendo.

Laus pata/ uinæ Aca/ demiæ.

AD PROPOSITVM iā tandē. Qui poſtq̄ ita diſputādo piculū fecit, lau/ reā accipit tribus nō paucioribus antea examinibus approbatus: vno a doctoribus q eum præſentant ac promouēt (vulgo ita loquūtur) altero nimirū priuato a doctoribus, tertio ſane publico examine: in cōuentu pene centum vel aliquoties plurium doctorum. Certe videres cætū non ignobilem, nec vlla vacuum grauitate: quem vel doctiſſimus quiſq̄ debeat vel reuereri vel formidare. Cæterum de iis in mea quā doctor deſignatus coram eodem nobiliſſimo PATAVINAE ACADEMIAE præclariſſimorum Iuriſconſultorū conuentu collegioq̄, in Epiſcopio habui oratione latius & vere diſſeruimus. Quibus autem & quot: quantiſq̄ illa ipſa Academia Pat. omniū florentiſſima priuilegiis vigeat, perfruaturq̄: quiq̄ eius fuerint authores, quoue authore authoritatem publici Archigymnaſii receperit locus hic dicendi non eſt, nec ocii tantum, nec in rem: ut dicaē futurum: quando vno libro iamdudū hoc ipſum ſumus exprimere conati. Hinc nihil iis hoc in loco adiicio, quam quod ſcire velim FOEDERICVM Romanorū IMP. eius nominis ſecundum, quum BONONIENSES ciues imperata ab eo non confeſtim effeciſſent, Gymnaſium Bononienſe PATAVIVM tranſtuliſſe ipſum q̄ amplius dotaſſe; vtcunq̄ omniū ea tempeſtate Venetis infenſiſſimus, hoſtiſq̄ acerrimus fuerit, vt & literarum & Statuarum paſſim monimentis eſt intelligere. Hæc ob ſingularem: qua in me vſus eſt hæc inclyta Academia pietatē ſubiicere placuit. Agerē nūc Harpocratem niſi reſtaret, quod ex officio noſtro pariter a nobis depromendum eſt. AIT HIC Accurſius & alibi omnes, qui docent triuium, a tutelæ immunitatē habere, intelligens, vt opinor, Grāmaticen, Logiten Rhetoricē docentes, quoniā illæ ipſe ſint ſcientiæ appellatæ triuiales. quod (veluti Iaſon ille Maynus, vel iure ſuo magnus ſub hoc paragrapho perinde atq̄ ex Tripode ſumptū docet) in vnam tendūt viā omnes tres: ſiquidē ad ſermonem modis tamen, ut ille inquit diuerſis, ſicut quadriuiales, Muſice, Arithmetice, Geometria, Aſtronomia, quod omnes quatuor in vnum pariformiter finē adſpirent. DEMIROR equidem ſæpicule, qua ducti audacia boni iſti patres, & in ſua, alioqui peculiari eruditionis profeſſione oppido ualētes tantas, totq̄ nugas ſine authore, quo ſe ſuaq̄ dicta, ut hac in re moris eſt recepti, tuerentur in linguā latinā, linguarū omnium nobiliſſimā & utiliſſimā inuehere moliti ſint: & ita Iuriſcōſultorū ſtylū, qui a ueteribus illis Iuriſcō. latiniſſimus nobis relictus eſt, adulterare, corrumpere, inficereq̄. Quid cauſæ, quæſo, fuit ut a latinorum Iuris ciuilis authorum charactere, ueſtigio, exemplo tam ſiniſtre deflexerunt? Cum, ni fallor, eodem, quo illi, ſermone uti potuiſſent, quando utriſq̄ eadem fuerit ſcribendi materia. VERVM, inquit quiſpiam, caſus interim nouos emerſiſſe, quibus nouo etiam ſit opus dicendi genere: maxime, cum plura ſint negotia q̄ uocabula. Cui ego. Non me fugit quid Flaccus ille nobilis omnino Poeta ſenſerit, at certe ad libitum, & uniuſcuiuſq̄ arbitrium uocabula fingere non uſpiam innuit. Præterea nūquā inficias iturus ſum, pluſcula in iuris ipſius utriuſque uoluminibus, inueniri, & multa indies, quæ antea

Vide Bald. pulcre diſſerentē in l. conſt. C. § hæc autem.

Triuium.

Triuiales ſcientia.

l. 1. ff de ver. tre inſpici. l. 4. ff. de p/ ſcrip ts: ver. gloſ. fi. inſt. de gradi. cog. Horatius in arte poe. & in l. ad Au/ guſtum

non diſcuſſa ſunt, vſu euenire, quæ ſermonis characterem omnino emunctũ, terſumq; & lectu iucunda: legentibuſq; blanda vocabula admittere nequeunt: nempe quod rerum ſterilis tractanda: ſit nonnunq̃ materia, adeoq; fœda, vt iuſta ſit negotiorum pars aut ruſticis aut externis vocabulis, imo barbaris aliquando, & cum honoris præfatione ſignificanda. Cæterum potuere tamẽ aliquam (vt ille ait) negligentem quandam adhibere, in conquirendis dictionis diligentiam: & non illico, nulla de latini ſermonis caſtitate habita ratione: in quamuis prorumpere barbariem, eamq; (quod impendio officere ſolet) mille exemplaribus, & multo etiam pluribus ad poſteritatem: quaſi morbum quendam contagioſum, demandare. Quod Mediuſfidius hac eſt in parte ab illis alioqui doctiſſimis, clariſſimiſq; viris, neſcio in curia an ingenii tarditate, factum. CVM ENIM, quæ dici poſſent triuiales, ſcientias nobis commonſtrare nixi ſint ſe plane triuiales magiſtros eſſe multum ridicule prodiderunt. Triuiales autem magiſtros Fabius Quintil. appellat, qui in triuiis docebant. Et Triuiales inde ſcientiæ, vt Grammatica, quas pædotribæ in Triuiis ipſis docere ſolebant. Hinc Triuialis & triuiale, a triuio & quadriuio: hoc eſt: vulgaris & vulgare, & triuialiter ideſt, paſſim vulgo, vbiq;. Et habent hæc vocabula quendam in ſe deſpectum extenuationemq;, Vt triuiale carmen, quod ſiniſtro eſt Apolline, Inuitaq; Mineruа compoſitum. Triuialis lingua: hoc eſt, quotidiana, vulgariſq;, qua in Triuiis pueri Grammaticen diſcentes, & plerunq; Coci in culinis vtuntur. Vnde nunc a doctis audio ſcholas nuncupari triuiales, quæ non ſunt publica Archigymnaſia quas barbare noſtrates Studia particularia, alia vero vniuerſalia, pari inertia nominitant. Triuium & quadriuium, pro loco, quo tres, vel quattuor, eunt viæ: etſi aliquando etiam pro loco frequenti inueniatur Iuuena. ſat. 1. Nonne libet medio ceras implere capaces Quadriuio. Horat. in arte. Ne velut inati triuiis: ac pene forenſes. Dicta hactenus vnica hæc & elegantiſſima Iuuenalis carmina obfirmant. Sed uatem egregium: cui non ſit publica uena: Qui nihil expoſitum ſoleat deducere: nec qui Communi feriat carmen triuiale moneta: Hunc qualem nequeo monſtrare & ſentio tãtũ. Fidei quoq; accedit uulgo uerbum protritum, a q̃ Græcis ductum. ἐν τριόδῳ εἰμὶ λο ... hoc eſt. In triuio ſum conſilii. In eos dici ſolitum, qui quid ſunt facturi dubitant, perinde atq; qui peregrinantes in aliquod triuium ueniunt, hærent, quod ex tribus iter ſecure ſit tranſeundũ. Submiror hæc Iaſonẽ latuiſſe, q̃ tñ multis fuit habitus polihyſtor, & mihi quoq;.

Iura poſſũt exponi latinis verbis

Triuiales ſcientiæ. Triuialis Triuiale carmẽ

Archigymnaſia Studia particularia Poeta perfectus

¶ QVI AVTEM VVLT SE.

COLLIGE proponentem plures excuſationes & ex iis, quaſdam non probantem aliis intra Statuta tempora uti poſſe. l. ſcire oportet §. ſcire aute m. ff. eodem. Quod accipies plane per hoc loco gloſſemata & in. l. vt ſupra. HINC pleroſq; uideo elicere. Eum, qui aliquot propoſuit exceptiones, & non probauit iure temporis alias poſſe proponere. Quibus tamen obſtare uidetur. c. paſtoralis de exceptionibus. Quanq̃ minime obſtet, quoniam ibi a iudice, hic uero a lege, cum qua uti Iuriſconſulti cenſuere, q̃ cum ho/

l. pp litẽ. §. q ſe. ff. eodem

l. ſi cũ dies. §. fi. & l. ſe. ff. de arb.

c.paſtoralis de except.

Iſtin e benignius agitur, definitus eſt terminus. Vide in eo loci gloſ. in ver. Nuſlatenus audiantur. Et Pannor. Docte differentem.

QVI EXCVSARE SE VOLVNT.

l. quinquaginta. l. teſtamẽto C. eodẽ. l. quinquaginta. ff. eod.

COLLIGE Se a tutela excuſaturos non debere appellare, ſed in centeſimum ab vrbe, in qua tutores creati ſunt, lapidem conſtitutos habere a ſcientiæ die quinquaginta dies ad excuſationes proponendum. Vltra vero cõſtitutos vnam habere dietam pro ſingulis miliaribus viginti, & triginta dies: modo quinquaginta non ſint pauciores. l. ſcire oportet. pene per totã l. ff. eod. Cuiuſmodi ſane tẽporis, dilationiſq; ſupputationẽ ſubtiliter in. d. l. ex Diui Marci promulgatione Modeſtinus, cuius hic loco poſitus eſt (forte non perperã) Scæuola, recenſet: quẽ & Accurſius ſequutus eandẽ poſuit cõputationẽ. Reliqua apud Chriſtophorũ Porcũ eruditiſſime pſequit Iaſon noſter eruditiſſimus, cui qcq; addendũ nõ cenſuerim, qm̃ opæ ſit pretiũ minime futurũ.

DATVS AVTEM TVTOR.

l. nõ ſolũ. §. & q teſtamẽto ff. d excu.

COLLIGE tutorẽ ad vniuerſum datũ videri patrimoniũ. l. propter litẽ. §. licet datus. ff. eo. Id qđ vel eo dici oportuit, qđ dubitari poterat, qđ faciundũ, ſi pupillus in diuerſis regionibus ſuũ habeat pĩmoniũ, an tutor datus ſe excuſare poſſit? Poſſe, reſpõdet inibi Marcianus, vtiq; a tutela eius qđ in alia eſt prouincia, patrimonii, ita vt non cogatur vltra centeſimũ lapidem tutelam gerere, niſi in eadem prouintia pupilli patrimonium ſit. Cætera apud Bartolum in. l. de pupillo. ff. de tut. & curat. dat. ab iis. Et Cynum alioſq; interpretes. l. 1. C. vbi tut. vel cur.

QVI TVTELAM ALICVIVS.

Arg. l. 1. ff. q a pat. ma.

Ingratitudo Vide. c. 1. q. mod. feu. amit. 12. q. 5. c. de forma. 12. q. 2. c. epiſcopus

Mali ho'is ſigna

COLLIGE, eũ non cogendũ eius eſſe curatorem, cuius fuit tutor. l. tutori. C. de negotiis geſt. & glo. inibi. l. Caius. ff. eo. l. curator. C. eo. Repugnare videtur. l. libertos. C. eodẽ. vbi liberti ad tutelã & curã pariter liberorũ patroni cogũtur, nec vllo modo excuſandi. Reſpõde hoc in libertis, quoniã magnã ſunt a patrono cõſequuti pietatẽ ne ingrati ſint ſpeciale eẽ, ea pꝑter ſecus in aliis conſtitutũ qui inuitis ſunt dñis ipſi. vtpote ex fideicõmiſſo manumiſſi. l. nequaq̃. l. libertũ. §. qui propria. ff. eodẽ, & l. libertus. ff. de Tut. & cura. Et notant hic homines obnoxii ingratitudini quo Mehercle vno vitio ſecundũ & leges & canones aliud eſt ſceleſtius nullũ: nẽpe quo angelorum primus & idẽ pulcerrimus ab æthereo throno ad iferos vſq; magna comitãte caterua a DEO OPT. MAX. deiectus eſt, NOTENT, inquã ſceleſtiſſimi homines iſti ſe nullo plane beneficio dignos, qui vllã pro ſibi benefactis vicẽ rependere, duce Cacodæmone, negligũt imo nolũt. Quo i genere extãt inſignes quidã promiſſores, lactiſq; Gallinacei pollicitatores, quos equidẽ nominarẽ, niſi vel per ſe inſignibus quibuſdã notis nulli non cogniti eſſent Sunt nãq; iſti crine rubri, nigri ore, breues pede, lumine læſi, De quibus ſæpiuſcule mihi ſermo fuit apud præclaros nobileſq; meos diſcipulos auditoreſq;. D. PHILIPPVM, Cyprianũq; fratres Germanos de THON Nicolaũ DE MAL'RVTSTHE Vuolphagãgnũ Roelingerũ Auguſtinẽſem Vindelicũ, iuuenes ſane i

gratitudinis depulſores magis q̃ participes: a quibus nimirũ magna nobis eſt ex ſpe expectatio Transeunt illa. Quæ tamen adiicienda fuere in aliorum admonitionem: quos nollem latere vnumquéq̃ ad remunerandum ſibi aliquem naturaliter obligari, & benefacere illi, a quo ſibi benefactũ eſt. PRAETEREA & hoc eſt in hac parte colligendum. Clericum ab eius eccleſiæ, a quo beneficium recepit, onere iniuncto ſe debere haudquaq̃ excuſare: quum & ipſa loco habeatur pupillæ arg. l. 2. C. de Aduocat. diuerſ. Ind. & .l. libertos. C. vt ſupra ubi Gloſſ. etiamnum hoc notatu dignum putauit.

Nota l. ſed & ſi. §. cõſuluit. ff. de pet. hę. c. illud. §. q. 2. Glo. ex pſentiũ de pig. c. cũ in off. de in off. Inno. Ab. c. cũ deputati § iud.

❡ IDEM RESCRIPSERVNT.

COLLIGE maritum ab vxoris ſuæ tutela excuſandũ, etiamſi ſe immiſcuerit. Id quod & de ſponſa habere locũ creditur. l. 1. §. fi. ff. eodem. Et ait inibi gloſ. hic verbum excuſationis improprie poſitum, quoniam neuter iure dari poſſit. Et ſi datus ſit, dationem non eſſe iure vllam: Eo itaq; loci, ſi latius hac de re ſcire velis, te remitto. Reliqua hoc ſub paragra. luculenter per gloſ. & ſubinde per. Ang. Nico. Nea Ioãne plat. Fabrũ. Porcũ. Iaſonem. diffuſiſſime traduntur: quibus ne nimius uidear, omnino nihil Statui ſubiungere. CAETERVM nõ queo hic nõ reſpondere (utcunq; alias forte opportunior fuiſſet locus) quæſitui, quo cũ Apud noſtros ageremus Germanos a nobis ex facto (quod enim dicturi ſumus principi cuidam Germaniæ longe illuſtriſſimo uſu euenit) quæſitum eſt. An filius patri furioſo eſſe poſſit curator? Reſpondeo etſi Celſo, & aliis pleriſq; idecorum ſit uiſum, a filio regi patrem Pio tantum Imp. placuiſſe, filium ſi ſobrie uiuat, curatorem patri dandũ magis q̃ extraneum. hocq; ab Vlpiano memoriæ proditum. & mihi ſane rationi haud abſonum uideri quũ uix alius filio erga patrem cura ſolicitior fideliorq; inueniri poſſit.

In Auth. de nup. § ſi vero l. his q. § 1. ff. de tut. & cu.

❡ SI QVIS AVTEM FALSIS.

COLLIGE Primo. Neminem falſis excuſationibus eſſe liberatum. l. 1. C. ſi tutor uel curator falſ. allega. ex.

SECVNDO col. Sententiã falſis allegationibus latam nõ modo non patrocinari, ſed uel iure pene eſſe nullam. l. diuus Adrianus. ff. de re iud. VBI IMP. teſtibus pecunia corruptis oppreſſum, probata aduerſariorũ conſpiratione, in integrũ reſtituendũ, remq; ipſam ſeuere uindicandam cenſuit: facit ad hoc. C. Si ex falſis inſtrumentis. Tametſi uiderim & audierim hanc. l. diuus, a uiro non triuialiter Iuriſconſulto in id propoſitũ tum allegari, tamen in rei ueritate huiuſmodi ſententiam iure nullam non affirmat. nec. l. qui agnitis. ff. de exceptioni: quoniam dumtaxat cauit, non excipiendum de re iudicata aduerſus de falſo agere uolentem, quo minus falſi quæſtio examinari poſſit, ſententiam tamen interim tenere non obſcure innuit. Cæterum, quia in utramq; partem alias a Gloſſ. tum & a pleriſq; alias diſputatum eſt, & uerborum multitudine, opinionum diuerſitate rem ipſam, alioqui paruæ ambiguitati obnoxiam, pene inexplicabilem reddiderunt, paucis placet quod ſentio, in medium afferre NON ETENIM BENE TYRO/

l. q agnitis. ff. de excep.

Nota
Vt patet l.1. cõſ.ff.& ibi p Bald. & Bart.

nibus putatim conſultum, In primordiis ipſius artis ea cõmunicare, quæ vix capi poſſunt ab adultis, quæq; in iis Inſtitutionum libris poſtea Imp. inhibuit, dic itaq;, patrona veritate, ſententiam falſis allegationibus aduerſus præſentem latam iure tenere. l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudiciis. l. Diuus vt ſupra. l. 3. & tot. pene tit. C. ſi ex fal. Inſtru. nec obſtare gloſ. in. c. cum venerabilis de except. vt ſupra paulo ante exploſam. Contra vero abſentem falſo latã iure eſſe nullam. §. Marcellus. l. ſi prætor vt ſupra. Dici tamen poſſe etiamnum puto, illiuſmodi ex falſis allegationibus latam ſententiam, quantum ad veritatem, non autem opinionem eſſe nullam, eaq; ratione ipſam, detecta falſitate, obſeruari, & annis. 20. tranſactis viam dicendi nullã cuiuis eſſe præcluſam. Id quod Hoſtienſi viro ſane Iuris, maxime Pontificii, conſultiſſimo perplacet. Si quid vltra a nobis deſideratur, ab aliis petendum velim. Nos quidem ingenium damus, non vero ipſum, vt ambitioſi pleriq;, oſtentamus: prodeſſe malumus multis, quam mihi ſoli inſeruire, aut pompæ, quam ſemper exhorrui, turpiter indulgere. Vide Innocentium latius in hac re. c. cum dilecta. De reſcrip. c. cum Bertoldus de iudiciis. Ioan. Andream. c. cum venerabilis vt ſupra. Bartolum. l. ſi prætor, & alios inibi, vt ſupra. Pannor. c. licet de probat. Raphaelem Comenſem conſi. 68.

Gloſ. l. ſi ex falſis. C. de tráſac. & l. damus. C. de falſis

IN QVAESTIONEM denique venit, quo modo de falſo agi poſſit? Reſpõdeo cum gloſ. alibi & l. Bipharíam vtpote criminaliter & ciuiliter agi. Criminaliter nimirum per. l. Corneliam de fal. Qua conuictus deportatur, eiuſq; bona omnia publicantur. l. 1. §. fi. C. ad leg. Cor. de fal. Ciuiliter tripharíam. Primo actione ad intereſſe in factum. l. qui nomine. ff. ad leg. Cor. de fal. Secundo exceptione, qua actorem ex falſis lata ſententia agentem reus ſubmouet. l. Diuus vt ſupra. Tertio replicatione, quando reus ex tranſactiõe forte, vel alio modo, ex falſis inita exciperet, actor replicare poſſet. Videre tamen latius pro fuerit. Cynum & Barto. l. fi. C. ſi ex falſis inſtru. Cynum. l. fi. C. de fide Inſtru. & fere nullus eſt locus, qui hac re non redundaret. Mihi igitur rectius arbitror de ea quieſcendum, vbi vnum hoc notatu (meo ſane iuditio) digniſſimũ optimos quoſq; admonitos effecero. Iure puta caueri, & ciuiliter, vti diximus, &

l. damus. C. ad leg. Cor. de fal.

criminaliter de falſo agi poſſe, verum electa ciuili actione, interea de criminali ſuperſedendum. Ea autem finita, quæſtionem criminis mouendam, iſtiuſq; conuictum legitimis pœnis ſubiugandum. Hæc hactenus. reliqua doctioribus trutinanda damus.

VIGESIMVS SEXTVS TIT. DE SVSPECTIS TVT. VEL CVRATORIBVS.

TAMETSI tutores, & curatores parentum loco pupillis ſint, & minoribus, illos iure, quod parentes, facere & exhibere vel iure oporteat: vſu tamen euenire adſolet, ut ii pietatis paternæ obliti, dolo magis aliquãdo & fraudæ quam bonitate, & dexteritate pupillorum, minorũq; res gerant, adminiſtrentq;: imo ita plerunq; in illorum & tutelæ & curæ adminiſtratione uerſari conſueuerunt, ut nemini non doli culpæq; iniiciãt ſuſpitionem. Quæ

cum

cum nonnunquam ambigua ſit adeo, vt diſcerni vix queat, iniquum plane viſum
eſt, omnino quenlibet ſuſpicionis ſiniſtre inſimulare: nephaſque eſſe igne pian/ c. ſi. 33. diſ.
dum, in ambiguis abſolutum quenque proferre iudicium, valde pretium ope/
ræ Imp. futurum cenſuit ſuperioribus hunc ſupponere de ſuſpectis. tut. titulum
Cuius & ipſe tractatum Vlpianus alias & frequentem & perquam neceſſarium eſſe l. i. ff. de ſuſp.
vel eo adfirmauit: quoniam quotidie ſuſpecti tutores poſtulentur. Hoc itaque tut.
ſub titulo, vnde ſuſpecti crimen deſcendat, & apud quos aut tutor aut curator
ſuſpectus poſtulari poſſit. Deinde quis & a quo, & quibus de cauſis remoueri ſu
ſpectus debeat, quaque pœna in illum animaduertendum ſit, & eleganter & com
pendioſe tractatur. ET NON eſt, quod hic neceſſario præfari debeat, præter
ſuſpitio voculæ ſignificationem, qua itellecta, intelligitur & pariter, qui ſuſpe Suſpitio
ctus dici poſſit. PRIMVM ſcias a Grammaticis hoc inter ſuſpectum & ſuſpi/ Suſpectus
tioſum fieri diſcriminis, vt hic ſit qui ſuſpitionem de aliqua re in quenpiam ha Suſpitioſus
bet, ille vero, de quo rei cuiuſpiam ſuſpitio habetur. Equidem non ab omni/
bus id obſeruatum differentiæ animaduerto. Teren. in Adelph. omnes, qui/
bus ſunt res minus ſecundæ, magis ſunt (neſcio quomodo) ſuſpitioſi, ad con/
tumeliam omnia accipiunt magis: propter ſuam impotentiam, ſe ſemper ne/
gligi credunt. Saluſt. in bel. Iug. Per idem tempus Bomilcar incœperat ſuſpe/
ctus eſſe regi. Suſpitionem dicere potes alicuius rei, eiuſque plerunque malæ, ſini/
ſtram aliquoties, de aliquo opinionem. Ceu ex hoc Cicerõis exemplo vides. Cic. Phil. 2.
Sp. inquit ille, Caſſius. Sp. Melius. M. Manlius propter ſuſpitionem regni ap/ ad finem
petẽdi ſunt necati. Ex hoc quoque. T. Liuii. Nunquam, inquit, ne ergo illa adeo a vo
bis ſpectata virtus erit, vt ſuſpitione violari nequeat? Et paulopoſt idem. Latæ
deinde leges non ſolum, quæ regni ſuſpitione Coſ. abſoluerent. Q. Curtius
li. 6. Ore velato ſuſpitionem prebuit regi nobiliorem eſſe, quam vt inter conuiua/
les ludos deberet oſtendi. Qui autem tutor ſuſpectus dicatur, in ſubſequenti/
bus erit videre &c.

¶SCIENDVM EST SVSPECTI.

COLLIGE Suſpecti crimen ex. l. 12. tab. deſcendere, iuſque remouẽdi ſu/ l. non debet.
ſpectos tutores Romæ prætoribus, in prouintiis earum præſidibus da/ ff. de dolo
tum: & quencunque tutorem, etiam patronum, ſeruata tamen ei fama, Crimen
ſuſpectum poſſe accuſari. l. 1. §. 1. ff. eodem. l. 1. C. de ſuſpe. tut. Cæterum oppo Accuſatio Glo. l. 1. ff. e.
nit puer ex hoc ergo. §. habeo legem crimini eſſe originem, quando ſuſpecti l. legis. ff. de
crimen a. l. 12. tab. emanauit? Reſpondeo, crimen hic exponendum pro crimi legibus.
nis accuſatione, quæ a lege data eſt. 12. tab. Nimirum legibus crimina puniun/ l. meminerũt C. eodẽ.
tur, non inſtituuntur, veluti patet ſub toto &. ff. & C. de pœnis titulo. Siue hæc l. aut facta
ſint facta, ſiue dicta, ſiue ſcripta, ſiue conſilia. ff. de pœnis
QVAESITVM eſt, Cum crimen ſit legitimum, an eius ſit accuſatio ſcripto l. fi. ff. de pœna. delict.
libello deferenda? Deferendam reſponderim, quando quidem, iure caueatur,
vt accuſationem ſcriptis accuſator deferat. Quanquam pupilli fortaſſis fauore l. reſcrip. o.
hic ſine ſcripto libello fieri videatur & accuſatio & remotio per. l. 3. §. præte/ §. ſi qs. ff. de mune. &
rea. ff. eodem, Sunt tamen qui eundem. §. intelligendum opinantur, quando hono.

Iudex officio inquirit: quibus equidem facile ſum acceſſurus, quũ m plane .l. ip ſa ita videatur intelligi debere. Eſt & alia quæſtionis alterius ſeries. Quæ eſt accuſatoris ſuccumbentis pœna talionis? Infamia reſpõdetur per glo. l. 1. ff. Quæ tutoris ex dolo ſuſpecti, eoq; remoti? Infamia etiamnum. l. fi. C. eodem Iudicis igitur eſt, exprimerere cauſam, qua quis remoueatur non enim ob cul pam quis remotus infamia laborat. Ex multis etiam cauſis aliis quis integra eſtimatione tutela vel cura obire poteſt, vide gloſ. l. fi. C. eodem. Deniq; ob atrocia facta tutores grauiores etiam luunt pœnas, quas tamẽ ex .cauſa. Vtpo te ſi infamis accuſator eſſet, iudex moderari poterit. Ille enim (adeo eius eſt ini bi arbitrium) ſi ſuo decreto remotionis cauſam non expreſſerit (quod impune ei licet) Papinianus cẽſuit remotũ ĩtegra eſſe fama: cui Vlpianus adſtipulatur.

l. hæc enim cauſæ. ff. eo.

l. tutor. § q ob. ff eodẽ

l. 2. glo. ff. vt ita certum: l. hæ enim ff. eodem

POSTREMO notandũ velim. Secure eſſe agundũ & accurate, in libello hac in re contra eum, qui eſt vel amicus vel neceſſarius, ne, quod fieri non debet, illi infamia quapiam impingatur. Non enim aliqua inibi de dolo fieri debet mentio, ſed potius culpæ & negligentiæ CONCLVDATVR ea propter ĩn hæc verba libellus. Peto propterea, quoniã negligens ſit & iners, vt vel remo/ ueatur vel ei cõtutor detur. Sic pariformiter Liberto (cui nõ licet patronum famoſa accuſatiõe accuſare. l. ſed ſi hac. §. ait prætor. ff. de In ius vocan.) faci undum eſt. Neceſſum ſane arbitror eſſe, vt verbis in libello, quoad fieri poteſt, moderetur, &, ni fallor, his verbis recte acturus eſt. Certe, Iudex ex bona fide eſſe haudquaq̃ crediderim, me ex rebus mei patroni minus bene geſtis damno adficiendum. Ita ſemper etiam eſt agendum, ubi vel actione ex delicto in factũ agitur aut aduerſus patrem aut patronum, quorum neutrum infamare conue niat. In ſumma cauti ſimus, ne libe lo utamur famoſo, cui deinde neceſſario reſpondere oporteret ſententiam, & ita famoſam. Bar. l. non debet. ff. de dolo.

Barto. l. fi. tu tor. ff. eod. l. fi. C. eodem

Nota l. q accuſare ff. de accuſa.

l. Infamẽ. ff. de pub. iud.

¶ CONSEQVENS EST VT.

COLLIGE quenlibet, etiam fœminam pietate ductam ad accuſandum tutorem de ſuſpecto admittendum. l. 1. §. conſequẽs. ff. eodem nõ etiã impuberem. l. pietatis. C. eo. l. impuberibus. ff. eodem.

SECVNDO col. Actionem dici publicam quæ omnibus patet ℐ. de publi. Iud. publicum enim ibi dicitur quod cuiuis de populo plerunq; exequi datur. CERTANT hic pluſculi. Vtrum Accuſatio ſuſpecti tutoris omnino ſit publi ca dicenda? Reſpondeo vere publicam non eſſe, quicquid alii longis effundãt ambagibus, quas vbi de publicis iudiciis nobis ſermo erit, partim infringam, partim exoſculabor. Cæterum in propoſito ſuſpecti crimen non eſſe publicũ vel hac ſola vocula quaſi, quam hoc eſſe loco ſimilitudinis non veritatis ſigni ficatiuam Iuſtinianus ſubinde confeſtim innuit, quum in ea mulieres etiam/ num admitti ſoleant. Demiror ideoq; Ioan. Fabrum ſuo, vt pugnax eſt, & in/ genio verſatilis, more gloſſam impugnantem, quando illa eam ob rem qua/ ſi hic poſitum duxerit, quia non cuilibet ſine diſcrimine ea accuſare permitta/ tur. Fateor equidem & mihi quoq; gloſſ. haud ſatiſfacere: attamen non place re Fabii reprehenſionem, quippe quæ ad rem, ne gloſſæ quidem, nihil reſpon

Actio publi ca

Vid. glo. i. l. i facto ff de cõ. & l i pſonã §. ff. de pactis l. 1. ff. d tráſ. l diuortio. §. pũto. ff. ſol. m̃t.

Abbas c. 1. l mag c. 1. de poſt. p. c. ex lris d iurei 1. c preut. de dolo & cõtu.

deat. Mediuſfidius, niſi toto errem cœlo, videtur mihi Imp. hac dumtaxat diſtione quaſi vſus, vt commonſtraret proprie crimen ſuſpecti publicum vel ea non eſſe rationem, quoniam in publicis iudicibus nequaquam fœminæ ad accuſandum, hic vero admittantur. De quibus tamen vel ſingulis, CHRISTO VOLENTE, ſuo loco in vtranque partem accurate diſputabimus.

Quaſi l.1.ff. de accuſa.

TERTIO COLLI. Impuberibus non licere tutores ſuſpectos. Adoleſcentibus vero ex conſilio ſuorum neceſſariorum curatores ſuos facere ſuſpectos licere. l. impuberibus. ff. eodem. Et differt hic a pupillo adultus curatorem habens. Itemdem in hæreditate reſtituenda. l. 1 §. fuit quæſitum. ff. Ad Trebel. Alias tamen non diſtant. Siquidem neutrius cũ aliquo contractus ſine authoritate vel tutoris vel curatoris valet. neuter quoque ſe obligat alios, ſibi vero alios l. is cui. ff. de verb. obl. POSSET HOC loco referri quæſtio illa apud omnes ſere protrita, & paſſim diuulgata. Qua quærere ſolet. Vtrũ, ſi vel lege uel ſtatuto vel ab homine quenque aliquid cum alicuius aũt conſenſu aut conſilio facere debere, caueatur, illius abſtringetur non modo conſilium petere, ſed etiam re ipſa ſequi? Et quid iuris, ſi, quorum conſilia debent requiri, vel non ſunt præſentes vel conſentire nolunt? Hæc, & hunc ad modum alia ideoque huc tranſcribenda minime duco, quoniam euidentiſſime & quidem docte ab vno Angelo Aretino edoceri diligentiſſimus quiſque poteſt. Nolo equidem in furto deprehendi, nec eſſe ad mutuum obligatus. ILLVD TAMEN admonuerim solum (quod cæteri obmiſerunt) ſi, qui conſuli debent, debito reſpondere tempore noluerint vel conſilium impendere neglexerint, poſſe conſultores actum, conſilio iſtorum nõ expectato, aggredi. Sufficere etenĩ conſilium legitimo tempore requirere, reſponſumque ad debitum expectare tẽpus. Ita nimirum cauet. c. cum in veteri. Abbas, & alii inibi de electione. Bart. l. 1. §. ſi plures. ff. de exercito. Bald. in Rub. C. eodem Cynus. Richardus, l. Idem. § ſi quis. ff. mandati.

l.1 cãz. ff. de mino. l. ſi curatorẽ. C. de integrũ re.

Abbas. c. venerabili de off. d. lega. nu. 10.

Inno. c. ex pte. de cõſti.

SCIAT POSTREMO tyro hic poſtolare non ſignificare, vti ſub titulo. ff. de poſtulãdo, verum idem, quod accuſare, notare. Quod alias clare ex emũctiſſime Iuriſconſulti Venuleii verbis eſt elicere. Si, inquiens, ſeruus reus poſtulabitur. Ita quoque Actio. Pro accuſatione ponitur, & actor pro accuſatore. Qđ in uno vnius Vlpiani verbo accipitur. Non debet, inquit ille, cogi actor omiſſa actione ciuili crimen intendere. Sic etiamnum ab Impp. alibi ſumitur. Cum inquiũt. Quoties de re familiari, & ciuilis & criminalis competit actio. Nec mirum cum ſæpe vel apud latinæ pariter linguæ authores verbum vnum quandoque proprie, quandoque improprie vſurpari cõſueuerit. Id quod gloſ. alibi nequaquam latuit. Vbi verbi gratia, Sophiſma adduxit. Homo, & Sequana currunt, quum tamen proprie ſequana (quod Galliæ flumen eſt) non currat, ſed labatur. Poſſunt autem illiuſmodi in vtramque uocabula partem ſignificatiua facile ex ſibi adiunctis agnoſci, ueluti, quæ Dialectici Equiuoca vocitant, & quæ Grãmatici media. Denique uerba ex actus qualitate ſignificationem ſæpe recipiunt. l. ſi uno. ff. locati.

l. hos accuſare. ff. d accu.
l. q. accuſare c. d reddẽd.
l. in eũ ff. de accuſa.
l. 1. c. qñ ciuilis actio cri. præiud.
l. 3. §. ſi. ff. d ſepul. vi.
l. 2. ff de orig. proceſs.
Sequana
Pannorũ
d ſin. od

¶ SVSPECTVS AVTEM.

l. ſuſpectũ. ff. eodem

PRIMO col. Eum tutorem eſſe ſuſpectum, qui, etſi ſoluendo ſit, tutelã ex fide non gerit. Vlpianus alibi eum eſſe ait ſuſpectum, qui moribus talis eſt, vt ſuſpectus ſit: ſiquidem pauperem & fidelem & diligentem non quaſi ſuſpectum eſſe remouendum: quod paulopoſt abundantius commonſtrabitur. Inquit & idem alia in parte, eum fieri ſuſpectum poſſe qui non ſatis dederit, aut nunc offerat. Et in iis nullus omnino eſt ſcrupulus, nec alicui cogitationi locus.

l. ſuſpectus. ff. eodem

l. Impuberib. §. fi. ff. eodẽ

SECVNDO col. Tutorem, etiam priuſq̃ gerere tutelam cœperit, perinde atq; ſuſpectum remoueri poſſe. l. 2. §. 1. C. eodem. Quo in loco grandem difficultatis molem exſuſcitare pleriq; omnes ſolent: nempe, quod refragari huic §. videatur. l. Hæ enim cauſæ §. fi. vbi receptum eſt. Qui nihil geſſerunt ſuſpectos poſtulari haud poſſe. Ego, vt papyro parcam & calamo, cõmuniq; vtilitati conſulam, ſtudioſum quenq; gloſſatorem hic & alias petiturum velim, is enim vtrinq; nullum mihi cogitationi locum reliquiſſe videtur. Recte intuenti neſcio an alterutra ex parte vlla iure poſſit eſſe repugnantia, quãdo hic remoueri, iſtic poſtulari ponatur. Deniq; nihil reluctabitur. l. 2. §. 1. C. eodem. Quoniam inibi, tum dicitur ſuſpectos poſtulatum iri, vbi id: intellige, a cura ceſſatum: in fraudem eſſe factum exiſtimetur. Id quod & noſtro ſub. §. poſſit admiſſum haud negarem, ſi quis me, quod ſentio, ducturum contendat.

¶ SVSPECTVS AVTEM REMOTVS.

COLLIGE Remotum dolo, nõ autem culpa infamia notandum. l. fi. C. Eodẽ. l. tutor quoq; §. Qui ob animi. ff. eodem. Quod hic de culpa dicitur, dubium non eſt, quin de leni, non autem lata, quæ dolo cõferri ſolet, accipiendum ſit, qua remotus pariter infamiæ notam haberet. Verum in contrarium alias gloſſ. diſputat. Ne igitur cauſa de dubio diſceptandi ſuboriatur, rite iudicem exiſtimo facturum. Si in ſententia explicaturus ſit, dolo an culpa quenq̃ remoueat. Tametſi benigniore (quæ hiſce in rebus fieri ſolet) interpretatione eum dixerimus non eſſe infamem, qui iudice remotionis cauſam non depromente, remotus ſit. Diſtingui tamen non incongruum eſſe puto. An doli ſit tutor accuſatus. Nam tunc, etiam nulla expreſſa cauſa, eundẽ remotum eſſe & habendum cenſent ob dolũ, & ita infamem arg. l. ſi ex teſtamento. ff. de excep. rei iud. CAETERVM, deinde arbitrãtur eſſe huic contrarium. l. hæ enim vt ſupra. Solue, vt Gloſſ. alibi, eam accipi. l. vbi quis vel non accuſatus officio eſt iudicis remotus, vel dolus vna cum culpa, non tantũ dolus obiectus arg. l. eum tutorem. C. de tut. vel curat. qui non Satiſdedit.

l. qſitũ §. eũ quoq; ff de periurio l. q. Nerua. ff. de poſiti. l. hæ enĩ &. §. fi. ff. eo. Arg. l. preſ. ff. de pœnis

l. fi. C. eodẽ.

¶ SI QVIS AVTEM SVSPECTVS.

COLLIGE ACCVSATO de ſuſpecto, pendente accuſatione: adminiſtratione interdici oportere. l. eum quem. C. eodem. Alium tamen (vti illic traditur) interea in eius locum, in rerum adminiſtratione, ordinandum. l. quod ſi forte §. 1. ff. de ſolut. Si enim ſciens quis ſuſpecti poſtulatis ſoluat, non liberatur, quum iis interim adminiſtratio interdicta videatur. Solet

aut interdici modo nominatim, modo tacite, Vtputa, quando alii committi tur adminiſtratio. EX HOC DENIQVE §. elici poſſe exiſtimo prælato de eccleſiæ bonorum dilapidatione: malaue adminiſtratione accuſato: pendē te accuſatione: rerum bonorumq; adminiſtratione interdicendum. c. fi. de Ac cuſa. non tamen rerum: quæ ſeruari diu nequeunt. Nec ſane imerito: cum ple raſq; ob cauſas prælatus tutoris ſit inſtar & curatoris in multis & multo ta men pluribus alter ab altero diſcernitur. Siquidem tutorem eſſe temporaneū, prælatum perpetuum; hunc poſſe bonis eccleſiæ vti: illū pupilli hauquaquam: hunc in dignitate: illum eſſe in onere: illum liberam & generalem omnium ec cleſiæ bonorum adminiſtrationem habere: & poſſe aliqua dare, hunc nec eiuſ modi habere adminiſtrationem conſtat. Hinc ſunt: qui negant prælato non etiam rerum: quæ ſeruando ſeruari nequeunt, alienationem eſſe interdictam. per. c. quoq; fi. de Accu. Quod ſane in vniuerſum omnē illi prohibet, aliena tionem, quod Pannor. diſtinguit qui eorum, quæ in expenſas veniunt non vl lam eſſe prohibitionē. Si tamen penitius introſpicio: facile dixerim. c. fi. de Ac cu. prælato bonis nō interdici quantum ad vſum, ſed bene ad alienationem. dici tamen poteſt, ſatis illi interdictum videri: quando iis ad arbitrium perfrui nequeat. CAETERVM, quia hac in re videam doct ſtruere Labirinthum: ne ceſſum fuerit arbitror adhibere, quo ipſum egredi poſſit.

L. ſi qs' tutor. §. 1. ff. d. rit. nup. arg. l. tutor q refert. ff. de adm ini. tut. l. lex q tut. C. de admi. tut. Glo. c. fi. §. q. 3. C. cæterū de donatio.

Glo. l. fi. c. de ord. cog.

SCIENDVM igitur eſt, Olim prælatum fuiſſe ſuſpectum eueſtigio ab admi niſtratione remotum, hodie vero coadiutorem illi dandum, ſed tum vbi. de præterita ſit ſuſpectus dilapidatione, dehinc facta ordinatim de veritate inqui ſitione: eaq; probata deponendum. De futura aut m dilapidatione propter præteritam, ſuſpectum ab adminiſtratione remouēdum. Dandum itaq; coad iutorem, probata ſuſpitione, poſſe tamen inquiſitum de veritate in diſcuſſio ne ſe excuſare, & veritate non probata eundem reſtitui. Probata autem verita te, & fuit actum criminaliter, deponendum: Ciuiliter vero ſacerdotio iſto re mouendum. Vide gloſ. Ioan. And. Inno Hoſtien. Abba. c. Venerabi. de off. dele. Archi. c. nobis. 12. q. 2. g' off. c. fi. 5. q. 3.

c. qa ea. 3. q 2. l. eū. C. de ſuſ. tut.

SECVNDO col. Mortuo ſuſpecto accuſatione pendente, ſuſpecti cognitio nem, ideſt: accuſationem extingui. l. penul. §. penul. ff. eodem. l. l. C. eo. quid certum eſt morte tutelam (vt ſupra) finiri. Quod ſane accipiendum velim; vbi vt peculiariter puniretur actum eſſet, eoq; pacto ad intereſſe. Tunc enim inſtan tiam in hæredes ipſos durare & transferri: hæſitatio eſt prorſus nulla. Secus ſi, vt perſonaliter mulctaretur fuiſſet actum & corporaliter. l. fi. C. ſi reus vel accu ſator mort. Diem enim functo capitali pœna, aut deportatiōe dānato morte (interpoſita & pendente appellatione) crimen quoq; finitum eſſe legibus unde cunq; monemur. Secus autem lite ipſa cōteſtata. Nam tum pœnales actiones etiam tranſire in hæredes non tamen corporali pœna dubitati iuris non eſt. l. omnes pœnales. l. ſciendum. ff de acti. & ob. l. pœnalia. ff. de re iu. Infra de per pe. & temp. act. §. 2. QVO IN LOCO Scias concupierim: publicorum criminum actiones: ne quidem lite conteſtata, aut hæredibus aut in hæredes

l. ſi ſenatus. §. ſi pp. ff. ad Turpil. l. do nation-s. §. ff. de do nat. l. f. ff. ad le. Iul ma.ie. l. ex iudicio rū ff. de acculs.

dari. Quinq; tamen in caſibus omnino dari iure eſſe ciuili receptum. Primo cũ quis criminis læſæ maieſtatis, vel perduellionis vel aduerſus remp. aut principẽ conſpirationis accuſatus ſit. l. fi. ff. ad leg. Iuli. maieſt. Secundò, qui hæreſeos eſt poſtulatus. l. 4. C. de hæreticis. l. apoſtotarum. C. de apoſtatis. Tertio, in crimine repetundarũ. l. datur. ff. ad leg. Iul. repetundarum. Quarto, in de reſiduis actione. l. fi. ff. ad leg. Iuliam pecu. Quinto in crimine peculatus. l. de rebus. C. Rerum Amo. l. In hæredes. C. de magiſt. cõuen. l. fi. C. ad leg. Iul. pecula. Nec ſane iniuſte huiuſmodi iuditia aduerſus hæredes dantur, quando in iis principalis ablatæ pecuniæ quæſtio moueatur.

¶SI QVIS TVTOR COPIAM.

COLLIGE tutorem, qui ad alimenta pupillo præſtanda ſui copiam non fecerit perinde atq; ſuſpectum eſſe remouendum, & pupillum, dato alio tutore vel curatore, in remoti bonorum poſſeſſionem a iudice mittendum. l. tutor quoq; §. tutor qui ad. ff. eodem. l. impuberibus. ff. eodem. vbi illud per caro & diligenti habita inquiſitione faciendum eſſe monet Vlpianus & l. fi. ff. vbi pupillus educari debeat. Quo in loco (quem omnino memoriæ velim demandandum) datur modus & ratio remouandi eiuſmodi negligentis tutoris. DEBET ETENIM prætor magnopere ſtudere, vt ſua pupillis alimenta recte decernantur. Qua in re moderabitur, quam ſummam tutores vel curatores ad alimenta pupillis vel adoleſ. præſtare debeant, & patrimonii alimentorum facultatum, rerumq; aliarum ad rem domeſticam attinentium diligenter habeat rationem, ne vllum aliqua ex parte, quoad fieri poteſt, pupillo diſpẽdium ſit futurum, Veluti egregie admonuit, docuitq; alias. Vlpianus.

l. vel necar. ff. de lib. ag. l. ſi victũ ff. de re iud.

l. l us alimẽto. ff. vbi pupillus.

¶SED SI QVIS PRAESENS.

COLLIGE MENDATIO poſſe pupillo ob inopiam alimenta decerni negantem ad vrbis præfectũ eſſe remittendũ, ab eodemq; puniẽdũ. SED INQVIS, quid iuris, ſi verum dicat? Nunquid de ſuo alimenta præſtare cogetur? Minime reſponderim. l. 3. §. ſed etſi Egeni. ff. vbi pupillus educari. l. a tutoribus in fi. ff. de Adminiſt. tut. REVOCATVR quoq; in dubium: Vtrum ea in re mendacii conuictus & punitus etiamnum remoueatur? Gloſſ. reſpondet hic non remouendum. Cum tamen alias non tantum velit puniendum, ſed & remouendum, ita vt per verbum remouebitur inibi ſubaudiatur, particula tantum. Quod ſane opinionis equidem probarim, quoniã ſuſpitionis malignæ mendatio ſatis ſuperq; notetur. Aut, ſi cui hæc minus lenocinatur ſententia, dici poſſe arbitror, in iudice poſitum an vtrunq; vel alterum velit per. §. ſi tutor. l. tutor. ff. eodem.

l. tutor §. tutor q. ſi. eo.

l. tutor vtſu.

SECVNDO COLLI. Mendacium etiam iure ciuili puniendum. l. tutor & §. vtſupra. l. 4. §. interdum. ff. quod cum eo. l. 1. C. ad Macedo. Iure etſi caueatur in filiumfamil. deinceps & ex hæreditate & emancipatum actionem de eo, quod cum in poteſtate eſſet geſſit, in ſolidum nequaq; dari. In eundem tamen actio in ſolidum dabitur, vbi contrahens ſe patrẽfamil. mentitus ſit: Certe, vt ait Marcel. conueniendus eſt propter mendacium, etiam ſi facere non poſſit

l. ti ff. de rei vẽd. l. 3. C. ſi min. or ma. ſe dixe. l. quæcũq; §. fi. ff. de publiciana.

VIdes ergo,& recte,mendacio quenq; grauari.l.quidem enim.ff.de dolo.l.fi. C.de calum.l.inde Neratius.§.hæc actio.ff.ad leg.Aquil.l.pe.ff.de rei vendi/cacione.EST autem,mendatium,A. Auguſtino definitore, falſa vocis cum fallendi intentione ſignificatio.Sunt octo mēdacii genera,eodem. Aug.ſcri/bente,& in nullo ſane mentiendū eſt,quoniam eorum plane nullum ſit,quod mentientem cum eo non reddat peccato obnoxium. Siquidem omnes, qui mendatium (.ſ. de illis octo generibus) loquuntur perdendos vates ſanctiſ/ſimus Dauides,idemq; reſonātiſſimus Citharedus cecinit.Sua ergo nimirum opinione fallitur,qui aliquod mendacii eſſe genus putat, quod peccatum nō ſit,maxime cum ſciat de otioſo quoq; verbo vnicuiq; rationem eſſe redden/dam.Hoc tamen fateor vnum alio eſſe tollerabilius.Tanto enim quiſq; minus peccatum cum mentitur, quanto magis a primo decedit. Sileo.Duo etiam, alias etiam ab excellentiſſimo Theologicarum ſententiarum interprete relata ab eodem Diuo Aug. vltra prædicta mendatiorum genera poſita,in quibus etſi culpa non magna eſt,culpa tamen deum offendens.Primum in iocando vel eo non pernitioſum,quia non fallit,quum cuius cauſa dicitur nouerit io co dictum.Secundum,cum proximo conſulendo mētimur, quod ideo mi/nus eſt,quia nonnihil beneuolentiæ retinet.Cū ergo,inquit ille,aliud ſit men tiri,aliud occultare verum. Siquidem aliud dicere falſum,aliud tacere verū, vt ſi quis forte non velit ad iſtam viſibilē mortem hominem prodere,paratus eſſe debet verum occultare , nō falſum dicere, vt neq; prodat neq; mentiatur: ne occidat animam ſuam pro corpore alterius.Peccat enim mortaliter, qui pro alterius vita mētitur ſed hactenus de iis, quæ diffuſius per omnia,c.22.q.2. reperies & Apud Gloſſ.c.cupientes de Elect.li.6.&.c.1.de Iura.Calum. Inno/cent.c.olim de reſt.Spo.Io.And de ſolut.c.fi.circa principiū.Bart.l.de ætate .§.1.de Interro.Act.Gloſ.l.2.§.ſi minor.C.ſi minor ſe mai.dixe.Vide pulcra apud Detiū meum in.l.nemo.ff. de reg.iur.nu.7.

Mēdatium ā.Beatus ergo.22.q.2 Mendacii genera.

pſal.5 c.2. 22.q.2.

Mendatium triplex

NON poſſum hoc loco nō recenſere pulcram, quam.P.Nigidius inter men tiri & mendatium dicere differentiam eſſe ponit,differentiam,nempe,quæ ne ſcio quid vtilis in ſe contineat eruditionis. Fuit autem ille (quemadmodum A.Gellius ſcribit)Nigidius homo in ſtudiis bonarum artium præcellens,a Ci cerone ingenii doctrinarumq; nomine plurimum honoratus. Verba Nigidii ſunt hæc qui mentitur,ipſe non fallitur:ſed alterum fallere conatur.Qui men datium dicit,ipſe fallitur.Item addidit & hoc.Qui mētitur,inquit, fallit,quā tum in ſe eſt,qui mendatiū dicit,nō fallitur ipſe,quantū in ſe eſt.Subdit dein de.Vir bonus præſtare debet,ne mentiatur,prudens ne mendatium dicat,alte rū incidit in hominem,alterum nō.Hæc ille varie & lepide.Sed vereor ne iu/re minus ſubſiſtant, niſi quis verborum orationiſq; radices omnino trutinet. Dicit ſane mendacium iuxta illum qui , audientibus hoc accipientibus , ali/quā fabulā recitat.Mentitur,qui falſum pro uero,eo nimirū animo,ut audiēn tem decipiat,narrat. Cæterum hac in re Oedipo non Dauo opus eſt quoniā ille aliquam,hic nullam faceret inibi differentiam.

Metiri Mendatium dicere A.Gellius ca.1.li.11.

TERTIO COLLI. eum pariter, qui pecuniis tutelæ miniſterium redemerit, a iudice puniendum. ſin eos extra. ff. de tutelis. l. tutor quoq; §. tutor qui. ff. de ſuſpect. QVAERI SOLET, vtrum ſit & remouendus? Non reſpondet vtrinq; gloſ. Contra ego equidem, quoniam doli ſuſpectus ſit, cuius certe cauſa remotione dignus eſt & ſua etiam pœna. Non vtiq; negari poteſt, quin fraude is vſus ſit per. l. in eos vt ſupra. Id quod adeo verum eſt, vt is ne tutor dari debeat. Quandoquidem ſerio ſcripſerit Modeſtinus, ſemper autem maxime, hoc obſeruent magiſtratus, non creare eos, qui volunt iniicere vel ingerere ſeipſos, vt creentur, & qui pecuniam dant. Hos enim & pœnæ obnoxios eſſe lege promulgatum eſt. CONSVERVNT huic pleriq; omnes cõtextũ in eos docẽdi magiſtros torquere, qui aliquãdo & ingentibus precibus & aliquando pecuniis etiãnum (quod tamẽ pauperculus ego inopia facere prohibeor) ad ſe audiendũ ſcholaſticos alliciũt, prouocãt, permonẽt, quos Simoniæ inſimulant, vt & alibi gloſ. admonet. Quã ſane anilẽ & plane ineptã ambitionẽ, quoniã primo & viderim & ſẽſerim apud Italos, nec antea alicubi expertus fuerim, an improbẽ, an quid de ea dicã nõ habeo; quũ neſciã magis eã demirer an derideã: nimirũ, quã vanã leuẽq; duxerim: & ea vtenti plerunq; eiuſq; nomini plus diſpẽdio q̃ emolumento futuram exiſtimarim. Ego Aedepol, vt plane infirmam puto amicitiam, quæ nõ virtute comparata, ſed vel blandiciis & nũmis empta eſt: ita infirmos duco auditores & ſibi & illi minime profuturos qui vel precibus vel precio coemũtur. Dicerẽ ego iſtiuſmodi doctores ſat luere pœnarũ, quod ſcientiarũ per illud ipſum ambitionis ſe expertes cõmonſtrãt. Cũ enim vere docti eſſent vel docẽdi gratiã haberent nõ hæſito, quin inuenirentur, qui eius vterẽtur eruditione: quanq̃ nõ me prætereat, fauorẽ & preces apud ineptos, indiligentes, vagabũdos planeq; pueros ſcholaſticos ſæpicule impẽdio valere: nimirũ, qui non eruditiõis gratia, ſed vt numerũ, cum aliorũ aliquoties detrimẽto, cõpleant. Eſt enim ocioſorũ magna profecto turba. In qua recte hoc Flacci vſurpare licet. Nos numerus ſumus, & fruges cõſumere nati verũ, quid ad Romanos ſi Græci moriuntur? Sinamus pares cũ paribus conuerſari. Mea non intereſt vniuſcuiuſq; morũ me cenſorẽ præbere, nec penſi multũ habeo, quod hoc loco eiuſmodi ſane puerile argumentũ in eos doct. eliciũt. Quippe qui lõge notabilius inde colligendũ cenſuerim quod miror illos Polihyſtores ſiluiſſe.

l. 1. §. Itẽ ſolẽt. ff. de off. præ. vrbis

Fauor
Preces
Pecunia

QVARTO IGITVR COLLI. Officia, munera, dignitates nec emi nec vendi debere, nec titulos pecunia (vt in recipiendis plerunq; docto. inſignibus fieri adſolet) comparari debere, verum contrafacientes grauiter puniendos. Id quod aperte innuitur. in. l. tutor §. tutor. ff. eodem in verbo corruptis miniſteriis prætores redemerunt, vbi (vt etiam Accurſius intelligit) tutores vel eo puniuntur, quod corrumpendo officiales pupillo iniuriam fecerint. CAVEANT igitur moneo, ne qui doctorũ nomina pecuniis venditant, verbales ſubinde ſint & habeantur doctores, ne, quod eſſe honeſtamento futurum debuerat, dehoneſtamento poſtea non modo, verumetiam pœnæ ac

l. eſtimatione. ff. d mu. l. 1. §. Itẽ ſolẽt. ff. de off. præ. vrb.

Verbales Doctores

ceſſurum ſit, manum itaq; prius ferulæ ſubducant, quam immaturius Ariſtar
chi virgam aucupentur. Deniq; illos, quorum eſt iſtos approbare, deq; eorum
perita, ingenioq; periculum facere, Plurimum hortor, ne ſe tàm indigno cō
tammant repetundarum ſcelere, recepturi examinis loco nummos, examiná
dorumq; ignorátiam pecuniæ amore contra virtutem tegant occultentq;.
Quod ne perpetrent non paucis cautum eſt legibus. E regione quoq; multis l. I. ff. de decretis ab ord.
cauetur legibus, vt certi de probitate morum, & peritia artis eligant, nec quen
piam muneribus ducti ad doctorum culmina temere repenteq; abſq; doctrinæ
examine proſilire ſinant. Quandoquidem Imp. Athletis, qui emulis, corru/ l. magſos: C. de profe. li 10.
ptiſq; probati ſunt ciuiliuni munerum vacationem tribuendam haudquaq; cē
ſuit, nec ſibi probatum iri, qui non gradatim honores adepti eſſent. Abſit igi l. vt gradatim. ff. mun.
tur examinaturi, bouem in linguam accipiát, aut ἀργυράγχην idest Argétangi Argentangina
nam patiátur. Quod de Demoſthene, vt eſt apud Plutarchum & apud. A. Gel
lium, in prouerbium ſat iocoſum abiit.

MEMORIAE quippe traditum eſt, Cum Demoſthenes aduerſus Mileſiorum Angina Demoſthenes
qui auxilii petendi cauſa Athenas venerant, legatos acriter in contione dixiſſet
obſiſteretq;, quo minus illi poſtulata conſequerentur, cauſa in diem reiecta Nota
poſterum, Legati Demoſthenem ipſum cōuenerút, ingentiq; pecuniæ ſumma
ne aduerſus ſe diceret, redemerunt. Die itaq; ſequenti, cum res denuo foret agē
da. Demoſthenes, multa lana collo circumuoluto in contionem prodiit, fin/
gens ſeſe Anginam pati, eamq; obſtaculo eſſe, quo non ſolito dicendi more
diceret. Tum fertur, e populo quiſpiam, doli huius gnarus, eum nō Anginam
ſed Argétanginam pati. Eſt autem ANGINA, quam Græcis συνάγχην dicút:
morbi genus ſpiritum, coartens, ac præfocens, a Medicis perperam SQVI/ Angina Squinantia
NANTIA appellatur. De quo mihi nuper ſermo fuit in multam pene diem.
Cum excellentiſſimo medico, & conſumatiſſimo totius philpſophiæ docto/
re IOANNE PETRO BENANIDE Mantuano Patauii Medicinā, quam
practicam vulgo vocant, magno ſane nomine, ſummaq; peritia non aduer/
ſo Genio exercente, viro mihi cum ob admirabilem ingenii ſubtilitatem
& ineloquibilem animi humanitatem tum ob ſingularem eius erga me bene
uolentiam & beneficiorum, quæ in me valetudinarium, vel immerentem ſtu
dioſiſſime exhibuit, magnitudinem nullo nō tépore & deamando & magno
pere obſeruando, imo omnibus noſtratibus maxime diligendo. Eſt, enim in/
tegerrimo erga Germanos animo, quos ſua expertiſſima: vt ita dicam, arte,
ſæpe muniit, atq; mortis, deo interueniente, periculo ſeruauit. Id quod illi ſem
per ſum acceptum laturus ſecundum deum opt. max. Sed de hoc alias multa.
Eo, vnde ſumus expaciati, regreſſuri POSTREMVM rogatos oppido
velimus quorum ad dignitatis alicuius conditionem quépiam eſt vel eligere
vel inquirere vel acceptare, ne ducti pellectiue aut odio: aut amicitia, aut ira,
aut miſericordia, aut pecunia, quod aduerſus animi ſit integritatem dexterita
temq;, faciant, verum in memoria habeant nihil nimio iſtorum affectuū ducta Auaritia
bene eſſe geſtum, & maxime auaritia, quæ eſt inordinata pecuniæ cupiditas

fidem:probitatem,cæteraſq; bonas artes eſſe ſubuerſas:falſoſq; multos mortales fieri coactos:imo imperia in cineres:ſoloq; æquata. Et in ſumma: pecuniæ ſtudio(quam,vt Sal.ait, nemo ſapiens concupiuit,quod corpus virile, animumq; effœminaret)indicatum eſſe recte nihil. Quod equidem ſexcentis vel multo pluribus veterum exemplis cõmonſtrarem,niſi aduerſus meas me partes acturum vererer. Vbi a propoſito (quam uis nihil hactenus dictum putem, quod perinde atque a re noſtra alienum repudiari poſſit) longius obambularem. Noſtri profecto eſt conſilii noſtris lucubrationibus non tam mores bonos, atq; virtutes in primis q̃ legum ſenſa quoſque candidiſſimos docere. Nihili me hercle penſi habeo, virum vel artibus valde conſpicuum ſi virtute, probitate, integritate boniſq;,qui Chriſtianum decent,moribus non polleat,præcipue vbi ſe ille Iuriſconſultum profiteatur,quem ante omnia candidi perdecent mores.

L.iuris præcepta.ff.de iuſti.& iure l.magiſtros.C.de profeſ.

QVINTO COLLI. Libertum,qui patroni liberorum fraudulenter tutelam geſſit,ad iudicem quoq; remittendum puniendumq;.l.libertus.ff.eodẽ. l.niſi eam.C.de admi.tut.l.ſi liberti.C.eodem tit.de adminiſ.Quo loco quæri poteſt.Quid iuris ſi nullo modo geſſit?Reſponderi poſſe non hæreo.Perinde atq; ingratum in ſeruitutem denuo cogendum l.ingratus.ff.de iure patro. INGRATVS enim libertus eſt(vt ibi ſcribit) qui vel patrono obſequium non præſtat,vel res eius filiorumue tutelam adminiſtrare detrectat. Cui ſane refragari videtur,C.de libe.cauſa.l.ſolo.Vbi ſolo obſequii non præſtiti velamento datam,inquit Imp.libertatem non poſſe reſcindi. Solue. Obſequiorũ eſſe vnum minus neceſſarium,de quo inibi,quod omiſſum ſeruitutem non meretur, alterum neceſſarium,de quo in.ll.contrariis,quod ſeruitute dignum exiſtimatur.l.alimenta.§.1.ff.de agnoſcendis. Solet etenim libertus ꝑpter leuem etiam faciendo offenſam maxima affici pœna,hoc eſt,ingratutidinis cauſa in ſeruitutem redigi. In Auth.vt li.de cætero.§.illud col.6. In qua tamen re inter authores non prorſus conſtat.Veluti perdocte alibi glo.recenſet.

l.2.§.liber. n.d.q pet. l.2.C.qui pet.tut. l.ſi manumiſſus.C.de libertis.& eo.lib.

l.2.C.de libert.& eo.

¶NOVISSIME AVTEM.

PRIMO col. Tutorem fraudulenter gerentem,licet ea de ratione ſatiſdare velit,a tutela remouẽdum.l.ſuſpectus.ff.eodem.Nimirum inquit Iuſtinianus,& Caliſtratus, ſatiſdatio propoſitum tutoris maleuolum non mutat,ſed craſſandi diutius in re familiari facultatem præſtet. QVOD TRAHI poteſt in argumentum & vtile & notatu digniſſimum: quo monemur ne leuiſcula contenti ſimus cautione, vbi grande vertitur vel vitæ vel ſalutis periculum.l.qui ita §.ſed dicendum.ff.ad Trebelli. Non, inquit Paulus inibi,hæredem, qui ſuſpectam dicat hæreditatem,adire cogendum,quamuis ei caueatur propter cautionis fragilitatem. ABERRANT ea propter,qui cum aliquem debent locum ſibi ob quorundam inimicitias non leues minime tutum accedere,cautione ſe tutos fore putant, aut literis ducalibus vel (vt nunc

Nota

loquuntur)ſalui itineris ſaluo conducto: cautius certe egerint, ſi abſtinuerint. Quandoquidem omni iure receptum ſit, eum non contumaciæ damnandũ, qui ob inimicitias capitales ad iudicium citatus venire, interueniente etiam/ num aliquali cautione, recuſat.c.accedens.2. vt lite non conteſ. & Pannor. inibi & alii, Innocen.c. bonæ.1.de electi.arg.in.c.literas de reſti.Spoli.Bald. conſilio.17. Alexand.conſilio.97. CONSVLTIVS igitur facturi ſunt (quod iure conceſſum eſt)ſi procuratorem eo in caſu miſerint. Facit.§.neq; au tem homicidæ, in Authen.de man.princi.&.l.is qui reus, & ibi Bartol. Ange. Inno.ff.de pub.iud.

doct.c.bo/ næ.1.de electione

SECVNDO COLLI. Nemini ad frequentius peccandum occaſionem præbendam, viamque liberius male agendi aperiendam. Id quod eos re/ darguit, qui, etſi partem aduerſariam falſo iuraturam norunt, nihilomi/ nus iuramentum deferunt, iurareq; eam patiuntur, in quo ſane, vt iure alias docemur, & ſibi & iuratim malum animæ accumulant. Deberet itaque iu/ dex obſeruare, cui rectius iuramentum ſit diferendum, non vtique adiuran dum promptiori, aut aduerſus quem vehemens de periurio ſit præſumptio. Non itaque non poſſum deteſtari vna cum Abbate doctiſſimo quod ali/ quibus in foro contendentibus protritum eſt verbum dicunt etenim iſti. Iu ret aduerſarius, ſibique hoc ebibat iuramentum: nempe de tranſgreſſione periurioue prorſus præſumentes. Sunt ea ratione, qui improbant qua/ / rundam Academiarum morem, quo Academiæ moderatori quiſque ſcho/ laſticorum de obedientia exhibenda præſtare adſtringuntur: quum in prom ptu ſit, pleroſque facile periurium, commiſſuros. Ex re proinde magis illi futurum arbitrantur, ſi pœna decenti caueretur, ne quis Archigymnaſii recto ri ſe inobedientem exiberet. Quod & mihi perplacet.

l.ſi duo.C. p quas perſo. nob. acq. l.in fundo. ff.d rei vẽd. l.2.ff.ſcl. mat. 22.q 5.c.ille c.fi.& ibi Ab.de iure c.fi.de teſti. li 6. Abbas.c.cle ricos.nu.2. de cohabitatio cle.& mu.

TERTIO COLLIGE Neminem paupertate, ſed moribus improbis haberi ſuſpectum vel vti ſuſpectum remouendum.l.ſuſpectum.ff.eodem. Fa/ cit hoc loco Iaſon doctiſſimus nulla, vt mea fert ſententia, neceſſitate ver/ boſos admodum commentarios: quibus expiſcari laborant an pauper, ſi fidelis ſit & diligens, a tutela vel cum infamia aut ſine, vel iuris vel facti re/ mouendus ſit. Ego, vt, more meo, paucis agam. Si remotus ſit ob nul/ lam nec culpam nec doli malignitatem, & ſic ſine omni infamia videri re/ motum, ſed ſola paupertate oneris tutelæ tanquam impari, quæ nimi/ / rum hoc eſt caſu omnis ſuſpitionis vacua, ob id quoque vel ſua ſponte oneris vacatione digna. Quanquam nuſquam (dicat Iaſon quicquid velit) reperierim pauperem, ſi alioqui ſit probus, & fide integer, a tutela inui/ tum repellendum, ſed ei potius curatorem adiungendum. leg. Si tu // tor. ff. eodem leg. pietatis. C. eodem. Qui ſibi mecum minime ſtandum cenſuerit, niſi ſecus ſentiam, is ſciat alioqui facile me fidem meam obſtrictu/ rum gloſ.l.ſi tutor vt ſupra.

l.poſt ſuſp. §.paupertas ff.de Excu. tut.l. paup/ tas.ff.de ex/ cuſa.

QVARTO col.paupertatem, modo non ex culpa originem cœperit, nemi ni aut vitio aut ignominiæ vertẽdã, imo pauperẽ moribus & virtutibus diuites

aut plerunq; ſuperare aut æquare. l. ſuſpectum. ff. eodem. l. ſcire oportet. §. cũ reliquis. ff. de tut. & cur. NON EST ergo, quod cuipiam ſuam ꝑproperemus pauperiem, qua nulla ſua culpa diſtringitur, nec conuenit ullum ob paupertatem minus habere vel fidei vel probitatis. Vtcunq; ille apud Saluſtium pauperem nihil aut parum habere fidei. Et apud Iuuenalem conqueratur, paupertatem ridiculos facere homines, & eum ad ſenſum pluſcula apud multos literis prodita inueniãtur: quæ ſcias in peruerſum noſtri ſeculi morem, & quantum ad ſiniſtros malignãtiũ mores tradita, & magis vt diuitias, ꝙ paupertatem improbarent: quã (niſi omnino omnis ſim indiligens lectionis) nullo nec diuino nec pontificio, nec ciuili iure video improbari, ſed diuitiis nuſꝙ non ante ferri. Præterea ſi ad Aethnicorum vel vetuſtiſſimorum monumenta te literarum contuleris, profecto reperies ſapientiſſimos quoſq; eoſq; iuſtiſſimos fuiſſe pauperes non autem diuites, imo diuitias ludibrio, paupertatem vero honori a nemine non ſapiente eſſe iudicatam, & illas nullum vnꝙ bonũ imodice ſed plurimum hanc concupiiſſe. Quis enim hiſtoriarum ſtudioſus ignorat, Photionẽ, Epaminundant Polymodis filium, Pelopidam Thebanum, Lamachũ Athenienſem, Socratem Sophroniſci filium, Ephialten Sophonidæ hocq; genus alios Græcorum pauperrimos, attamen optimos & omnium multo iuſtiſſimos extitiſſe? Adde paupertatem veram nulli vnꝙ rite vitio potuiſſe a quopiã verti ſed multis e regione diuitias. Quod vno & altero exemplo comprobari ſat eſt. CERTE CONSTAT Diogenem, cum ſibi quidam paupertatem exprobraret, reſpondiſſe. Ex paupertate nullum vnꝙ ſe vidiſſe tortum & ſupplitio adfectum, at ex diuitiis multos. Tradunt & Apollonium dixiſſe nulli, quæ ſecundum natura eſſet, paupertatem probro dandam, ſed quæ ex turpi emanaſſet cauſa deteſtandam. Adde, quod Iſocrates dixit diuitias vitiorum magis ꝙ virtutum eſſe miniſtras, poteſtatem ignauiæ, & vitiis ſuggerere, ad turpem voluptatem iuuenes allicere, deq; bonarum & artium & virtutum amore dehortari. Quod ſane noſtra tempeſtate multis, iiſq; perditiſſimis adoleſcẽtibus & aliis ætate grandioribus vſu venit. Quid dices? Diogenes ille philoſophorum pene princeps, virtutem neq; in ciuitate, neq; in domo diuite habitare poſſe adfirmauit. Quæ vel omnia velim dicta, quaſi in rem noſtram non nihil attinentia. Nam & ipſæ ſanctiſſimæ leges nuſquã paupertatem diuitiis locum cedere volunt, nec quenpiam ob paupertatem, ſine alia cauſa, adſpernandũ, imo quæ neq; facultates neq; dignitatem ita ad fidem ſufficere vt bonos mores, quos pauperibus ineſſe alias perhibuerunt. Adde Priſcis illis omni laudum genere probatis eos certiſſime bonos proboſq; habitos, quos honeſta videbant paupertate laborare, eos vero e regione malos, qui diuitiis abundarent. Quam ob cauſam Ariſtoteles ille philoſophorum longe princeps permotus ſerio quæſiuit. Cur paupertas apud hoies bonos potius eſſe, ꝙ apud prauos ſoleret? Dubie reſpondens ait, an quia ab omnibus odio habetur, atq; expellitur, ad probos perfugit, rata maxime apud eos ſalutem, permanendiq; locum ſe poſſe aſſequi. Econtrario, ſi ad prauos venerit, nunꝙ eos fortuna iſta

Paupertas Diuitiæ

l. 2. ĩ prin. ff. q ſatis dare, cog. l. ſi qs ſtu. i. fi. ff. de ver. ob. l. ſcire oportet. § cu reli. ff. d tut. & cur.

Ariſto. ĩ pb. lect 29. q. 4

fore contentos,ſed vel furta,vel latrocinia adituros,quibus rebus futurum,vt ipſa amplius apud illos manere nequeat? An quia homines probos optimos ſe viſuros exiſtimat, nec ſibi petulanter,contumelioſeq; quippiam facturos. Itaq; vt nos pecuniarum depoſita tate hominibus bonis credimus, ſic etiam hæc ſibi diſpenſat,& ſtatuit? An libenter ſe ad viros optimos confert,quia fœmina eſt:inopſq; proinde & virium,& conſilii, vt eiuſmodi hominibus cõmẽdatam ſe eſſe magnopere velit,atq; deſideret? An quia mala eſt,nunq̃ ſe malis iungere velit. Nam ſi ita maluerit,omnino malum irremediabile ipſa reddidetur. Quæſiuit idem philoſophiæ parens. Cur diuitiæ magna ex parte ab hominibus prauis potius q̃ bonis habeantur? An quia fortuna cæca ſit,diſcernere ſibi:atq; ſeligere,quod melius non poteſt. Ariſto. Sectę.29.q. 8

CAETERVM tempus adeſſe video,vt vela contrahamus,iamq; tandem ſemel ad portum veniamus,ne longa nauigatione cuipiam nauſeam ſimus moturi,cui ad omne potius bonum excitari orexim velim,non etiam faſtidium.

SVPERESSET hoc demum loco ſubiicere,quam in ſuperioribus,in verbo præſtat:gloſ.mouit,quæſtionem. Vtrum,ſi emerim librum:& eũ:pretio haud dum ſoluto:alienum:uitioſumue reperierim:ad pretium ſoluendum tenear? quum præſtet non ſoluere:quam cautionem de in euictionis cauſam reddendo aut vitii? Cum etiam lex ſuaſerit fragili non confidendum cautioni. l.2.ff.de cõpenſa l.cogi.§. idẽ quærit. ff.ad Trebel.

PRAETEREA quid iuris? Si quis rem:quã eſt uenditurus hoc & aliud, imo mille dicit habere uitia:ut huiuſcemodi uerborum,quæ fraude n moliuntur: fuco prætendat ſe quaſi antea rei uitiorum admonuiſſe? Quid:inquam:iuris. Si deinceps emptor rem uitioſam uere inueniat? An reſtituro uenditoris exceptio,qua excipit illi antea,quid vitiorũ ineſſet rei,retuliſſe,obſtare poſſit? Dici poſſe cenſuerim,nec hoc nec alio conformi,vbi dolus eũ ad modũ eſt commiſſus,caſu exceptionẽ obſtare per.l.1.§.1.ff.de act.Empt.glo.l.ea q̃ cõmendã di.ff.de cõtr. Empt. Qua tamen de re,quoniam pleriq; omnes & docte & ſubtiliter,ad corticẽ non tantũ,ſed medullitus diſſeruerint,nõ eſt,quod multa cumulẽ,verũ,ſatius fuerit reor,Colophonẽ aliquãdo addere. QVOD priuſq̃ ſum facturus:huius te rei fore neſciũ nolim: Emptorẽ in limine cõtractus, eminente euictione,ante prętii ſolutionem ad ſoluendum pretium haudquaq̃ coarctari,niſi venditor idoneã dederit cautionẽ.l.ſi poſt perfecta.C.de Euict. Ad quã ope exceptionis cogi poterit.Latius eſt legere Cynum:Bartolum,Baldũ: Salycetum in.l.ſi perfectam.C.de Euict.Et hac in parte Angelum Aretinũ cæteris rem ipſam diffuſius ac clarius verſantem. Bar.l.1.§. ſi ſpeculatio du/ plæ.ff.de præ.ſti.

NOVISSIME reſtat,vt moris videamur noſtri minime obliti,quẽ hactenus ſeruauimus,quid vocula nouiſſime,qua hoc recte nouiſſimo loco Imp. vtitur: ſignificet aperiamus. INVENIO ſane a nouiſſimus a,um emanaſſe aduerbiũ nouiter,& nouiſſime. Significareq; illud,quod vltimus a,vm. Et hoc,quod vltimo aduerbialiter,vel ea nimirum ratione,quia quæ nouiter recenterq; facta ſunt vltimũ natura locũ habeãt. Quod equidẽ dictionis pro vltimo non poſteriores dũtaxat,veluti Laurẽtius Val, alias cẽſuit, vſurpaſſe,vel(quod verius Nouiſſime Nouiſſimus Val.li.Eleg. 3.ca.134.

Cicero li.d orat.i. l.impuberi/bus.§.fi.ff. eodem.l.no uiſſime.ff.d l uſu.act.l ſi pater.ff.de vulg.& pu. l.q duos.ff. de vulg l.i. §.i.ff.d ſe/cũdũ tabu/las. In Auth.vt. cle apud. prop.in fi. col.6 & in Auth.d Ec cle. Tit.m prin.col.9. c.i.de Noui ope.nun.2. q.3.c.Hinc colligitur.c. nouiſſime d cõ ſe.diſ.5. Math.12. d pœ.diſ.4 diſ 35.c.ab exordio gl. in verb.ad a Apocaly pſis ca.i &. 22. Matth.20. Marci.10. Lucæ.13. c.ſi ex bono de pœn.diſ 4.§ ei.in.l. iuſtitia.ff.d iuſt.& iu.

dixerim)accepiſſe obſeruaui.Quod innumeris pene receptiſſimorum authorũ dictis obfirmare poſſem,niſi ad deſtinatum tandem finem properandum fo/ret.Ergo vnius Ciceronis exemplo contenti ſimus Quæ duo,inquit ille,ad iudicandum nouiſſima. CAETERVM, vt qui legales tractamus ſcientiam legalibus etiamnum agamus teſtimoniis,quiq; legibus orſi ſumus,legibus pariter,& ita finis,medio non diſcrepante,principio reſpondeat, concludamus, placet vnum aut alterum ex noſtris Iuriſcon.doctiſſ.exemplum adnectere.Nouiſſimeq;, inquit Vlpianus, ſi copiam ſui non fecerit.Idem Nouiſſime ſcien/dum eſt actiones perpetuo dari.Iulianus.Et ei inquit,nouiſſimus mortuus fue/rit Ticium ſubſtituit.Paulo poſt Papinianus. Sed ſi diuerſis temporibus vita decedant in hæreditate nouiſſimi pueri.SED ne in re omnium multo euidentiſſima ſcrupulum habere videamur,ſatius fuerit arbitror(quorum vel ſexcenta occurrunt)cætera ſilentio tranſire. Quod plane faciẽtes ex Iuris quoq; tam pontificii quam diuini decretis nonnihil hanc in rem roboris mutuabimur:ne ſacrorum canonũ,quos Imperatorum leges imitari haudquaq; dedignantur authoritatem, qua alia eſt in hoc profeſſionis genere maior nulla,poſthabuiſſe videremur Nouiſſime etiam pro vltimo accipi a Iuris pontificii authoribus patet:Cum alibi dictum ſit, Nouiſſime a ſummo ſacerdote per impoſitionem manus Paracletus datur.Et DIVVS alibi HIERONYMVS chriſti opt. max. verba tranſtulit Tunc uadit,& adſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum ne/quiores ſe,& intrantes habitant ibi , & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. QVOD NE VSV NOBIS eueniat illum precemur, qui deus ſe eſſe αλφα & ω adfirmauit quæ nouiſſima erunt prioribus efficiat meliora & priora,digneturq; ſupplicemus,in eorum uos recenſitum iri numero,qui no/uiſſimi fiebant primi,quiq; nouiſſimi erunt primi Cuiuſmodi deinde facti illũ ipſum deum opt.max.laudare mereamur nullo vnq̃ tempore nouiſſimi. Cui nunc,ac in æternum Soli eſto laus,honor,gloria,imperium.

Quod fauſtum,bonum,felixq; optimo cuiq; ſit votum. Paduæ lecta.

F. NAVSEA BLANCICAMPIANVS GREGORIO A GREGORIIS VIRO PRAESTANTISSIMO VENETO CALCOGRAPHO SOLERTISSIMO. S.

MIRVM eſt,& plane dictu difficillimū: vir præſtantiſſime : quantū do-
leam meas in Ius ciuile,tibi nuper magnopere flagitanti,periculi dū-
taxat faciundi gratia iſtuc tranſmiſſas,lucrubratiões in diuina tua offi
cina prælo,me non opinante,vt excudantur,traditas,nempe qui vereor illas
tanta nimirū feſtinatione præcipitatum non æditū iri, teq; Siculum Ompha-
cizaturū.Indoleo,inquā,me iterū atq; iterum ad eundem(vt dicitur)lapidem
impingere,eademq; oberrare chorda:quippe,q improbe Neptunū accuſaue
rim,qui denuo naufragiū facio:quū Scipio ille ne ſemel quidem ſapienti erra
re permiſerit, vt diceret ὄυκ ᾤμην.Non putaram.Quorſum iſthæc?Didici iādu
dum vno & altero meo incōmodo:quam ſit pudore & odio reprehenſioneq;
differtum,ædi,quod hauddū in Metii iudicis aures deſcenderit,quodq;,ſecun-
dū Poetæ verbū,nonum aliquoties preſſum in annū non laborioſa expoliue
rit lima.Statueram equidem,nihil a me vnq̄ poſthac ædi debere,qđ non vel a
docto quopiā Ariſtarcho vel fido aliquo Thæſeo eſſet elimatū,& iterū atq; ite
rū prius penſitatū,& ſub finē acerrime emendatum.Quando quidem non ne-
ſcius ſim,q̄ ſit magnū & arduū dare aliquid in manus hominū,nec perſuadere
mihi poſſim,nō & cū multis & ſæpe tractandū,quod placere,& ſemper & om-
nibus cupiamus.Tantū vero abeſt,vt hoc ipſum in hiſce noſtris Paratitlis fece-
rim atq; Problematis vt illa non vltimā,ſed ne primam qdem(vt ita dixerim)
authoris manū ſenſerunt.Adde, ea quemadmodū a me extemporaliter ſūt
recitata,ita ad te tranſmiſſa,& hoc ſane aduerſus maiorū morem : quos nimi-
rum(ſi & Fabio & Plinio Cecilio ſtandum eſt)aliter ſcriptitaſſe, vtpote elegan
tius,orationes q̄ habuiſſe cōſtat.Ciceronem enī eloquētiæ principē compoſi
tam pro Milone orationē,cū tempus oranti nō ſuppeditaſſet,ī partes ſeorſum
habendas diduxiſſe vel hoc ſcimus argumento.Quod,quum.T.Annius.Milo
variā illam,quā pro ſe ille ſcripſerat,orationē legiſſet,dixiſſe phibet. Si ſic.M.
Tulli egiſſes,nō eſitarem Barbatos piſtes Maſſiliæ.Id qđ etiānū eſt accipiendū
de illa,quā pro.M.Scauro ſubito,citra cogitandi ſpatiū,habuit,oratione.Itē
tidem accipimus & de ea,quā pro Murena dixit,oratione:quoniā vtrāq; ordi
ne lōge diuerſo poſtea ſcripſit.Sed qd hæc?Num Hylam(vt eſt in adagio)vo-
cē?Nunqd calculū,iacta alea,eſt reducere?Nepam imitabor?Minime,quū ſe
ro Phryx ſapiā.Quod ad te attinet,mallē te Fabii cunctationem,q̄.M.Minu
tii præcipitē temeritatē fuiſſe ſequutū,reiq; perficiundæ nō tam celeritatē q̄ cu
rā adhibuiſſe.Quod vero mearū eſt partiū,ſuſq; deq; patior Vrſinum æditū iri
partū,vel etiā abortiuū,ſuo qdem tēpore & loco lambendo emungēdū exor-
nandūq;,ad quem nūc conniueo.Is ita eminus abiectus nō apud me ſolū erit
in periculo:vtcūq; iamiam illū ipſum perinde atq; ætate precocē deplangē:q
mecū educari nō potuerit.Cur quæris?Ob varias,inquā,quas nunc bienniū fe

te in Italia patior, calamitates,aduerſitates,anguſtias,ægritudines:& ob mea quoq; & meorū amicorum,quibus & priuatim,& publice nunq̄ ferme nō di ſtrictus fui,negotia.Si quidē animo penſitare velis,quæ mihi vel hoc ſolo an no mala(loquor vt homo) aduerſata ſunt,nō diceres tot & tāta in equo,quē dicūt,Seiano,nec in Toloſano quoq; auro,nec i Lerna fuiſſe,imo vel Strobi lē iſtū Cartinū me extitiſſe fortūatiorē adfirmares. Quid multa? αει ἰλίῳ κακα Semper Ilio mala. Hinc ſpero vel Momiū mihi errorū,ſi qui in noſtris opellis emerſerint,meorū veniam minime negaturū.Nec cēſuerim tā immitē quen/ piā fore obtrectatorem,zoilū,Homeromaſtiga,qui a noſtris ea ratione a ma ledicentia,dente Theonino,Genuinoq; & conuitiis nō abſtineat: præſertim, vbi eo me pacto plane in eorū numero eſſe viderit,quos in libris iis inueniet abſoluta opera,& illa quoq;,quæ mirādo nō ſatiamur,pendenti(vt illius ver/ bo vtar)titulo inſcripſiſſe,perinde atq; inchoata ſemper arte,& imperfecta:vt contra iudiciorū varietates ſupereſſet artifici regreſſus ad veniā,velut emenda turo quicquid deſideraretur,ſi nō eſſet interceptus.Qua in re ſane & ipſe Apellē & Polycletū nobiliſſimos olim pictores ſequutus ſū,& q̄dē vere. Q̄m hæ no ſtræ lucubratiōes tāq̄ nouiſſime exierint,& q̄bus ſane plurimū ſit fato adēptū. Merito igit̄ oſor maligne i nos iuidiæ parcet:quū me nihil in illis abſolutū in ſc. ipſiſſe,nec ſūmā mihi artis ſecuritatē placuiſſe cognorit. Iure inquā; zoilos caueā:q̄d minus negauerim:meis opellis adiici poſſe& demi multa:q̄ppe q̄bus p̄legēdis cōponēdiſq;(vt ſciūt mei)Paulo pluſq̄ ſeſquimēſem:tot alioq aduer ſis corpis ægritudinibus diuexatus,tot negotiis diſtrictus;impēdi:q̄d p̄fecto tē puſculū vix inquiſitioni inſtituti operis & legēdis.I.V.interpretibus(qui innu merabiles pene ſunt)ſufficere potuit.Tibi vero:optime vir:nimirū mei ſtudio ſo,temerarioq; tuæ æditionis honori nō eſt quod plus æquo ſtomacher:quā/ do quidem qui exploratū habeo te omniū,quos inclytiſſima Veneta vrbs ha bet,impreſſorū eſſe & ſolertiſſimū & fideliſſimū:qui imprimendo nec vel Phi diæ in ſcalptura,nec Parrhaſio i pictura facile ſis ceſſurus.Ex cuius eq̄dē Calco graphia nihil,quod nō ſit omni ex parte politū,venuſtū,præclarum,doctū & ita emūctū prodire video,vt pene dubitē ne ex Gregoriana an a Paladia arte, Dedalione ingenio emanauerit.Id tñ nequaq̄,cū ob te,q ingenioſiſſimus es, tū ob MARCVM ABSTEMIVM FOROIVLIANVM hominē ſane p̄ bū,bñq; doctū,Calcograph æ tuæ Ariſtarchū admirari ſoleo.Quē p̄fecto ta lē,tūq; virū cū meis imaturis fœtibus i tua artificioſiſſima officina p̄fectū ſciā, q̄d eſt q̄ l' me vltra poſſit vel ſollicitare,vel q̄d' male audiā:Nimirū q minime hæſitauerim,illū nr̄as eo in negocio partes egregie & fideliter acturū.Addide rim,q̄ l' eundē,meq; pariter maiorē in modū,cōſolari pōt,illorū te virorū(ita audio)de nr̄is lucubratiōibus tumultuariis habere iudicia,& ſyncera teſtimo nia,qui ſolidæ oīs iuris ſcientiæ excellētia,ingenii acrimonia,animi ſapiētia, iudicii dexteritate,& vitæ integritudine nō modo p totā Italiā,ſed vel p vni/ uerſam Europā famigeratiſſimi ſunt: quorū equidē calculū ſcio etiā Momo cuiq; arrog ātiſſimo ſaufractutū,Præterea,ſi me nihil eorum aduerſus iuidos

iſtos detretatores velit aut poſſit defenſare, ſat mihi, ſupq; erit MAXIMI terrarũ Orbis ac ſũmi PONT. HADRIANI SEXTI numẽ Cuius ego authoritatẽ & volũtatẽ ꝓ rõne oĩo & merito mihi oĩbuſq; hñdã duxerim, penes quẽ ius totũ eſto & ptãs nr̃a, q̃ vel hactenus ſcripſimus vel in poſterũ (diis annuẽtibus) ſcripturi ſumus, vel ꝗ ꝓfigere vel creta vel Carbõe notare. Illius, inquã, iudicio me humillime ſubiicio. Cui vnico veroq; dei OP. MAX. i terris vicario opas nr̃as tã Paratitlorũ quã ꝓblematũ pinde atq; tutelari nr̃o, cui oĩa debemus, & ſctiſſimo iudici, cuius ẽ de oĩbus nr̃is iudicare, dedicauimus & poſthac, illo volẽte, plura dedicaturi Cuius numine aĩatus: nõ eſt, qd cuiuſlibet Sycophantiis rñdeã: ne illius diuinæ authoritati & cẽſuræ ĩpudẽter derogẽ. Caueat igit̃ mo neo, improbus vitiligator ĩ cœlũ expuat, eoq; ſagittã torqueat, memor ſit nõ mea, ſed illius, cuius ſm deũ ſũma ẽ & oĩs ptãs, ſe corrodere: qppe qui merito oĩa fecit ſua, qbus ſuã impartit̃ authoritatẽ. Poſtremo polliceor me optimo cuiq; ĩ poſteris ſubĩde libris ſuppleturũ, qđ ĩ primis ẽ vel feſtinatiõe neglectũ vel ĩcuria minus exacte traditũ. Interea vale & ſalue. Te plurimũ ſalutare iuſſit HIERONYMVS noſter a VITALIBVS PATAVINVS, noſtri ſtudioſiſſimus: iuuenis vt prẽ honeſtiſſimo, & mr̃e pari laude natus, ita ipẽ ſtudio ſus, lr̃atus, ĩẽt diſertus, puer ſimplicitate, comitate iuuenis, ſenex grauitate, qq; (ſi fata nõ refragent̃) nõ prĩæ modo ſed vel toti Italiæ, eius ꝓſtantiſſima indole arguẽte, honori decoriq; ſit futurus. Nec poſſũ qn tibi magnope quoq; cõmendẽ Bartolomeũ a FRASSETIS de Anguillaria, virũ mei amiciſſimũ: & laudabilẽ nõ mõ bonis, qbus pollet, lr̃is, ſed & vitæ ĩtegritate, morũq; cãdore ſacerdotẽ agentẽ. Antoniũ itẽ Talamatium Patauinum iuuenem diſcipulum noſtrum moribus & eruditione conſpicuum. Iterum vale Ex Patauio.

¶PROLOGVS AVTHORIS IN PROBLEMATA.

NON opus cẽſuerim, ut ĩ ꝓſentẽ nr̃am ꝓuintiã multis ꝓſemur: qppe, q̃ ĩ ea ſit Iuris ciuilis pte illuſtrãda, q̃ alia nõ eſt magis neq; neceſſaria neq; cõmoda. Q ñqdẽ nullus ſit uel iuris aut põtificii aut Cæſarei mediocriter eruditus, q neſciat titulũ de regulis Iuris libri. Pãdectarũ uel eo maximã & ĩcõparabilẽ cõplecti utilitatẽ, qđ utriuſq; Iuris (ut aiũt) cẽſura regulis pene dũtaxat, & regularũ exceptiõibus, tũ uerborũq; Iuriſcõſultis peculiariũ cognitiõe cõſtet. Abſit igit̃: ſupuacue cõmendẽ: qđ: nulla indignũ cõmẽdatiõe: ſeipſum oñdit An aũt nr̃æ ſubciſiui tẽporis q̃ſtiũculæ in rẽ aliqd faciãt: cãdidiſſimi cuiuſq; lectoris iudicio reliquerim. Ego eqdẽ ſpero hoſce noſtros: utcũq; tenues labores nõ minus legũ alumnis cõmodi laturos: quã lõgiſſima eorum cõmẽtaria, quibus Copiæ cornu: & lac, neſcio quod: Gallinaceũ a frõte: plerũ ꝗ pro mittitur. Haud ſane nobis uiſum eſt opæ preciũ: Pythagoricis, qui in prouerbiũ ceſſere: numeris Bœotica Aenigmata cõiungere: quæ & ipſa delio tãdem natatore indigerẽt, & ita demũ Sphinx nõ Dauo quopiã ſed Oedipo opus haberet. Quemadmodum enim nõ me clam eſt, quã ſint in eaſdem Iuris regulas non tam prolixa q̃ erudita a Iuriſconſultiſſimis uiris commentaria cõgeſta: ita adhuc neſcio, quatenus illa ingenia ſtudioſorum in Iuris ſcientia tyronum

inibi adiutarunt. Sc:o equidem futuros qui me Iuris ſciētiæ nō īterpretem ſed Paraphraſtē ſugillabūt: dicturi me, vel maxime hoc loco, quid maiore dignū admiratione facturū fuiſſe, ſi noſtra Problemata (quā & iſti inſcriptionem cauillabuntur) non legū latoris quoquo modo ſentētias reddidiſſent, ſed aliquid noui vltra ſeriem (vt eorum vtar verbo) literæ attuliſſent: nempe, quibus vna eſt ars in mirabilibus ambulare: & antiquorū Iuris conſultorum decreta & reſponſa ſuis argutiis, veluti nebulas quaſdam offundere. Cæterum, arbitror eos nihil vicio mihi verſuros, quod in rē, ipſorum ſententia, tenuē, & vilis pompæ gloriolā horas meas collocauerim: vbi quāti, hoc eſt, minimi, me faciā cognouerint. Puſillus enī puſilla tractaui. Thraſorū eſt, & militū plane glorioſorū ad iſtas Procerū palmas cōtendere: Theatricos ego applauſus tantū abeſt, vt deſiderē vt etiā nolim aliquē noſtris opellis feſtiuū (vt pluſculi factitauerūt) indere titulū nec etiā pro cōmentariis ambitioſis & argutis laborare: qppe, cui tantūmodo curæ eſt, quocūq; poſſim modo Iuris ſtudioſis tyronibus mea opa fideliter pdeſſe: Nō ignoro vel in hoc me vno a prioribus plurimū diſtare, quod illi plerique omnes Iuris ſcientiam ita tradiderunt, quaſi perfectis omni alio doctrinarū genere ſummā ſciētiæ (vt fertur) manum imponerēt, ſiue ſpernentes veluti parua atq; exigua, quæ prius diſcimus ſtudia: ſiue ad ſuū officiū pertinere rati, quādo diuiſæ profeſſionū vices eſſent, ſeu qd proximū vero: nullā īgenii ſperātes gratiam circa res, etiamſi neceſſarias, procul tamen ab oſtentatione poſitas, vt operum faſtigia ſpectantur, latent fundamenta. Ego autem, cum nihil putem Iuris ſcientiæ alienū: ſine quo Iuriſconſultū fieri nō poſſe fatēdū eſt, nec ad illius rei ſūmā, niſi præcedētibus initiis peruenire, ad minora illa: ſed quæ ſi negligas, nō ſit maioribus locus, me ſane nō ſuppuduit Iuris ſciētiam ab infantia incipere. Eſſe enim arbitror boni doctoris officiū, cū rudia tractet ingenia, nō ſtatim onerare infirmitatem diſcentiū, ſed temperare ſuas (vt Fabius ait) vires: & ad intellectū (quod alias etiamnum monuimus) audientiū diſcendere. Nam maiora intellectu, velut parum apertos ad percipiendū animos non ſubeunt. Iſthæc ideoq; i culpa pius lector fuiſſe cogitet, quod humillimus humillima dederim. Docere enim volui, non me, qui nullus ſum: oſtentare. Quo circa hic & alias operam nauaui pleno ſermone, eoq; (vti ſpero) latino quæ obſcura ſunt dilucidare, ignota manifeſtare, at Iuriſconſultos illos paſtos ſi non a facie ad faciem, ſaltem illorum vmbram reddere. Hinc vnum illud mihi facile perſuaſerim. Si nihil (quod abſit) hiſce noſtris lucubrationibus Iuris alumnis adiumenti attulero: me tamen animi mei candorem inibi reuelaturum: quippe, qui faueam perinde occupantibus locum ac poſteris: Illis, quia eorum nomina ſilentio non prætererim: hiſce, quod ipſis viam præſcripſerim: qua mecū ſint decertaturi: ſicut ipſe cū prioribus ſeruata modeſtia feci. Et ita argumentū dedi & exemplū poſſe & Iuris ſcientiæ cōmentaria latino puroq; ſermone & cōſcribi & perdoceri, ſi qui ſcribūt latine docti ſunt, nā barbari barbare ſcribūt Prætexui autē ſingulis regulis ſingula (vt videre eſt) pblemata, ſeruata literarū Alphabeti ſerie, quibus non modo literas ipſas (quod tamen magni eſtimari

poterat)uerumetiã ſexcẽtas alias uel multo plures leges paſſim in corpore iuris illuſtratũ iri crediderim. Non autẽ eſt, quod quiſpiã huius ſcriptionis generis ignarus ex noſtris uelit uerbis(quæ aliquãdo non ſine cauſa indiuerſum ire uidẽtur)argutias ſibi cõtingere, perinde atq; illa cũ legibus ipſis æque authoritate pollerent. Quandoquidem dedita opera ſtudui ſenſum modo & legũ & regularũ utcunq; reſerare: nõ autẽ, ut noſtra quæq; uerba legũ uerbis omni ex parte reſpõderẽt. Id quod ſane nõ tã difficile q̃ inutile futurũ ratus ſum. Inſup nõ curaui vbiq; de verbo ad verbũ concordantiã ſeruare. Quod fieri minime potuit: quũ nulla ſit tã vndecunq; cõſumata regula, quæ nõ aliquã habeat exceptionẽ: nẽpe, quod omnis in iure ciuili(vt inquit Vlpianus)periculoſa ſit definitio, parũq; inueniatur, quod ſubuerti haud poſſit, AD REM IGITVR propius venturi regulæ ab initio definitionẽ pro Tyronum vtilitate ſubiiciamus. Et definit ſane Paulus Iuriſcõſultiſſimus, idẽq; (quod pleroſq; vel illius cõterraneos fugit) Patauinus, nõ autẽ is, quẽ de Caſtro appellãt: qui & ipſe Patauinus nec ab illo degenerãs. Paulus inquã, regulã definit eſſe, quæ rẽ, quæ eſt, breuiter enarrat: nõ quidẽ, vt ex regula ius ſumatur, ſed ex iure, quod eſt, regula fiat. Per regulam enim cẽſuit ille breuem rerum narrationẽ tradi. Et(vt voluit Sabinus)quaſi cauſæ eſſe cõiunctionẽ, quæ ſimul cũ in aliquo viciata ſit, ſuum deinceps perdere officiũ. Vides igitur in regula breuẽ debere eſſe, &(vt ita dicã) ſũmariã narrationẽ. Id quod alias Baldus pdocte tractauit: vti fere ſemper in iure breuitas ſine obſcuritate cõmẽdatur. Colligis quoq; regulã nõ cõfacere ius, ſed ipſam ex iure: quod eſt, colligi: quoad illos. ſ. caſus, q regulã præcedũt. præterea habes regulã eſſe cõiunctionẽ cauſæ, id eſt, rationis. Regulã. ſ. cõſtitui cõiungendo rationẽ multorũ caſuũ eãdẽ habentiũ rationẽ. Et ita(eſt autẽ hæc cõmoditas multo maxima)rationes, quæ erãt numero multæ, in multis, iiſq; variis caſibus in vnũ quaſi corpus regulæ traditiõe redigi. Id qđ hoc plane loco Accurſius, Bar. Detius cæteriq; ad vnguẽ explicarũt. Cõſtitui vtiq; regulã certũ eſt ex iis, quæ vt plurimũ ita ſe habẽt. arg. l. nam ad ea. ff. de legi. & gloſſ. in. l. Iulianus §. i. i ver. plures. ff. de Act. Empti. Demũ audis hic regulã aliquoties viciari: eoq; modo ſuũ amittere officiũ. Q ñdoquidẽ in cõfeſſo ſit, regulã, quodq; regulariter fieri adſolet ſæpicule ſuas hẽre exceptiões. Quod pleriq; nõ inuenuſte nec indocte alias declararũt. Quorũ ſane huc trãſcribere cõmẽtaria lõgũ ſit arbitror, pinde in rẽ magis me facturũ, ſi eã a frõte pertractare q̃ potero breuiſſime incœpero, vel hac nimirũ rõne: quod hac de re nõ exigua, ſed ſatis ampla mihi fuerit diſſertatio in NOSTRO OPERE, vti ſperauerim, lõge vtiliſſimo, fidiſſimoq;, cui titulus eſt. Q. SCAEVOLA DE LEGIBVS INTERPRETANDIS: nẽpe i quo ſũma: q̃ potuimus: diligẽtia opaq; explicare nixi ſumus more veterũ Iuriſcõ. q̃q; argumẽtãdi genera in Iure qdẽ tã Põtificio, q̃ Cæſareo, & ex veteribus Iuriſcõ. oratoribus, rhetoribuſq; veras ad q̃ſcũq; i vtroq; iure Antinomias. i. cõtrarias. ll. (cuiuſmodi. tñ nõ ſũt) diſſolutiões, p virili, eoq; latino leguleioq; ſtilo docere ſtuduimus. Q đ qdẽ opus adhortatoribꝰ aliquot p clariſſimis doctria gñeq; viris, ppediẽ(. ESV. DEO OP. authore)ſũmꝰ æditũri.

Pauli duo Iuriſconſu. Patauini
l. i. ff. de re. iu.
l. gallus. § i. i. 3. opp. ff. de li. & poſt
l. i. ff. q me tus. l. fi. § i. C. de app. l. fi. C. de don.
l. i. ff. de off. pfect. pto.
I. an. And. Dynꝰ. i pe. de reg iur. li. 6 Archo di i. c. regula dii. 3.
Abb. & Card. c. Q m frequẽter.
Vt lite nõ cõteſt. facit. l. regulariter. ff. de pet hæ. l. regula. ff. de iuris & fa ct. c. pr. de re. iud.
Opus Nauſe. Q. Scæuola Antinomiæ

F. NAVSEAE BLANCICAMPIANI IN TITVLVM PANDECTARVM DE REGVLIS IVRIS PROBLEMATA.

PROBLEMA

Iulianus. l. ſiqs Titio. ff. ex q. cau.

FVNDVS ea mihi lege relinquit: ſi tpe, quo teſtator mortẽ ſit obiturus, domi fuero. Euenit, vt cũ teſtator deo naturæq; cõcederet, a municipio ad principẽ legatũ egerim: domũ reuerſus ab hr̃dibus a legato repellor: nimirum, quod mortis tempore domi non fuerim. In quæſtionem venit. An legatum mihi cedere debuerit. Cedere reſponſum eſt. Quoniã dixerit.

VLPIANVS

181 ABSENTIA eius, qui Reip. cã abeſt, non ei, nec alii damnoſa eſſe debet.

PROBLEMA

Martianus l. cũ q. § fi. ff. de acq. hære.

Hæres a quopiam inſtitutus adire hæreditatem iuberis. Te, inquis, aditurũ, ſi ſoluendo ſit hæreditas. Quæſtionis eſt, ne adieris? Minime tñdet. Quia ait.

PAPINIANVS

77 ACTVS legitimi, q nõ recipiũt diẽ, vel cõditionẽ, veluti emãcipatio: acceptilatio, hr̃ditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris ĩ totũ viciant̃ p tpis adiectionẽ Nõnũqͣ tñ actus ſupraſcripti tacite accipiũt, q̃ apte cõprehẽſa vitiũ adferũt: nã ſi acceptũ ferat̃ ei, q ſub cõditiõe pmiſſit, ita demũ egiſſe aliqd acceptilatio ĩtelligit̃, ſi obligatiõis cõditio extiterit, q̃ ſi verbis noĩatim acceptilatiõis cõphẽdat̃ nullius momẽti faciet actũ.

PROBLEMA

Vlpianus l. liberorũ. §. fi. ff. de in fa.

Iure cautum eſt, cum infamia notandũ, qui eã, cuius vir mala ductus cõſciẽtia ſibi mortẽ cõſciuit, vxorẽ fil iuſſa. pr̃e iubẽte, eiuſmodi ducit. Nũ, quæritur, is ignominiæ ſit obnoxius? Haudquaq;, tñdendũ putarũt, nempe, qd̃ ſcripſerit.

VLPIANVS

200 Ad ea, q̃ nõ habẽt atrocitatẽ facinoris vel ſceleris ĩ his ignoſcit̃ ſerius ſiue dominis ſiue his q vice dñorum ſunt, veluti tutoribus & curatoribus obtẽperauerint. ℂ Semp q dolo fecit, quo minus hẽret, p eo eſt hẽndus, ac ſi hẽret. ℂ In cõtractibus ſucceſſores ex dolo eorũ, qbus ſucceſſerũt, nõ tãtũ in id, qd̃ ad eos puenit, verũetiã in ſolidũ tenent̃, hoc eſt vt vnuſqſq; p ea pte, qua hæres eſt: cõueniatur.

PROBLEMA

Scæuola. l. quidã. ff. I euict.

Scipio cũ Camillo ĩ dimidia fundi pte hæres inſtitutus Catulo totũ, pn̄te Camillo, fundũ vendidit, ac ptiũ accepit. Euincitur a quodã fundus. Cõtra vtrũq; de euictione exempto agit Catulus. Camillus nullã illi aduerſus ſe actionẽ eẽ inqt. qa nihil ſibi cũ eo fuerit cõtractus. Vter de euictiõe teneat̃, q̃ſitũ? Scipionẽ teneri occurrit: qd̃ dixerit.

VLPIANVS

IN ALIVD eſt vendere, aliud eſt vendenti cõſentire. ℂ Refert̃ ad vniuerſos, qd̃ publice fit p maiorẽ partẽ. ℂ Abſurdũ eſt, plus hr̃e eum cui legatus ſit fundus, quam hæredem, aut ipſum teſtatorem, ſi viueret.

PROBLEMA

Vlpianus l. apud Celſum. § ſiqs. ff de doli except.

Tutor pupilli ædes pupillares Lucio vendidit, ipmq; vltra modũ circũuenit, aduerſus Luciũ de ptio agit pupillus. ille, qa dolo ĩ vẽditiõe ſit cõphẽſus, ſoluturũ ſe negat. Quid iuris Q. õ. ẽ? Dolũ tutoris pupillo nõ pdeſſe uideo. ait nãq;

PAVLVS

ALTERIVS circumuentio, alii non præbet actionem. 50

B PROBLEMA

Duo rei duodeuiginti aureos Pāpilo debemus. Sūmā, quā dixi: ſoluis. Aliquo deinceps poſt tpe a me Pāphilus petit eandē. Soluere renuens, inquā, tua me pariter ſolutiōe liberatū. Quis iure foueat cām? Me iuſtiorē eſt rūſū. Quia ait. Vlpianus l.3.§.fi.ff. de duo re.

CAIVS

BONA fides non patitur, vt bis idem exigatur. 53

PROBLEMA

Iure cauet ne pupillorū bona alienent, pupillus fūdū bona fide alienū emptū poſſidet. Tutor ꝓinde ſibi eūdē vēdere ratus diſtraxit. An venditioni locus ſit, q̄ri pōt? Minime inqt eni. Vlpianus l. Magis puto.§ 1.ff. de reb.eo.

PAVLVS

BONA fides tm̄ poſſidenti ꝑſtat, quātū veritas, quoties lex īpedimēto nō eſt. 125

C PROBLEMA

Statuto cauet, q Calen. Auguſti agrū coluerit, eū pœna extraordinaria, eaq; pecuniaria mulctādū. In ſtatutū cōmittēs accuſor. Iudicū, quorū duo ſūt, vn in decē, alter i qnq; me cōdemnat. Vtrius ſnīæ ſtet? Qui i qnq; rūdet. Scripſit etenim. Iulianus l. Inter ptes.§. fi.ff. de re iud.

VLPIANVS

CAPIENDA occaſio eſt, q̄ ꝑbet benignius rūſum. ℂ Qđ factū eſt, cum in obſcuro ſit, ex adfectione cuiuſq; capit interpretationem. 177

PROBLEMA

Scipioni ſuadeo, pecunias, q̄s i p̄rimonio ampliſſimas hēt, i prædiorū potius emptionē, quā fœnori collocet. Qui obſecutus detrimētū patit, refundā cōtēdit: cui nil, inq̄, me debere: q̄nqdē, qđ mihi factu ſit uiſū vtile, nulla ſane fraude cōſuluerim. Præterea eius fuiſſe, an, qd dedi, cōſiliū ſibi diſpēdio foret. Vtri ius ancillet? Mihi vtiq;. Q m̄ tradit. Caius l.2.§ fi.ff. mandati.

VLPIANVS

CONSILII nō fraudulēti nulla obligatio eſt. Cæterū, ſi dolus & calliditas interceſſerit, de dolo cōpetit actio. ℂ Socii mei ſocius, meus ſocius non eſt. 45

PROBLEMA

Apud te, cū Romā ꝓficiſcerer, aliquot libros depoſui. Iſtinc Patauium reuerſus mihi reſtituēdos exigo, te, inqs nō poſſe reſtituere: qm̄ citra tuū dolū caſu quodā amiſeris. In q̄ſtione eſt, an depoſiti tenearis? Non teneri rūdet. Inqt enim. Paulus l. fi fine. ff. depoſiti

VLPIANVS

CONTRACTVS qdā dolū malū dūtaxat recipiūt: qdā & dolū & culpā. Dolū tm̄ depoſitū & ꝑcariū: dolū & culpā, mādatū, cōmodatū, vēditū, pignori acceptū, locatū. itē dotis datio, tutelæ, negotia geſta. In his qdē & diligētiam. ℂ Societas & reꝝ cōmunio & dolū & culpā recipit, ſed hoc ita, niſi ſi qd noiatim cōuenit vel plus vel minus i ſingulis cōtractibus: nā & hoc ſeruabit qđ i initio cōuenit: legē eni cōtractus dedit: excepto eo qd Celſus putat nō valere, ſi cōuenerit ne dolus ꝑſtet. Hoc eni bōæ fidei iudicio cōtrariū ē, & ita vtimur. Aialiū vero caſus, morteſq; q̄ ſine culpa accidūt: fugæ ſeruorū q cuſtodiri nō ſolēt rapinæ: tumultus, incēdia, aquaꝝ magnitudines, īpetus ꝑdonū a nullo ꝑſtant. 24

PROBLEMA

Imp. Gord. Cum tibi tunicam venderem, ſoluendoq; nõ eſſes: pignori argenteũ mihi ſcy/
l. cũ te. C. de phũ pollicitus es, quẽ paupertate cõpulſus venũ, me tñ annuẽte, alii dediſti. Vẽ
pig. re. tũ eſt i qõnẽ, an ius pignoris apud te amiſerim? Amiſſũ rñdẽt. Qñqdẽ ſcripſit.

119 CAIVS

CREDITOR qui permiſit rem venire, pignus amittit.

PROBLEMA

Vlpianus Quũq; pdiũ, cui partes ſunt aliquot, ad quoſq; eius effectus cõe hẽmus. Ex illo
l. qui ſcit ff. ptes ad vnã oẽs diſtrahimus, q̃ri ſolet, an eius, q̃ nõ alienata eſt, partis emolumẽ
de vſuris tũ, pinde atq; predii totius, ad omnes attineat? Attinere rñdet. Siqdẽ inquit.

191 PAVLVS

CVIVS effectus omnibus prodeſt, eius & partes ad vniuerſos pertinent.

PROBLEMA

Vlpianus Cui nomen eſt Lucillo, aureos debeo nouẽ. Venit hoc ſe noĩe nuncupatũ præ
l. 1. ff. de cõd, tendens, & a me exigit. Credulus ſoluo. Pauciſſimos ſubinde intra dies errore
indeb. me interceptũ reſciui: qm̃ falſo is ſe mihi creditorẽ mentitus ſit. An quod ſolue
rim iure ſim repetiturus, quæritur? Repetiturum reſpõdetur. Quia ſcripſerit.

54 PAVLVS

CVIVS per errorẽ dati repeticio eſt, eius conſulto dati, donatio eſt.

PROBLEMA

Gloſſ. Quiſpiam emphiteoſim (ita rem appellant, quæ vel ad præſcriptũ vel perpe/
l. 2. C. de iu. tuũ tempus ea conceditur lege, vt ea vſurus in melius excolendo reformet) ami
emph. co donaturus, quærit, an ipſum ſibi iure vendere liceat? Licere rñdẽt. Quia ait.

123 VLPIANVS

CVIVS eſt donandi, eidem & vendendi, & concedendi ius eſt,

PROBLEMA

Paulus Cum ſeruus meus trans flumen pecori tuo nocumentũ intuliſſet, noxiali actio
l. in delictis. ne me conuenire moliris. Ipſe econtrario nihil me tibi ea actione debere exci/
ff. de nox. pio: nimirum, qui fluminis intercapedine interceptus noxiã prohibere non po
tuerim. Quid iuris? Me reſpondetur abſoluendũ. Dicit enim.

59 VLPIANVS

CVLPA caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.

PROBLEMA

Paulus Argentum tibi ſubſtractum, emi, ſcyathoſq; ex eo conficiundos curaui, Scya
l. ex argẽto. thos cõdicis: nẽpe, ex ære tuo factos. Nũ iure condicas? Iure rñſum eſt. Cũ ait.
ff. de cõ. fur. POMPONIVS

37 CVLPA eſt imiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.

PROBLEMA

Marcellus Qui a te quinquaginta aureis agrũ comparaui, errore ductus centum ſolui. Cẽ
l. ſi nõ ſortẽ. tũ ſubinde repetiturum quin quaginta modo me repetere poſſe inquis. Vtri iu
§. ſi centũ. ra ſuffragentur quæſtio eſt? Mihi ſuffragari cognoſcit. Quandoquidẽ tradit.
ff de cõdic.

85 PAVLVS

CVM amplius ſolutum eſt quod debeatur, cuius pars nõ inuenitur, quæ repeti poſſit, totum eſſe indebitũ intelligitur, manente priſtina obligatione. ¶ Is natura debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem ſecuti ſumus.

PROBLEMA

Cũ tibi aduerſus me acturo me ſiſti iudicio recepiſſem, tuo exceptus dolo die ſtata ad iudicium nõ veni. Per prætorem ex ædicto me cohercẽdum laboras. Quæritur, an iuſta eam ob rem in me ſit animaduerſio? Neutri ſuccurrendũ, ſed dolum vtrinq; compenſandum occurritur. Ait nanq;. Vlpianus l.fi.§.pe.ff. de eo q̃ p quẽ

VLPIANVS 191

CVM PAR delictũ eſt duorũ, ſemp oneraſ petitor, & melior hẽtur poſſeſſo ris cã: ſicut fit, cũ de dolo excipiſ petitoris, neq; eni datur talis replicatio petito ri: aut ſi rei quoq; i ea re dolo actũ ſit. ¶ Illi debet permitti pœnã petere, qui in ipſum non incidit.

PROBLEMA

Pater tuus, qui vita defunctus eſt, metu eo me torſit, vt illi non debitor trigin/ta dederim, quos ad te perueniſſe agnoſcens condixi: Rennuis: quoniam vix momento hi apud te fuerint. In quæſtione agitatur, vtrum eius rei aduerſus te hæredem danda ſit actio? Dandam ſoluitur. Quia ſcripſit. Vlpianus l.qd dixim⁹ §.f.¶quod metus

PAVLVS 169

CVM PRAETOR in hæredem dat actionem, quatenus ad eũ peruenit, ſufficit, ſi vel momento, ad eum peruenit ex dolo defuncti.

PROBLEMA

Teſtator quiſpiã condito ſibi teſtamẽto, infanti etiamnum filio ad legis nor/mam confecit. Cæterum quia illius ex cauſa teſtatio peſſum ierit In quæſtio/nem venit, an filii ſaltẽ teſtamẽtũ valeat. Nõ valere reſpõdi. Quoniã dixerit. Imp. Iuſt. Inſti.d pup. ſub. §. libe.

VLPIANVS 1;8

CVM principalis cauſa nõ cõſtat: plerũq; nec ea quidẽ q̃ ſequunẽ: locũ hẽnt.

PROBLEMA

Fundũ, quẽ tibi, ob creditã mihi pecuniã olim obpignorarã, te cõſentiẽte, vẽdidi: eundẽ vel eo tibi applicãdũ cõtendis, qm̃ minus cõſentire vẽditioni po tueris. Cui ego ex aduerſo. Iure te potuiſſe alienatiõi dare nutũ: qppe qui ex pa cto vẽdẽdi copiã habueris. Vter iuſtus q̃ſitũ? Me iuſtũ eſt pnũciatũ. Dixit nãq;. Marcellus l.ſicut re.§. ſi volũtate. ff.qui.mo. pig.ſol.

VLPIANVS 1:5

CVM qs poſſit alienare, poterit & cõſentire alienatiõi. Cui aũt donare nõ cõ cediſ: probãdũ erit, nec ſi donatiõis cauſa cõſenſerit, ratã eius volũtatẽ hñdam

PROBLEMA

Titii ſeruus quaſdã Pãphilo veſtes ſurripuit: hic ſeruũ cõuẽturus a Titio inhibe tur, quoniam ſecũ non cum ſeruo: qui ſui non ſit iuris, ea in cauſa actionẽ eſſe. Vtrum dixeris meliore tutum iure? Titium reſpondeo. Quum ait. Dio.et Max. A.A. l. ſi tibi.C. de nox.

CAIVS 105

CVM ſeruis nulla eſt actio. PROBLEMA

A teſtatore hæres inſtitutus duos tritici modios in Diui Antoni ædis fabricã dare dãnor, vſu venit, vt anno nondũ exacto, legatũ ſoluerim, quia mei con/ Valerianus l.cũ q.§. qd ſi.ff.de.an/ nu.leg.

tẽplatione id tẽporis ipm teſtator,progarit.Rectene fecerim,rogatũ eſt?Recte
17 reſpõſum.Inquit enim. PAVLVS

CVM tẽpus in teſtamẽto adiicitur credẽdum eſt pro hærede adiectũ, niſi alia mens fuerit teſtatoris,ſicut in ſtipulationibus promiſſoris gratia tẽpus adiicit.

D PROBLEMA

Vlpianus l.ſi extraneꝰ ff.d iu.dot. Quidã liberalitate ductus ſororulę tuæ nubẽti cẽtũ in dotẽ ꝓmiſit. Tẽpore ſolutionis aduentãte,q,recœpit,facultatibus defectus quinquaginta ſe dũtaxat dare poſſe inquit,ſororis ſubinde maritus ea nõ cõtentus ſũma, qđ reſiduũ eſt pecuniæ,actiõe exigit.Ille ſibi parcẽdũ autumat,q̃nquidẽ dederit quantũ potue
29 rit.Vter iuſtus?Promiſſor,ſiquidẽ ait. VLPIANVS

DIVVS pius reſcripſit,eos,q ex liberalitate ſua conueniũtur,in id:qđ facere poſſunt cõdemnãdos. PROBLEMA

Africanus. l.egi.tecũ. ff.d except. re. Aedes habeo,quæ cũ ruinã minatẽtur,eas reficiũdas ſtatui,vt ad pedes decẽ in ædes tuas,q̃ meis ſeruitutẽ debẽt,citra incõmodũ tuũ altius extolerẽ. Refectu/rũ impedis,pinde ac iure nõ tutũ.Vertit cõtrouerſia,vtri iura amiciora?Mihi
61 vtiq;.Quũ tradiderit. VLPIANVS

DOMVM ſuã reficere vnicuiq; licet,cũ nõ officiat iuito alteri:i quo ius non habet. PROBLEMA

Vlpianus l.ſi vero.ff. mandati. Creditor,cui tua cauſa factus ſum fideiuſſor in decẽ,me puræ fideiuſſionis liberũ dicit:ſiquidẽ donãdi aio,hinc aduerſus te actionẽ inſtituo.An iuſtæ quæſitũ
83 eſt?Iniuſte,procul dubio.Cũ ſcripſerit. PAPINIANVS

DONARI videtur,quod nullo iure cogente,conceditur.

E PROBLEMA

Paulus l.2.§.interdicta.ff.de interdict. Res inquit,q̃ſpiã,diuinæ in bonis ſũt nullius.Qđ eiuſmodi eſt,cõcedit occupãti:res igit ſacræ occupãti ipune cõcedũt. Quærit nũ huiuſcemodi argutiola in iure vti cõueniat?Minime,Quia ait. IVLIANVS
66

EA eſt natura cauillatiõis,quã græci ἀκβολην appellãt,vt ab euidẽter veris,p breuiſſimas mutationes,diſputatio ad ea,quæ euidẽter falſa ſunt,perducatur.

PROBLEMA

Iuſtinianus Inſtitu.de inuti.ſtipu. In prin. A Proculo tunicã ſtipulatus es & hypocẽtaurũ:ꝓmiſſor dat tunicã,nõ etiã hypocẽtaurũ:q̃ppe q minime ſit i rerũ natura:quẽ:tamẽ cõſtãter exigis,Vtrũ ad dandum ꝓmiſſor cogi poſſit?Non cogi reſpondetur.Inquit enim.
178

VLPIANVS

EA q̃ ad dãdũ ĩpoſſibilia ſũt:vel q̃ in rerũ natura nõ ſunt,p nõ adiectis hñtur.

PROBLEMA

Paulus l.4.§.Cato ff.d verb. ob. Titius Sẽpronio ſtipulãti p agrũ ſuũ iter hẽre ꝓmiſit,cautq; vndeuiginti aureorũ pœna,ſi vel ipe vel ſui hæredes cõtra,qđ cautũ eſſet:faceret. Mortuo Titio impedit in itinere Sẽpronius ab vno Titii hæredũ:a quo,quia pauper ſit, minime,ſed ab alio pœnã,eãq; in ſolidũ Sẽpronius exigit,ille ꝓ ſua portione hereditaria ſoluere paratus,reliquũ pœne ab aliis expoſcẽdũ cõtendit.Qđ ſibi Sempronius haud fore itegrũ,nec iure ita,inquit,receptũ.Vter ꝓinde? iu
158 re potior?Sẽpronius.Q.m ait. CELSVS

EA, q̄ in ptes diuidi nō poſſūt, ſolida a ſingulis hæredibus debent. ¶ In re dubia benigniorem interpretationem ſequi nō minus iuſtius q̄ tutius.

PROBLEMA

Tradūt Lazarū a Xpo opt. max. deo vitæ reſtitutū a Martha, Mariaq; Magdalena, quos hæredes bonorū inſtituerat, hæreditatē poſtliminii iure poſtulaſſe. Quæſitū, nū adita hæreditate ille bona recupare poſſit? Rñſum, iure haud qua q̄ receptū. Quia dixerit. IVLIANVS 65

Imperat. I Auth. d. cõl. ſu. col. 4.

EA, quæ raro accidunt, nō temere agendis negociis computantur.

PROBLEMA

Vetres ſceleris cōiunctus & p ſententiā deportatus bona, q̄ habet, ſuis exiſtimat ſe relicturū hæredibus. Cæterū, fiſco ea ſibi vēdicāte: in dubiū venit vtri cedāt? fiſco reſpōdet. Inquit enim. HERMOGENIANVS

Imp. Alex. l. deportato. C. de poe.

EA ſola deportationis ſententia aufert, quæ ad fiſcum perueniunt. 79

PROBLEMA

Marcellinus filiā teſtamēto Helio deſignauit eidēq; filiæ: ſi huic nupſiſſet p̄diū verbis fideicōmiſſi reliqt. Si nō nupſiſſet, Helio dādū. Puella nōdū viripotens ſuū obiit diē. Helius prædiū poſcit. Quæſtiōis eſt, an iure cōſeq poſſit? Nō poſſe occurrit. Q. m̄ ſcripſerit. VLPIANVS

Papinianus l. pater. ff. d cōd. & demon.

EIVS eſt nolle, qui poteſt & velle.

PROBLEMA

Iudex eius, qui capitis eſt dānatus, lata ſentētia, inocentiā dam̄nati expiſcatus quid ſibi faciundū ignorat? Illi rñſum eſt, nō vtiq; aduerſus quod pronunciatū eſt cōtendendū: imo ſnīam omnino mutandam. Nam tradidit.

Vlpianus l. 1. §. ſi. ff. d quæſt. l. Iudex. ff. de re iud.

MARCELLVS

ETSI nihil facile mutādū eſt ex ſolēnibus: tñ vbi æqtas euidēs expoſcit, ſubueniendū eſt. 144

PROBLEMA

Filius meus, cuius apud me peculiū eſt, tibi furtū fecit. De peculio aduerſus me actiōe agis. Nego ea te poſſe cōtra me vti actiōe. Cuius igit̄ q̄ro ptes iuſtæ? Meas cēſu erim. Ait nāq;. VVLPIANVS

Papinian. l. 3. §. furti/ ua. ff. de peculio.

EX pœnalibus cauſis non ſolet in patrē de peculio actio dari. 59

PROBLEMA

Iure receptū liquet, ab eo, q agit, iuramentū calūniæ p̄ſtandum. Mota eſt iter Aphrū actorē, & Tertuliū cōtrouerſia. Cuius ſubide lite cōteſtata, eius a neutro facta eſt iuramēti mentio, ſed caſu quadāq; aut icuria aut negligētia obmiſſū. Quæri cœptū eſt. Nū ille ipſe iudicii actus valeat? Valere rñſum. Q. m̄ ſcribit.

Imp. Iuſtin. l. 2 §. ſed qa C. de iura. cal. c. 1 d iurame. li. 6.

MODESTINVS

EXPRESSA nocent: non expreſſa non nocent. 155

PROBLEMA

A Craſſi matre fundū Lucullus emit. Qua decedēte, Craſſoq; hærede iſtituto Lucullus ſibi fundū eſt vēdicaturus. Cui Craſſus: qd̄ mr̄ ſe ignorāte diſtrahere hæreditatē: nequiiſſet exceptiōe repugnat. Vter iuſtus? Lucullū aio. Cū dixerit.

Impp. Car° & Nu. l. cū a matre. C. de rei vēd.

VLPIANVS

EX QVA perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debet.

E PROBLEMA

Archid. ſ. o. l c. ea q ſiũt de roiu. & p tot. de ſen. excõ.

Quidã, cũ ne apoſtolicis pareretur literis pluripharia molitus eſſet, Eittio cõfeſſus ſceleris eſt eius ab eodẽ abſolutus. In dubiũ a pleriſq; nõ vulgariter eruditis ventũ eſt: Nũ hæc cuiuſpiã ſit momẽti abſolutio? Nullius inquã. Q̃m tradit.

VLPIANVS

131 FACTVM a iudice, quod ad eius officium nõ pertinet, ratum non eſt.

c. ea q̃ ſiunt de re iu. li. 6

PROBLEMA

Hermoge. l. interpretatiõe. ff. d'pœ.

Quidã, alto loco natus, fratris, quas in res habuit, literas ſubducendo quædã in ipſiſq; obliterando nonnulla falſas fecit. Sẽtẽtia falſi dãnatus eſt, ita, vt manuum altera illi amputaretur, nec expreſſum vtra? Quæſitus reſpondi, ſiniſtrã amputatum iri. Siquidem ſcripſiſſet.

PAVLVS

198 FACTVM cuiq; ſuũ, nõ aduerſario ſuo nocere debet. §. nõ videt vim facere: q iure ſuo vtit, & ordinaria actiõe expent. §. in pœnalibus cauſis benignius eſt interpretandum.

PROBLEMA

Paulus l. Attianus. ff. de act. & obl.

Attilius aduerſus Priſcũ ex empto ad ducẽta agit: q̃ ſibi dari poſtulat. Priſcus pactum ſibi de non petendo factum excipit. Suam vterq; adſertionem publico inſtrumento probat. Vter ſuccumbat? Attilius inquam. Quia ait.

CAIVS

167 FAVORABILIORES potius rei, quam actores habentur.

c. cũ ſunt de re iu. li. 6.

PROBLEMA

Vlpianus l. q teſtamento §. mulier ff. de teſta.

Condens teſtamentũ ſex, quos habet, teſtibus mulierẽ adhibuit. Quo ſubinde defuncto, fuere, qui teſtamentũ teſtium defectu nõ valere dixerunt. Contra hæredes imo ualere, rati teſtis locũ impleſſe mulierẽ, id quod aduerſarii negarunt. Modo quærit, quibus iura ſuffragẽtur? Aduerſariis reſpõdet. Cũ dixerit.

VLPIANVS

2 FOEMINAE ab oĩbus officiis ciuilibus vel publicis remotæ ſunt. Et ideo nec iudices eẽ poſſũt, nec magiſtratũ gerere: nec poſtulare: nec p alio itceruenire, nec pcuratrices exiſtere. §. itẽ impuberes ab oĩbus officiis ciuilibus debẽt abſtinere.

PROBLEMA

Imp. Seue. l. eius, ſeuer. C. in q's bus cau. ita.

Cum hæc ſciberem, annus agebatur ſecundus, proficiſcente me Clodiã (qđ Venetorum eſt oppidulum) tres numero adoleſcentes, ex quibus duo annum fere tertiumdecimum agebabant, homicidii accuſabantur. Erant iudicum, qui eos capitis pœna minime damnandos, quidam (qui ſubinde compotes ſententiæ efficiebantur) e regione aliter cenſerent. Quæſtionis fuit, an iure ipſis parcendum fuerat? Parcendum aio. Quia tradit.

PAVLVS

108 FERE in omnibus pœnalibus iudiciis ætati & imprudentiæ ſuccurritur.

PROBLEMA

Pomponius l. prout q. q. ff. de ſolut.

A Gibaldo ruſtico Angelus equũ emit. Quo nõdũ tradito vterq; pœnitẽtia ductus de diſtrahenda emptione conuenit. Nũ, q̃ritur, qđ vtrin3 conuenit, vtroq;

conſentiente diſſolui poſſit? Poſſe occurrit ut. Quoniam inquit.

PAVLVS 196

FERE qbuſcũq; modis obligamur, iiſdẽ in cõtrariũ actis liberamur. Cũ qbus modis acqrimus, iiſdẽ i cõtrariũ actis amittimus. Vt igiť nulla poſſeſſio acquiri, niſi aĩo & corpore põt: ita nulla amittiť, niſi in q̃ vtrũq; in cõtrariũ actũ eſt.

PROBLEMA

Filius ex peculio, quod habuit, mercimoniis ſeſtertia quinq; lucratus patri vendicanti negauit: nimirum quæ ad ſe pertinere cenſuit. Indubium venit vter melior? Patris olim fuiſſe meliores partes reſponſum eſt. Cum dixerit. Vlpianus l.qcq.d.ff.de ac.poſ.

METIVS 93

FILIVSFAMI. neq; retinere, neq; recuperare, neq; adipiſci poſſeſſionẽ rei peculiaris videť.

PROBLEMA Vlpianus l.ait prætor.§.ita demũ.ff. quæ in frau.

Mæuius Hugolino centum, totidẽq; Hadriano debuit. Qui cũ cæteris quoq; creditoribus.200. deberet, is citra animi conſilium coactus omnibus, q̃ habuit, bonis ceſſit. Quo facto is ſubinde ſoluendo aliis non fuit. Mæuius igiť atq; Hugo. bona reuocanda putauere. Hic, vna cũ creditoribus, quibus bonis ceſſit, reuocari nõ iure poſſe credidit. Quid iuris? Tutas, iquã, Meuii eẽ ptes. Quod ait

PAPINIANVS 80

FRAVDIS interpretatio ſemper in Iure ciuili nõ ex euentu duntaxat, ſed ex conſilio quoq; deſideratur.

PROBLEMA Iabolenus l.ſi.ff.de vſuris

Donato cuidã abs te aureo cyatho, in paupertatẽ adactus non inuenis qui tibi mutuaturus tuã ſequi fidem velit. Amico itaq; in cõſilium adhibito ſupplicaſti, qua via tibi credendæ pecuniæ fidem facere poſſes? Qui reſpondens aureo inquit, nunc tuo opus eſſet Cyatho. Quoniam perhibuit.

IABOLENVS 72

FRVCTVS rei eſt vel pignori dare licere.

PROBLEMA Imp.Iuſti. Inſtitu.§.furioſus de inuti.ſti.

Duo fratres, quorũ alter diutino ĩterceptus furore, fundũ ea cõpararũt lege, vt neutri, altero nõ cõſentiẽte, ipſius diſtrahẽdi ptãs eẽt. Animi cõpos neceſſitate cõpulſus fũdũ, mẽtecapto antea fratre ĩterrogato: eoq; q̃ſi adſtipulãte: vẽdidit. Quæſitũ eſt. Nũ lege: q̃ illũ ipm habuere fundi fctã ſit vẽditio? Minime rñde. Quia ait.

POMPONIVS 41

FVRIOSI, vel eius: cui bonis interdicitur: nulla voluntas eſt.

PROBLEMA Aphricanus l.apud Iulianũ.§.I.ff. de leg.I.

Qui Seio triginta legauit vita defunctus eſt. Hæredes, quos ille reliqt: vltra tps, quo legatũ Seio cædere debuerat: morati, legatũ citra vſurã dare cõtẽdũt. Seius ecõtrario & ſortẽ & vſurã, quã ſe interim ex legato lucratũ fuiſſe putaret ſibi inqt deberi. Quæſitũ, vtri iura adminiculent? Seio dixi. Qm̃ ſcriptũ reliqt.

G. PAPINIANVS 79

GENERALITER cum de fraude diſputatur, non quid habeat actor, ſed quid per aduerſarium habere non potuit, conſiderandum eſt.

Marcellus l. poſtulãte. ff. ad trebell. §. cæterum

H PROBLEMA

Statuto cauet, debitorẽ carceri tradendũ. Pr̃ tuus Titio debitor ſuũ obiit diẽ. Ipſe ſoluẽdo tardior carceri cõcluderis. Nũ iuſte q̃s? Iuſte inquã. Nam dixit.

60 VLPIANVS

HAEREDEM eiuſdẽ poteſtatis, iuriſq; eſſe, cuius fuit defunctus, conſtat.

Caius l. nihil. ff. de verbo. ſigni.

PROBLEMA

Mortuo Trãquillo, cuius ipſe creditor es, omni, quo ipſe, in bonis eius vniuerſis, iure fungor. Cæterũ: hæreditatem me illius habere negans tibi quæ credidiſti, reſtituenda reluctor. Num iure? Haudquaq̃. Quandoquidem inquit.

61 IVLIANVS

HAEREDITAS nihil aliud eſt, quã ſucceſſio ĩ vniuerſũ ius, qđ defũctus habuerit tpe mortis.

Sabinus & Caſſius l. 1. §. ſed etſi ff. de vi & vi ar.

PROBLEMA

Qui mihi neceſſitudine cõiũctus eſt Alexiũ de domo, me neſciẽte, vt mihi gratificaret, deiecit, & tandẽ in publico ſane loco, multis audientibus, ſe meo deieciſſe noĩe, pteſtať. Proteſtãti g̃ras agẽs, eius me factũ adfirmo lubẽter ratũ hr̃e. Ab Alexio deiectionis deinceps accuſor. Cui aduerſus me actionem eſſe nullã excepi: nec debere quicq̃. Vtrũ debeam, fuit quæſitũ? Vtiq; rñſum. Ait nanq;.

191 VLPIANVS

HOC iure vtimur, vt quicquid omnino p vim fiat, aut in ius publice, aut in ius priuate crimen incidat. §. deiecit, & qui vel iuſſit, vel mandauit, vel ratum habuit. Rati enim habitio mandato comparatur. §. in contractibus, in quibus doli præſtatio, vel bona fides ineſt, hæres in ſolidum tenetur.

Paulus l. diligenter. §. item ſi. ff. mandati

I PROBLEMA

Tibi, quo agrũ meũ Titio vẽderes, mãdaui. Cæterũ, mãdati fines: me inſcio, trãſgreſſus nonaginta vendidiſti. Petenti eapropter mihi a Titio agrũ reſtitui negať, qm̃, mandãte me cõpararit. Quid iuris? Reſtituẽdũ vtiq;. Quum dicit.

POMPONIVS

ID QVOD noſtrũ eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt.

Zeno Aug. l. fi. C. de p̃. decuri. h 10. l. pacta. ff. de cõtra emp Paulus

PROBLEMA

Iulius decurio prædium ſine decreto vendidit, pretio quidem non ſoluto ſed cõſtituto. Imperator id expertus ipſum, mulctam a Iulio ſumendam: qđ lege prohibente citra decretum alienaſſet prædium, mandat. Qui excipiens ſe modo, inquit, vſum imaginaria, non etiam vera venditiõe. Quid nam iuris quæritur? Iulium vere vendidiſſe reſpondetur. Scripſit enim.

16 PAVLVS

IMAGINARIA venditio non eſt, pretio accedente.

Proculus l qua actiõe §. ſi. ff ad le. Aquil.

PROBLEMA

Chirurgicus qdã ĩperitus, audatia ĩprudẽter fretus quẽdã calculo laborantẽ ita ſecuit: vt paucos intra dies, ea nimirũ ſectiõe vita defunctus ſit. Homicidi medicus poſtulať. Ille ſuã ꝑdĩt inocẽtiã: nẽpe nõ ratus ſibi tã ĩfeliciter ceſſurũ. Reuocata ĩ dubiũ cõtrouerſia, tandẽ cõcluſum eſt, medicũ culpæ reũ. Siquidẽ ꝑdidiſſet.

14 CAIVS

IMPERITIA culpæ adnumeratur.

PROBLEMA

Seruum tibi ſtipulanti promiſi. Quo, te ignoráte, mortuo, aduerſus me agis. Vtcunq; excipiens a iudice ad dandum tibi eundem ſeruum iubeor. Quid iuris? Sententiam vtiq; reſcindendam. Quando dixerit. Paulus l. fi. ff. q ſen. ſine app. reſcin.

MARCELLVS

IMPOSSIBILIVM nulla obligatio eſt. 144

PROBLEMA

Quum diratum ſententia (quã excõicationẽ dicũt) exagitareris. Continebatur húc in modũ excõicatiõis verborũ cõtextus. Quoſq;, q tua vterenť cõmunione, ꝑter, quorũ domeſtico pfrueeris miniſterio, ſnĩæ obnoxios fore. Cæterũ, quũ, quõ verba ſnĩæ interpretarenť neſcires, an. ſ. & ipſi, quorũ operis vtereris, agricolæ ſentẽtia cõtinerenť, cœpiſti quid facto opus rogare? Rogãti eſt reſpõſum, eius ambiguitatis reſoluẽdæ grã max. Pontificẽ cõſulẽdũ. Qui i diceret. Grego 7. Inno. 3. 11. q. 3. c. qm c. inter alia de ſen. ex.

HERMOGEMANVS

IN ambiguis orationibus maxime ſnĩa ſpectanda eſt eius, q eam protuliſſet. 96

PROBLEMA

Cum publius Titio Pamphilum Maii Calẽd. Stata pœna ſi, quod promiſſet, non faceret, datum iri promiſiſſet moram interpellatus fecit. In iuditium ea ꝑpter vocatus Pamphilum inquit ſe paratum offerre. An offerens Pamphilum moram emendare poſſit? Poſſe inquam. Cum prodiderit. l. ſi ſeruũ. §. d: illo. ff. de verb. ob. l. ſi inſulã. ff. de verb. ob.

PAVLVS

IN ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt. §. non eſt nouum: vt quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt, durent, licet ille caſus extiterit: a quo initium capere non potuerunt. §. quoties æquitatem deſiderii naturalis ratio, aut dubitatio iuris meretur, iuſtis decretis res temperanda eſt. 36.

PROBLEMA

Daniſta quidam fratrem meum: annis uigintiquinq; minorem: in quodam ab eo empto fundo, plus nimio circunſcribens: fundum: ex quo aliquot collegerat fructus: reſtituere iuſſus eſt. Quæſitũ, an ille fructus pariter reſtituere debeat? Reſtituendos reſponſum. Siquidem ſcriberet. Paulus. l. quod ſi mi nor. §. reſtitutio. ff. de mino.

VLPIANVS

IN condemnatione perſonarum: quæ in id; quod facere poſſunt: damnãtur: non totum: quod habent: extorquendũ eſt. Sed & ipſarum ratio habenda eſt: ne egeant. §. cum uerbum reſtituas lege inuenitur: etſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt: tñ & fructus ſunt reſtituendi. §. unicuiq; ſua mora nocet. Qđ & in duobus reis promittẽdi obſeruatur. §. dolo facit q petit: qđ reſtiturus eſt. 132 c. mora de re iur. li. 6

PROBLEMA

Empto a quodam prædio: facta eſt in lege venditionis deſuminibus & ſtillicidiis: quæ uti eſſent uenderentur: inter emptorem & uenditorẽ altercatio: quippe quod utrinq; ambigua eſſet oratio. Quæri cœptum eſt: utri nocumenta cœderent? Venditori diximus. Quoniam ſcripſiſſet. Pompo. l. cũ in lege ff. de cõtra emp.

132 VLPIANVS

l.cõtra eum de re iu.l.6 IN CONTRAHENDA venditione ambiguũ pactũ cõtra venditorem In/
terpretandũ eſt. Ambigua autẽ intentio, ita accipiẽda eſt, vt res ſalua actori ſit.

Cõſtant.A. l.1.§.ĩpube/ PROBLEMA

res.C.d fal. Mone. Quidã in ædibus pupilli improbam, vidente & admittẽte pupillo, monetã excuſſit. Quo demũ comperto, fuere, qui pariter pupillũ leſæ maieſtatis reũ dicentes vita priuandum ducerent. Alii hærentes quæſierunt, quid iuris? pupillo parcendum reſpondetur. Quod dixerit.

110 PAVLVS

c.in alterna/ IN EO, quod plus ſit ſemper, ineſt minus. §. nemo alienæ rei expromiſſor
tius de re iu. idoneus videtur, niſi cum ſatiſdatione. §. pupillus pati poſſe nõ intelligitur. §.
li 6. vbi verba coniuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe factum. §. mulieribus tũ ſuccurendum eſt, cum defraudantur, non vt facilius calumnientur.

Imp.Di & Ma.aa PROBLEMA

l.res alienas Titius rem, quam Pamphilum nullo ſcit titulo poſſidere, lucraturus nullis, qui
C.de rei vẽd. bus eſſe ſuam probare poſſet, fultus petit. Sunt, qui Pamphilum æquo fore animo iubent, quoniam ab illo vinci minime queat. Conſultus cuius ipſe partes dicerem tutiores? Pamphili inquam. Quando quidem docuerit.

POMPONIVS

34 IN EO, quod vel is, qui petit, vel is a quo petitur, lucri potiturus eſt, durior cauſa petitoris eſt.

PROBLEMA

Vlpianus Rogerius aduocatus ſuũ cuidã ciui patrocinium duos in annos locauit. Qui/
l.q operas bus hauddum exactis, qui cõduxit moritur. Mercedem ille totius temporis exi
ff.locati. git, hæredes refragãtes ad integram ſe mercedem ſoluendam non eſſe obliga/ tos excipiunt. Quo iure vtendum pluſculi dubitarunt? Dubitantibus ſimulq; quærentibus eſt reſponſum. Dignum mercede aduocatum. Inquit enim.

122 VLPIANVS

c.cũ ſtat.de IN iure ciuili receptũ eſt: quoties p eũ, cuius: intereſt cõditionẽ nõ impleri: fiat:
re iu. li.6 quo minus impleatͣ, pinde haberi: acſi impleta cõditio fuiſſet, quoad libertatẽ & legata & ad hæredũ inſtitutiones pducitͣ, qbus exẽplis ſtipulatiões quoq; cõ mittunͣtͣ: cũ p promiſſorẽ factum eſſet: quo minus ſtipulator cõditiõi pareteat.

PROBLEMA

c.fi.extra de Albericus in extremis laborans, ſuæq; mentis impos, ſe ſuaq; bona omnia. Di
ſucces.ab uui Benedicti Cœnobio contulit. Quo ſubinde defuncto. Monachi quæ ſua
inteſta. erant cenobio relicta exegere. Contra ab hæredibus itum eſt: quoniam eum in modum is teſtari nequiiſſet: quod furore correptus fuiſſet Quid ea in re iuris? quærentibus reſpondetur. Monachis nil deberi. Siquidem diceret.

5 PAVLVS

IN NEGOTIIS contrahendis alia cauſa habita eſt furioſi, alia eorum, qui fari poſſunt, quamuis actum rei intelligant. Nam furioſus nullum negotium contrahere poſſit. Pupillus omnia negotia tutore authore agere poteſt.

PROBLEMA

Stichus ſeruū libertate donaturus Sempronio i hæc verba legauit. Seruū meū liberū eſſe volo, ipmq; Sempronio do, lego, vbi, qa i obſcuro eēt, qm̄ teſtator hoc ipm ſenſiſſet. Quæſitū fuit qd iuris? Rn̄ſum, ſeruū eſſe liberū. Quia dixit. Paulus l. ſi peculiū. ff. de manu. teſta.

VLPIANVS

IN obſcura voluntate manumittentis, fauendum eſt libertati. l. 9

PROBLEMA

Quidā vicinus, qđ ego fieri memini, ſuo vicino aq ductus ſeruitutē cōceſſit. In cuius nimirū cōſtitutione nulla nec fiſtulæ nec lapidis (tum tamen vtroq;, hoc q̄ illa frequentius) mentio facta eſt. Qui ergo ſeruitutē habuit ſtrato, vti eſt, la pide ducere voluit. Alter recuſauit: nimirū eo ſibi ductu incōmodatū iri ꝑten dens. Cuius melior eſt pars? quæſitus. Rn̄di cōcedētis. Quādoquidem dixerit. Paulus l. ſi pri. §. placuit. ff. d aq. ꝑ lu. ar.

PAVLVS

IN obſcuris inſpici ſolet, quod veriſimilius eſt, aut quod plerunq; fieri ſolet. 114

PROBLEMA

Papyrius pupillus i debitorū bonis hypothecā hn̄s obiit mortē. Succeſſores il lius i ius ipm vniuerſū eādē ſe hr̄e rati hypothecā aduerſus debitores actiōe ſoli ta egerūt. In quos ab iis excipit, minime eos, veluti pupillū, hr̄e hypothecā. La ta ad iudicē cōtrouerſia ꝑ debitoribꝰ tādē ꝓnūciat. An bn̄? Bn̄. Qm̄ ſcripſerit l. Sabinus. ff. de pei. credito.

PAVLVS

IN omnibus cauſis id obſeruatur, vt vbi perſonæ conditio locum facit bene ficio: ibi deficiente ea, beneficium quoq; deficiat. Vbi vero genus actionis id de ſiderat: ibi ad quēuis proſecutio eius deuenerit, nō deficiat ratio auxilii.

PROBLEMA

Lata aduerſus me in quodam negotio falſa, meo iudicio, ſententia, iudicis, q mihi inimicus fuit, violentia deterritus non appellaui. Edoctus ſubinde, tranſa cto tempore appellationis, cauſam agere cœpi. Num mihi, quæſitū fuit, eius ſit rei venia danda? Dandam vtiq; reſponſum. Quia diceret. Martianus l. cū qdā. ff. de appella.

POMPONIVS

IN oībus cauſis pro facto accipit id, i quo qs aliū phorreſcit, quo minus fiat. 40

PROBLEMA

Attilius veſtē Regulo legauit nullo pſtandi legati die ſtato. Teſtatore mortuo: aditaq; ab hæredibus hæreditate Attilius legatū petiit: illi pcraſtinari moliētes inquiūt, nōdū deberi. Deberi inquit Attilius. In quæſtionem venit vter iure po tior? Attilium non dubio potiorem dixerim. Quia ſcripſit. Paulus l. ſi dies. ff. qn̄ dies lega. cedit.

POMPONIVS

IN omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti debetur. 14

PROBLEMA

Mota inter duas partes digladiātes cōtrouerſia, iudex iis delegatus eſt. Coram quo illis cōcertātibus partiū altera de iudice nō competente excepit: nēpe qui ſeruus eſſet, quod pleriſq; omnibus conſtaret. In dubio fuit, an iudex, qui ſer uus eſſet, officio defungeretur? Defuncturum reſpondi. Quoniam diceret. Paulus l cū ꝑtor. §. non aūt. ff. de iud.

VLPIANVS

IN omnibus officiis, quæ fieri per liberas perſonas, leges deſiderant, ſeruus interuenire non poteſt. §. non debeo melioris conditiõis eſſe, quã author meus, a quo ius in me tranſit.

PROBLEMA

Celſus l. ſi & me & Titiũ. ff. ſi certũ peta.

Cum ab te mutuo rogarem pecuniã: quoniã ipſe nõ haberes, mihi debitorẽ ꝓmittere iuſſiſti. Tempore haud multo poſt, pecuniã a me condicis. Cui ego, nihil tibi obligor, quia nil mihi tecũ eſt negotii. Tu contra. Tuam ad me pecuniã perueniſſe, ideoq; reddẽdam. Subſiſtimus ambo. Quid iuris? Eſt ſubinde reſpõſum. Me tibi obligari. Quandoquidem dixerit.

PAVLVS

91 IN omnibus quidem, maxime tamen in iure æquitas ſpectanda eſt.

PROBLEMA

Imp. Inſti. de. Interdictis. §. cõmodum.

Angelus & Baptiſta Agricolæ confinia prædia habentes controuerſiam inter ſe hunc ad modum motitarunt. Baptiſta ſui prati partem ab Angelo vi ferme occupari conqueritur. Angelus ediuerſo & ſe quadraginta annos eandem fundi partẽ poſſediſſe reſpondet. Cui Baptiſta, totidẽ & ego, & quidẽ in pace, & quiete. Cognitum eſt Vtrunq; teſtes adducturum. Qui acciti vtrinq; omni ex parte pares fuere. Quid iuris quæſitum? Angelum reſpondi perinde atq; poſſeſſorem eſſe ſuperiorem. Quia inquit.

PAVLVS

170 IN pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet. §. hi qui in vniuerſum ius ſuccedunt hæredis loco habentur.

PROBLEMA

Vlpianus l. ſerui. ff. de act. & obli.

A Sticho ſeruo foſſam tibi circũ agros tuos ad Calendas Martias fieri ſtipulatus es. Quo promittente, ac die eius, qđ ſtipulatũ erat, veniente, factum a Sticho impleri exigis. Qui occurrens, ait, ſe in nihilo tibi obligari, nec quicq̃ debere. Siquidem ſeruus iuri pareret alterius. Quid dicendum? Reſpondeo Stichum a te fruſtra moleſtari. Quoniam inquit.

VLPIANVS

23 IN perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio. §. generaliter probandum eſt, vbicunq; in bonæ fidei iudiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe.

PROBLEMA

Iuſtinianus. l. cũ quidã. C. de nece ſ. ſeruis.

Tradũt quẽndam ſuũ pupillum hæredẽ inſtituiſſe: ſeruoq; directis (vt dici adſolet) verbis libertatẽ reliquiſſe. Tũ deinde eundem ſeruũ ſecundo in gradu pupillo citra libertatẽ ſubſtituiſſe. Eueniſſe, vt mortuo pupillo eſſent, qui in aliũ & gradũ aliũ cũ libertatem tum ſubſtitutionẽ congregatas dicerẽt. Quæſitum quid iuris? Reſpõſum eſt. Seruũ viuo pupillo liberum, eoq; defuncto hæredẽ eſſe neceſſariũ: vtrũq; enĩ teſtatorẽ voluiſſe, nec hoc incõgruũ videri. Qñ dixiſſet.

PAVLVS

52 IN teſtamentis plenius voluntates teſtantium, interpretamur.

PROBLEMA

Cũ inter quoſdã cõtrouerſia agitaretur in iudicẽ vtraq; pars cõſenſit. Qui cũ de cauſa pronunciaſſet altera partiũ ſe errore eũ adiiſſe iudicẽ, cuius non fuiſſet ius dicere, experta pronunciato parendũ negat. Nõ enim valere, quod actum ſit. Altera partium repugnante, quæſitum fuit. Quo iure inibi vtendum? Eſt reſponſum. Non valere actum. Quando diceret. Vlpianus l. ſi per errorẽ ff. de iuris. omni iud.

PAPINIANVS

IN totum omnia, quæ animi ſui deſtinatione agenda ſunt, non niſi vera, & certa ſcientia perfici poſſunt. 77

PROBLEMA

Lucius a Cremone fundum ſibi vendicat. Qui Cremone negante teſtes acciuit. Quibus pro eo minime facientibus ſolutus eſt a petitione Cremo. Tẽpore haud poſt multo idem fundi, de quo iudicatum erat, partem petit. Alter ſe rei iudicatæ exceptione tutatur. Contra, alter ſibi eam non obſtare, quoniam de toto non etiam parte fundi pronunciatum eſſet. Vtrum iure victorem dicerem? rogatus, Cremonem reſpondi. Nimirum quod ſcriberet. Vlpianus l. ſi. qs cũ totũ ff. de excep. rei iudicatæ.

CAIVS

IN toto & pars continetur. 113

PROBLEMA

Qui vernas, & ex iis aliquot curſores habuit. Lycinio vernas, Trapeſino curſores legauit. Teſtatore hoiem exuente, vterq; qd' ſibi legatũ fuit, poſtulauit. Cæterũ Lycinius nihil legati cedere Trapeſino obiicit. Hic cedere inqt. Qñqdem etſi qnq; curſores vernæ fuerint, nec ediuerſo: eoq; ſane pacto teſtatorẽ vernis pinde atq; genere: curſores vti ſpeciẽ detraxiſſe. Quid iuris qſitũ? Trapeſino curſores, cæteros, q curſores nõ eẽnt, vernas Lycinio deberi rñſũ ẽ. Qm tradidiſſet. c. in toto, de reg. iur. li. 6. Põponius l. Titiæ textores. ff. de leg. 1.

PAPINIANVS

IN toto iure generi per ſpeciem derogatur, & illud potiſſimũ habetur, quod ad ſpeciem directum eſt. 81 c generi de reg. iu. li. 6.

PROBLEMA

Solum ad tempus conduxi, vt in eo ſupficiẽ collocẽ. Cuius ſolũ eſt id ſibi aduerſus me vendicat. Supficiarius in factũ exceptiõe me tueor. Ille nulla mihi licere vti aduerſus ſe exceptiõe ait. Nũ bñ neget, q̃ro? Nõ bñ exiſtimarim. Cum dixerit. Vlpianus l. 1. §. 1s aũt ff. de ſup.

VLPANVS

INVITVS nemo cogitur deferdere. §. cui damus actionẽ, eidẽ exceptionẽ cõpetere multomagis qs dixerit. §. cũ qs in alicuius locũ ſucceſſerit, nõ eſt æquũ ei nocere hoc, qd' aduerſus eũ nõ nocuit, i cuius locũ ſucceſſerit. § plerũq; emptoris eadẽ cauſa eſſe debet circa petendũ ac defendendum, quæ fuit authoris. §. quod cuiq; præſtatur, inuito non tribuitur. 199 c. q ad agendum de reg. iur. li. 6.

PROBLEMA

Prærogatiua munitus: ne quiſq; Romæ: alias te ex qualibet controuerſia conueniat ædes a quodam comparaſti: cui te: ſi non: vti debes: ſolututus ſis ea neq̃quã prærogatiua vſurum polliceris. Vtrum priuilegio eiuſmodi renunciare poſſis? poſſe reſpondetur. Quoniam: vt ait. Iuſtinl. l. ſi qs in cõſcribẽdo de pactis.

70 PAVLVS

INVITO beneficium non datur.

PROBLEMA

Vlpianus l.1.§.ſi pendeat.ff ad Macedo.

Qui patrẽ apud hoſtes habuit filiofamil. pecuniã mutuatus eſt. Eã repetituro obiicitur ei nihil deberi:nimirũ,qui in.S.C.Macedo.peccarit Nõ peccatũ ille inqt,quãdo ſui filius ſit iuris.Ex altera replicatur parte,illũ hauddũ plane eſſe liberũ.Quibus digladiãtibus quæſitũ eſt,Vter iure potior? Succurſum eſt,neutrũ altero meliorẽ:nẽpe q̃ is nec in ptãte,nec ſolutus eẽt.Q ñquidẽ ſcripſerit.

129 VLPIANVS

IS damnum dat,qui iubet damnum dare,eius vero nulla culpa eſt,cui parere neceſſe ſit.§.quod pendet non eſt pro eo quaſi ſit.

PROBLEMA

Iuſtinianus. De hę.Inſti. §.non autẽ

Alcabitius Bononienſis ciuis,idẽq; in primis opulẽtus teſtaturus.Stroſiũ hæredem in Semiſſe inſtituit.Qui,mortuo teſtatore,ſe aſſis inquit hæredẽ eẽ. Qui ipſum impugnarũt ex ſemiſſe tantũ excipiũt.Quid iuris? Sedata partiũ vtraq; pronũciatur.Stroſiũ ex aſſe,q in ſemiſſe eo ſit pacto,oino videri inſtitutũ.Siquidem ſcriptum reliquerit

7 POMPONIVS

IVS noſtrũ non patitur eũdem in paganis & teſtato & inteſtato deceſſiſſe,earũq; rerum naturaliter inter ſe pugna eſt,vt teſtatus & inteſtatus,quis ſit.

PROBLEMA

Paulus l.naturaliter §.itẽ q̃d.ff. de cõd ĩdeb. l.nã hoc.ff. de cõ.indi.

Pupillus,cui mutuatus es aureos duodequinquaginta,ex q̃bus admodũ negociatus fortunate lucratus eſt, quos cũ tibi ſoluiſſet iam tandẽ adultus perinde atq; indebitos(quoniã ſine ſuo authore tutore mutuaueris)repetit.Renuẽs ais: hoc iure nequaq̃ caueri:vt & pecuniã mutuatam vna cũ lucro acquirere velit. Quid iuris? Inique pupillũ repetere inquam. Quum dixerit Iuriſcon.

107 POMPONIVS

c.locupletari dere.iu.6. Impp Val. et Gal.l.Abdicatio.C.de pria poteſ.

IVRE naturæ æquum eſt,neminẽ cũ alterius detrimẽto & iniuria fieri locupletiorem.

PROBLEMA

Cuius in confeſſo filius ſum inquit,ſe nolle me ſuum eſſe filium.Cui adſentiẽs inquam,me ei pariter eſſe filium nolle,Quæſitum fuit,an hæc abdicatio, verbiſq; renunciatio patri meo ſim vti externus,iſq; mihi eiuſmodi? Reſpõ.Haudquaq̃.Quia ait.

8 POMPONIVS

IVRA ſanguininis nullo iure ciuili dirimi poſſunt.

L PROBLEMA

Venuleius l procuratur §.ſi qs.ſt.rẽ rat.hab.

A procuratore ſtatus tibi cõtrouerſiã mouẽte ſatiſdationẽ de domino ratũ habituro flagitaſti.In quantũ ſatiſdari debeat,quærebatur? Quanti intereſſet, vtiq;reſpõdetur,tua de ſtatu tuo nõ periclitari rurſus. Eius vero certã ſumã cõprehẽdẽdã exiſtimari,ne ĩ ĩfinitũ alias eſtimatio libertatis extẽderet.Inqt eni.

PAVLVS

LIBERTAS ineſtimabilis res eſt.

PROBLEMA

Quidã in teſtamento in hæc ſcripſit verba. Cũ Titius annorũ erit triginta, Stichus liber eſto, eiq; hæres meus fundũ dato. Cæterũ Titius, anteq̃ ad annũ. 30 peruenit, obiit. Sticho ſe in libertatẽ vendicante, & legatũ petente inter ipſum & hæredem lis oboritur. Quo iure? demũ decernitur. Eſſe Stichum non legati, ſed libertatis participem. Quandoquidem memoriæ prodiderit.

Vlpianus l. ſi ita ſcriptũ. ff. de tra nu. teſ.

CAIVS

LIBERTAS omnibus rebus fauorabilior eſt. 167

M PROBLEMA

Aureos a me decẽ mutuatus, & ad Martii Cal. redendos, tpe vix dimidiato trãſacto mecũ, ne intra trieniũ petã paciſceris. Quo ſane ſpatio hauddũ exacto a te eã exigo ſũmã. Te mihi ex pacto nõ eẽ debitorẽ excipis. Imo eſſe replico. Quo iure vtamur? Te exceptione tutum reſpondetur. Siquidem retulerit.

Paulus l. Stichus §. naturalis. ff. de ſolut.

IVLIANVS

MARCELLVS ait. Definit debitor eſſe, qui nactus eſt iuſtam exceptionem, nec ab æquitate naturali abhorrentem. 61

PROBLEMA

Qui a domino prohibitus eſt ſeruus, ne Camillum obligaret, ab eodem ſtipulatus eſt pecuniam. Tempore ſolutionis inſtante dominus a Camillo promiſſum poſtulat. Is ſe ei non eſſe obligatũ excipit, quoniam eo vetante, ſeruo ſtipulatus fuerit. Vter melior? Dominus vtiq;. Quia dixerit.

Iulianus l. ſeruus vetante. ff. de verb. obl.

CAIVS

MELIOR conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt. 176

PROBLEMA

Certãtiũ alter æque eẽ ait ĩ rẽ aduerſus aliquẽ hrẽ actionẽ, ac rẽ ipſã. Alter plurimũ intereſſe inq̃t: nẽpe, q rẽ habeat nulli euentui obnoxius ſit. Qui vero actionẽ hẽ, ne ſumptus nimii, ne euentus executionis, qui incertus eſt, infortunatus formidet, neceſſum ſit. Vter melior? Vltimi tñderim partes veriores. Quũ dixit

Scæuola l. qđ debetur ff đ peculio

POMPONIVS

MINVS eſt actionem habere q̃ rem. 205

N PROBLEMA

Hæres a quopiã hac inſtitutus lege, ſi legitimus hæres, ſibi hæreditatẽ vendicaret nollet. Mortuo teſtatore, hæres legitimus hæreditatẽ minime vendicaturus hæreditatem adeas, eamq; in te tranſferri annuit. Quæſitum eſt, an iſtitutus, & non ipſe, hæreditate ſis functurus? Reſponſum. Non ipſe. Quia ait.

Scæuola l. ſi qs ita. ff. đ hære. inſti.

VLPIANVS

NON vult hæres eſſe, qui ad alium tranſferre voluit hæreditatem.

PROBLEMA

Theophilus ſacerdos cum Himutio ruſtico cõtrahẽs pacto pmittit, ſe ſuo neq̃ q̃ foro vſurũ, ſi debito nõ ſit ſoluturus tpe. Verũ, corã quolibet ſeculari iudice cñſurũ. Cõſentiẽte Himutio fuere, q ſacerdotẽ eiuſmodi pacto ſecurũ nõ eẽ dixerũt, q̃ppe qđ eẽt cõtra ius publicũ. Quid iuris? Sacerdotẽ male pactũ reſpõ-

Celeſtinus c. ſi diligenti de foro cõp.

48 deo. Quoniam inquit. PAVLVS

NEC ex prætorio, nec e ſolẽni iure, priuatorũ cõuentione, quſq̃ mutandũ eſt: quãuis obligationũ cauſæ pactiõe poſſint ĩmutari, & ipſo iure p pactũ con uenti exceptionẽ: quia actionũ modus vel lege vel p ꝑtorẽ introductus, priua torum pactionibus nõ infirmat, niſi tũc, cũ inchoat pactio, inter eos cõuenit.

PROBLEMA

Iulianus l. ſi pupilli. §. ſi. ff. de neg. geſt.

Seuerinus tibi vulgari cõiũctus conſuetudine, debitorẽ hac in vrbe habens abiit Quo abeũte ſodalicii quodamodo iure fretus aduerſus illius debitorẽ ſine mã dato actionẽ intendis. Excipitur a debitore ſe tibi nil debere, nec aduerſus ſe ci tra mandatũ agere poſſis. Vter iure melior? Debitor. Nam inquit.

165 VLPIANVS

NEMO alieno no ĩe agere põt. §. Tpalis permutatio ius puinciæ nõ inouat.

PROBLEMA

Vlpianus l. Iniuriarũ §. ſi qs. ff. de Iniu.

Qui decreto iudicis non paruit captus in carcerem ducitur. Quo ſubinde ſo lutus aduerſus iudicem iniuriarum actionem intentat. Ille fruſtra eum acturum inquit: quandoquidem nulla a ſe affectus ſit iniuria. Quæritur. An actionem habeat? Non habere reſpondi. Quia ait.

194 PAVLVS

NEMO damnum fecit, niſi qui id fecit, quod facere ius non habet.

PROBLEMA

Caius l. pleriq̃. ff. de in ius vo cand.

Cũ inter te & aliũ cõtrouerſia moueretur, in ius nõ (vt moris eſt) verbo citatus, ſed vi ex domo tua traheris. Vim, inquis, tibi illatam: quod domus ipſa, cuiq̃ receptaculũ ſit tutiſſimũ. Quid iuris? Iniuſte reſpõdeo extractũ. Quĩ ſcribit.

103 PAVLVS

NEMO de domo ſua inuitus extrahi debet.

PROBLEMA

Vlpianus l. ſi plures. §. ꝑterea. ff. de fideiuſſo ribus.

Pro aureis, quos tibi debeo, trecentis fideiuſſorem cõſtituo. Qui cum a te ſol uendo non eſſe ſugillatur, & alium is fideiuſſorem cõſtituit: principali etiãnũ copioſiorem, hinc principalem ſubinde fideiuſſorem, perinde atq̃ ſoluendo non ſit refutare tentas. Num iure poſſis? Non poſſe aio. Quia dixerit.

95 VLPIANVS

NEMO dubitat ſoluendo videri eum, qui defenditur.

PROBLEMA

Caliſtratus l. ſciẽdũ. ff. de Act. & obl.

Quidam habuit aduerſus te actionem, quam vbi tentarit, lite conteſtata, mor tem obiit. Hæredes de hinc illius contra te agentes ab actione repellendos arbi traris, quõniã eam per illum inquis factam deteriorem. Qui rurſus ſe repulſũ iri negantes, cauſam per demortuum minime deteriorem, imo meliorem fa ctam contendunt. Quis iure potior? Hæredes, cum inquit.

PAVLVS

NEMO enĩ pſequẽdo deteriorẽ cauſam, ſed meliorẽ facit, deniq̃ poſt litẽ cõ teſtatã hæredi quoq̃ perſpicit, & hæres tenet ex oĩbus cauſis. §. Idem inquit. Nõ ſolet deterior cõditio eorũ fieri eorũ, qui litẽ cõteſtati ſũt, quã ſi nõ eſſent,

ſed plerūq; melior.

PROBLEMA

Conuentus abs te perinde atq; debitor excipio, me tecū pepigiſſe, eamq; ob rē nō eſſe debitorem, præterea de eo fuiſſe iudicatum. Duabus, replicas, mihi ne/quaq; licere vti defenſionibus. Licere contra equidem. Vtri iure ſtandum? Mihi ſtandum cognitum. Quum tradiderit. Vlpianus l. is qui dicit ff. de excep.

VLPIANVS

NEMO ex iis, q̄ negāt ſe debere, phibeatur etiā alia defenſiōe vti, niſi lex impediat. §. quotiēs cōcurrunt plures actiones eiuſdē rei nomine, vna tantū quis experiri debet. 44 c. nullus de re iur. li 6.

PROBLEMA

Euſtachius mihi ſodalis. 10. tibi debens, & pollicitus, quod ſuo erogarim no/mine, ſe reſtituturum abiit. Decem a me exigis, nihil me tibi debere excipio. Imo me, inquis, tibi eſſe obligatū. Quod itentidē inficias eo. Ad ius recurritur Quo concluditur. Nulla me obligatione obſtrictū. Quandoquidem inquit. Paulus l. ſupra iter. § Apud ſe/cc. ff. de Aqua plu.

VLPIANVS

NEMO ideo obligatur, quia recepturus eſt ab alio, quod præſtiterit. 150

PROBLEMA

Aloyſius Veronæ pcōſul, eueniētis capitis controuerſia, gladii, quā ex officio habet, ptātem, cohertioniſq; vim ad aliū transferendā curat. Demandandā negāt, quia & ipſe demādatam hēat. Quid iuris? Nō poſſe demādare reſpōdeo. Quia ait. Vlpianus l. ſolent. §. nec ei. im ff. de off. pro/con.

VLPIANVS

NEMO poteſt gladii poteſtatem ſibi datam vel cuiuſlibet alterius cohertio/nis ad alium transferre. 71

PROBLEMA

Canonici Eccleſiæ Cathedralis Babēbergenſis quendā nō obſcuro natū loco nec a literis, virtutibuſq; alienū, more ſcrutinii, ſecretioriſq; cōſilii Epiſcopū deſignarunt, prodito deinde (vt ſolet fieri) ſcrutinio electores variantes aliū eligere tentāt. Deſignatus occurrit, eos inquiēs, de ſe nō poſſe variare in ſuūq; dehoneſtamentū tergiuerſari. An poſſint, quærebatur? Haudquaq̄. Inquit nāq;. Gregori⁹ 9. c. publicato de Electiōe.

PAPINIANVS

NEMO poteſt mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam 76 c. mutare de re iur. 6.

PROBLEMA

Mazochius fundum, qui vicinis agris ſeruitutē debet, Terebinthio liberum vēdidit. Facta demum tranſlatione, fundi ſeruitute vti uolunt vicini. Is ſe liberū emiſſe fundum obiicit. Illi cōtra, venditorem in eum hoc iuris haud potuiſſe transferre: quoniam ne ipſe quidē habuerit. ſ. libertatem. Quid iuris? Vicinos inquam fundo ſeruo vſuros. Quia ſcripſerit. l. traditio. ff. de acq. re do.

VLPIANVS

NEMO plus iuris ad alium transferre poteſt, quam ipſe habet. c. nemo de re iur. 55

PROBLEMA

Cum mihi, quæ tua non fuit, hæreditatē vendidiſſes: pretio a me ex contractu ſoluto ea ipſa hæreditas a me perinde atq; prædone petitur. Nunquid, quæſiui, prædo eam ob rem ipſe? Minime reſpon. Inquit enim. Vlpianus l. etiam. § ſi qs ſi u pet. hæred.

VLPIANVS

NEMO prædo eſt, qui pretiũ numerauit. §. locupletior nõ eſt factus, qui libe rum acquiſierit. §. cũ de lucro ſuorum quæritur, melior eſt cauſa poſſidentis.

PROBLEMA

Vlpianus l. ſolẽt. ff. de off. procõ.

Quidam criminis cuiuſdã corã legato procõſulis accuſatur. Non poſſe corã delegato reũ peragi obiectũ eſt. Delegatus ita cõuictus reũ eſt liberaturus. Obii citur illi impotentia. Controuerſia mota, quæſitum eſt ius? Reſponſum. Dele gatum liberare reum haud poſſe. Quia ſcri pſerit.

38 VLPIANVS

NEMO, qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt.

PROBLEMA

Vlpianus l q aũt. §. p/ terea. ff. d iis q̃ i fraudem

Cautum eſt, ne quicq̃ bonorũ in fraudem ſis creditorũ alienatutus. Fundum a te, conſentientibus creditoribus, emo. Qui cum forte viderent te ſoluendo non eſſe, in fraudem te ſuam dicentes fundum diſtraxiſſe contractum reuocan dum contendunt. Quid iuris? Non reuocandum reſpond. Ait enim.

158 VLPIANVS

NEMO videtur fraudare eos, qui ſciunt & conſentiunt.

PROBLEMA

Vlpianus l. Iulianus. §. ſed & cũ ff. de act.

A tuis tutoribus agrũ pupillarẽ emẽs nõ vulgari fraude circũuenior. Id quod ægre ferẽs aduerſus pubertatẽ modo adeptũ ex empto actionẽ intẽto: nimirũ vt is refundat, quod tutorũ ſit dolo factũ. Ad nihilũ inquit ſe ille mihi obliga tũ. Vter iuſtior quæritur? Nõ pupillũ ſed tutores teneri reſpõdetur. Quia inqt.

159 IABOLENVS

NEQVE interdicto, neq; in cæteris cauſis, pupillo nocere oportet dolum tu toris, ſiue ſoluendo eſt, ſiue non

PROBLEMA

Iulianus l. ſi rẽ alienã ff. de pigno. act.

Caliſtius togã mihi alienã, quam bona emerat fide: in decẽ pro pignore dedit Euenit, vt ſubinde, cuius toga eſt ſuum me hæredẽ inſtituit, ita vt togæ domi/ nus aliud a Caliſtio pignoris datũ iri flagito. Qui recuſans inquit me habere togam. Reſpõdeo rẽ mihi meã poſſe minus eſſe obligatã. Dubitabatur. Quid iuris? Reſponſum Caliſtiũ aliud pignus obpignorare debere. Quoniam ait.

46 VLPIANVS

NEQVE pignus, neq; depoſitũ, neq; precarium, neq; emptio, neq; locatio ſuæ rei conſiſtere poteſt. §. priuatorum cõuentio iuri publico non derogat.

PROBLEMA

Paulus l. ex facto ff. de vulg. & pupil.

Cum cuiuſpiã cauſa Romæ apud Max. Pont. verſarer, prærogatiuam illi na ctus ſum, vt illius ſint bona decimis libera. Iſthæc me agẽte mortẽ obiit. Fuere qui nihilominus ea viſuros prærogatiua hæredes putarunt. Nõ viſuros dixi. In dubiũ vertiẽ, Quo iure inibi? Reſpõſum. Volũtatẽ principis ſequẽdã. Siqdem dixerit.

152 CELSVS

NERATIVS cõſultus. An qđ beneficiũ dare ſe quaſi viuẽti Cæſar reſcripſe rat, iã defuncto dediſſe exiſtimaret. Reſpõdit, videri ſibi principẽ qđ ei, quẽ vi

uere eſtimabat cōceſſiſſet:defuncto cōceſſiſſe:quē tamē modū eſſe beneficii ſui: velleт,ipſius eſtimationem eſſe.

PROBLEMA

Duo,quibus inter ſe litigium eſt,in iudicem,quē ſuū eſſe rentur,cōueniunt. Tēpore non pluſculo reſciunt eidem in ſe nullam eē iuriſditionē:hocq̧ pacto errore deceptos. In alium igitur receſſuros iudex remorat̄:nempe:quod ſe elegerint. At illi ſe errasse. Quid faciūdū? Rn̄di eos i aliū cōuēturos. Quia ſcripſerit. Vlpianus l 2 ff. d Iudiciis.

VLPIANVS 117

NIHIL cōſenſui tā cōtrariū eſt,q & bona fide iudicia ſuſtinet,quā vis atq̧ metus quē cōprobare contra bonos mores eſt. §. nō capit̄,q ius publicū ſequit̄. §. nō vr̄ cōſentire,q errāt.

PROBLEMA

Debitorē pluſculi habemus. Qui i paupертatē vergit,mihi qd debet ſoluit. Quē vbi cæteri ſubinde creditores nō eē ſoluēdo cognoſcūt,me doli iſimulāt: qm̄ ſe inſciis meam pecuniā exegerim. Nulli me,inquā,dolo obnoxium. Vtri iura ſubueniant quæſitum? Mihi indubie. Cum ſcripſerit. Labeo l. q aūt §. Apud labeonē. ff. quæ in fraudē

PAVLVS 178

NIHIL dolo creditor facit,qui ſuum recipit. §. cum principalis cauſa non cōſiſtit,nec ea quidem,quæ ſequuntur locum habent.

PROBLEMA

Patronus actionē aduerſus libertū de quadā inter eos habenda obligatiōe intētat. Cui libertus:eū non habere actionē:quoniā p ipſum ſteterit:ne ſit tranſlata obligatio. Imo,inquit ille,Actio mihi eſt,etſi te aduerſus me habere exceptionem nō inficias eā. Quæritur vter iuſtior? Libertū reſponderim,Quia inquit. Vlpianus l & elegāter §. Seruus. ff. de dolo.

PAVLVS 112

NIHIL intereſt ipſo iure quis actionē nō habeat,an p exceptionē infirmetur.

PROBLEMA

Tibi:quoniā te famulitio Romā ſum uſurus:bona fide ex iis:quos æditurus ſū: libris exēplar pollicitus ſum. In me ad exēplar, ante tēpus,quo per calcographiā libri excuderentur agis. Num iure quæritur? Haudquaq̄. Scripſit enim. Paulus l. interdū ff. de verb. ob.

CELSVS 146

NIHIL peti poteſt ante id tēpus,quo per rerū naturā perſolui poſſit,& cū ſoluēdi tēpus obligationi additur,niſi eo tēpore præterito peti non poteſt.

PROBLEMA

Promiſiſti mihi te daturū 24. aureos p Ciceronis in Antoniū orationibus interpretādis. Quas interptatus eoſdē tibi acceptos fero. Nūquid,q̄ritur,vltra mihi obligatus ſis? Nō eſſe rn̄detur. Quia ait. Pōponius l. prout qſq̧ ff. de Solutio.

VLPIANVS 35

NIHIL tā naturale eſt:quā eodē genere:quo q̄q̧ diſſoluere:quo colligatū eſt: ideoq̧ verborū obligatio verbis tollit̄:nudi cōſenſus obligatio cōtrario cōſēſu diſſoluitur. c. Oīs res p q̄ſd re ịur. li. 6.

PROBLEMA

Cū aduerſus me litē moueres domiciliū meū in eo,quo me cōueniſti,loco p derelicto habere cœpi. In æditū,inqs,me cecidiſſe: quo cauet̄, ne alienatione iudicii mutādi cauſa facta aduerſario durior ſit futura cōditio. Equidē nihil,in Vlpianus § itē ſi res. ff. de alie. iud. mu.

quam, me alienaſſe. Imo, replicas, me, quam obmiſerim, alienaſſe poſſeſſionē.
Quid iuris? Nihil dicor alienaſſe. Quoniam inquit.

168 VLPIANVS

NON alienat, qui dumtaxat omittit poſſeſſionem.

PROBLEMA

Vlpianus l. poſt lict. ff. de procu/rato. Alexius, conteſtata aduerſus Euſtachium lite procuratorē, cuius pœnitet, vult reuocare. Non reuocandum putat Euſtachius: quoniam ne id ſibi quidē liceat. Quæſitum: vter iuſtior? Euſtachius. Siquidem ſcripſerit.

42 VLPIANVS

c. nō licet de re iu. li. 6. NON debet actori licere, quod reo non permittitur. §. in re obſcura, melius eſt fauere repetitioni quam aduentio lucro.

PROBLEMA

Caius l. 1. ff. d alie. iud. mu. Quam habeo aduerſus te actionem alii, qui me eſt potentior, cedere tento: quo magis, diutiusq;, quam me aduerſario, diuexari poſſis. Non cedendā inquis, ne tuam ſim causam, alio ſubſtituto, eoq; potentiore aduerſario, facturus deteriorem. Vtrum putamus iure tutiorem? Te vtiq;. Nam ait.

75 PAPINIANVS

NON debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

PROBLEMA

Vlpianus l. ſi filius fa/mil. § 21. ff. de donatio/nibus. Quidā ī pfis ptāte peculiū, qd' hēt, Caſtrenſe mortis cā cuidā, quē amore pſe/quitur, donare cupit. Nō poſſe familiariores aiunt. Quibus ille: ſe poſſe: qm̄, qd' plus ſit, ſibi in eo licere teſtari. Rogatus, q̄d iuris? Poſſe r̄ndi. Q̄nquidē ait.

22 VLPIANVS

NON debet cui, quod plus eſt licet, quod minus eſt non licere.

PROBLEMA

Caliſtratus l. extat. ff. qd' metus cauſa. Tunicam, quam habes coemptam, alius iure, neſcio quo, ſibi vendicat. Tuam eſſe inquis. Sin eius ratus actione petat. Qui ſua, non adito iudice, authoritate accipit. Num quæritur hæc ſit temeritas admittenda? Minime. Quia ſcribit.

131 VLPIANVS

NON eſt ſingulis concedendum, qd' per magiſtratū publice poſſit fieri, ne occaſio ſit maioris tumultus faciēdi. §. īfinita eſtimatio eſt libertatis & neceſſitudinis.

PROBLEMA

Vlpianus l. quī aūt. ff. in q̄ fraud. Creditores, quos habes formidātes, ne pauptate aliq̄ñ ſolū ſis verſurus, volūt vt vel bello, qd' in manu ſit, vel aliquo duriore labore aliq̄d q̄ras, quo ſis locupletior futurus. Te, hocipſum recuſante, īquiūt illi ædicto te eē obnoxiū. Quæ in fraudē creditorū. Nunq̄d verum dicāt? Non dicere r̄ndi. Quod tradiderit.

176 VLPIANVS

NON fraudantur creditores: cū quid non acquiritur a debitore, ſed cū q̄d de bonis diminuitur. §. nemo ex ſuo delicto meliorē ſuā cōditionē facere poteſt.

PROBLEMA

Iulianus l. lege ff. de ritu nup. Senator libertam, quam habet, vxorem ducit. Neceſſarii eum non ducere debuiſſe aiunt. Quur, inquit ille, quando hoc liceat ipſum mihi? At illi, ſed non

decere. Vtri prævaleant? Neceſſarii. Quoniam dixit.

PAVLVS

NON oē, q̄d licet honeſtū eſt. §. i ſtipulatiōibus id tp̄s ſpectaē, quo cōtrahi/mus. 157

PROBLEMA

Calimachus aduerſus quendá mouens litē, & iuſſus a iudice, quo intra triduū præſto ſit, coram venire negligit, haudq; paret. Doli eundem iudex vult mul/ctare. Vtrum poſſit? Poſſe inquam. Ait nanq;. Hermoge/nes l. eſt inmacla ff. de re iud.

MODESTINVS

NON poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non obtemperat. 159

PROBLEMA

Fœmina criminis grauioris damnata capite diminuitur hæc hæredes inſtitutu ra fertur hæredes habere deſinere. Non deſinere aiunt aliū, nimirū quos nō ha/buit. Quid veritatis? Mulier non deſinit. Quia ait. Caius l nulla. ff. d ſuis & legit.

PAVLVS

NON poteſt videri deſiiſſe habere qui nunq̄ habuit. 109

PROBLEMA

Quidā in hæc verba in teſtamēto ſcripſit: Vt hæredes ſibi monumentū ad exē plū eius, qd' in via Salaria eēt, Publii Septimii. Demetrii extruerēt: qd' niſi fie/ret, magna pecunia heredes mulctādos. Quo mortuo, nullū Demetrii repecit monumentū, nec ad cuius ſimilitudinē fieri vellet alioqui aut ſcriptura, aut de/monſtratione coniici poterat. Neceſſarii, quoniam mora facta videretur, hæ redes petunt mulctandos. Illi nullā ſe mereri pœnam, quoniam hactenus, quid quantūq; deberēt, ignoraſſent. Num pœna teneanē? Nō teneri. Quia ꝓdiderit. Alphenus l. in teſtamē to. ff. d cōd. & demō.

VENVLEIVS

NON poteſt videri improbus, qui ignorat, quantum ſoluere debeat. 99

PROBLEMA

Cū qdā ī teſtamēto, ſuæ hūc ad modū legaſſet vxori. Mulieri meæ do lego ve ſtē mūdū muliebrē oēm, ornamētaq; muliebria oīa, lanā, linū, purpurā, verſi coloria, facta, īfectaq; oīa, & cætera. Fuere, q dixerūt: legatū multiplicitate ver borū nō neceſſaria viciari. Quidā minime. Quid iuris? Ea haudq̄q̄ rōne vicia ri. Cū dixerit. Paulus l. periculis. § labeo. ff. de. Auro & arg. leg.

VLPIANVS

NON ſolēt: q̄ ſupabūdāt, viciare ſcripturas. 94

PROBLEMA

Legatum ab eo: qui legarat: ſuperinductū: conſultoq; deletum eſt. Quo mor/tuo: perinde atq; cœperis: ceuq; tuum petis. Excipitur, quoniā cōſulto teſtator de lerit. Quæ ſiuiſti an vti qd' cœperis petere poſſis? Minime. Quandoqdē ait. Vlpianus l. 1. §. ſed cō ſulto. ff. de iis quæ inte ſta. dele.

VLPIANVS

NON videtur cœpiſſe: qui per exceptionē remouetur a petitione. 13

PROBLEMA

Reus agor in iuditio: q me abſentē eſt defenſurus nec meo vult noīe actori ſa/tiſdare, nec i ſe actionē recipere. Interim iudicio vincor. Qui me defendere de buerat cōuenio: qa me minus rite defenſarit. Recte ait is ſe defendiſſe me. Vter verius dicat? Ipſe. Quia dicit. Vlpianus l. hæc autē. §. recte. ff. q bus cauſis.

VLPIANVS 93

NON videtur defendere, non tantum qui latitat, ſed & is, qui præſens negat
ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actiones.

PROBLEMA

Vlpianus Ex aſſe, quo vndenonaginta pene aurei continentur, inſtitutus reſtituere hære
l. cogi. §. hii ditatẽ iubeor. Quo facto quidã meorũ amicorũ mutuo a me flagitat aut eos
q ſolidũ. ff. octuaginta, pecuniis me carere inquã. Ille contra, me breui ex hæreditate toti
ad Trebelli. dẽ recepturũ. Quod ſane inficias eo: qm̃ tantũdẽ ſit, ac ſi nihil acciperẽ: qm̃ re
ſtituere fuerim iuſſus. An verũ dixerim? Verum. Nam memoriæ prodidit.

CAIVS

51 NON videtur quiſq̃ id capere, quod ei neceſſe alii reſtituere.

PROBLEMA

Vlpianus Stichus, cui legatus erat fundus vectigalis, hæreditate hauddum addita capite
l. 1. §. 1. ff. diminuitur. Cõquerit̃ de vſufructu ſibi ĩ vectigali fundo legato, amiſſo. Ipſum
quẽadmodũ cõſolaturi, inquiunt eum ea ratione nullo adficiendũ mærore quoniam non
vſuſfructus amiſerit, quod ſuũ eſſe nõdũ cœperat. Nũ bene dixere? Bene inquã. Dixit nãq̃.

PAPINIANVS

54 NON videtur rem amittere, cuius propria non fuit.

PROBLEMA

Vlpianus A quo tibi ſtipulatus es fundum, tibi eundem nondum ſuum dat. Eo ſubinde
l. vbi aũt. §. ac tuo vſurus ab illo, cuius eſt fundus, impugnaris. Datum tibi ais: Rurſus ille
fi. ff. de ver. non datum excipit. Vter iuſtior? Tu minime. Quia ait.
obli.

VLPIANVS

127 NON videntur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis nõ fiunt. §. q
iuſſu iudicis aliquid facit, nõ videtur dolo malo facere, quia parere neceſſe hẽt.

PROBLEMA

Imp. Quidã defuncturus Ariſtotelis volumina, q̃ Curtii ſunt, mihi legauit. Viuo ad
Iuſti. de lega huc teſtatore eadẽ cõparo volumina. Demortuo poſtea teſtatore p̃tiũ volumi
tis. §. ſi res nũ mihi legatorũ exigẽti denegat̃, ſiqdẽ occurrit̃, mihi haud qcq̃ deberi, qm̃
aliena volumina prius coemerim. Quid iuris? Me puto p̃tiũ cõſequuturũ. Nã inqt.

PAVLVS

119 NON vt ex pluribus cauſis deberi nobis idẽ poteſt, ita ex pluribus cauſis idẽ
poſſit eſſe noſtrũ.

PROBLEMA

Paulus Mulier Titio nuptura eidem a Lampridio ſtipulatur ſponſo in dotem certã pe
l. ſi donatu cuniæ ſummã. Qui errore ductus (quia mulieri nil debuit) p̃miſit. Nuptiis ſub
rus. §. 1. ff. de inde ſequutis Titius pecuniam petit. Ille doli exceptione vtens ait ſe circumuẽ
cõd. cã data. tũ. Quo iure vtendum? Titio doli exceptionem nil obſtaturam aio. Qm̃. dicit.

PAVLVS

56 NVLLVS videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur.

PROBLEMA

Scæuola Pupillus, inſcio tutore, tibi (dato fideiuſſore) veſtem promittit, & facta
l. ſi pupillus a pupillo mora veſtis incendio perit. Aduerſus fideiuſſorem, ob moram
ff. de ver. ob. agis. Qui prætextu pupilli nihil a ſe peti poſſe excipit. Quid iuris quæritis?

Fideiuſſorem in mora non fuiſſe reſpondetur. Dicit enim.

SCAEVOLA 89

Nulla intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla peticio eſt.

PROBLEMA

Cum trans padum ſeruus tuus hominē necaret, tuq; dominus ex altera Padi parte ne occideret, prohibere nequires homicidi' cōtēplatione ſerui accuſaris Innocentiam prætendis: quoniam prohibere non potueris, Nunquid ſis abſoluendus? Abſoluendus. Quod ſcripſerit. Vlpianus l.2.§.3.ff.de Noxalibus.

PAVLVS 109

NVLLVM crimē patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non poteſt.

PROBLEMA

Iudæus clanculo Chriſtianū ſurripuit, ſurreptū (quod aliquoties fieri adſolet) occidit. Captus furti accuſatus dānatur, homicidii quoq; accuſatur. Opponit ſ furti actionē Aquiliæ extinctā eē. Ideoq; haud duplici pœna puniēdū. Quæſitū quid iuris? Reſpōdi, vtraq; ſeorſum qdem actione teneri Q. ñ quidem dixerit. Vlpianus l.2.ff.de priuatis delictis.

VLPIANVS 173

NVNQVAM actiones, pſertim pœnales, de eadē re cōcurrētes, alia aliā cōſumit.

PROBLEMA

Dromo libidine pellectus, cū ſui vicini filia cōcubuit, neutra tamē parte, quo eā eſſet ducturus, cōſilio. Re cōperta, vicinus vult, vt Dromo filiā vxorē ducat, quoniā concubēdo matrimoniū cōtraxerit. Id quod ille negat. Quid iuris? Matrimonium non eſſe aio. Nam tradidit. Chriſoſtom⁹. c. matrimoniū 27. q.2.

VLPIANVS 30

NVPTIAS non concubitus, ſed conſenſus facit.

PROBLEMA

In loco ſacro, perinde atq; tuo edificas. Ne edifices prohiberis, quoniam locus tuus non ſit. Tuum eſſe inquis, ex definitione, hoc eſt (vt pleriq; exponūt) regula. Quod in nullius bonis eſt, occupātis eſt. Sed eiuſmodi ſit res ſacra, quā tu occupaueris. Nū quæris bene ex definitione defendaris? Minime. Ait nāq; Paulus l.1.ff.de rerū diuiſione.

VLPIANVS 203

OMNIS definitio in iure ciuili piculoſa eſt, parū eſt enī, vt ſubuerti nō poſſit.

PROBLEMA

A quopiā frater tuus eſt vulneratus, verū nō letifere. Qui ſubinde ī mod eſtius aut negligēter viuēs, moritur. De occiſo ipſe aduerſus vulnerantē agere tentas Is de vulnerato te ſolū agere debere inqt. Quid agundū? De vulnerato agēdū Quia dicit. Paulus l.q occiderit.§.fi.ff.ad leg Aquiliam.

PAVLVS

OMNIS hæreditas, quāuis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur, §. nunq̄ ex poſt facto creſcit præteriti delicti eſtimatio. 150

PROBLEMA

Ocreas, ab eo, qui cuipiā metu rapuit, emiſti. Cuius ſunt ocreæ petit. Tuas eſſe excipis, quoniā emeris. Ille nō tuas eſſe replicat, quia eas tibi actione ablatū iri ſperet. Q. d' metus cauſa. Quid iuris? Ocreas reſpōdeo nō eſſe tuas. Q. m̄ dixit. Vlpianus l.ſi cū exceptione.ff. qđ metus cauſa.

81 CAIVS

OMNES actiones, quæ morte aut tẽpore pereũt, ſemel incluſæ iudicio ſaluæ permanẽt. §. nõ videtur pfecte cuiuſq; id eſſe, quod ex cauſa auferri poteſt.

PROBLEMA

Paulus l. nunq̃. §. vacuũ. ff. d vſucap.

Qui te hæredẽ inſtituerat, libros a nõnullo forte a non dño emit. Anno poſt cuius obitũ trãſacto hæreditatẽ adiiſti, quia forte iplicitus nõ citius potueris. Cũq; deinceps annus: ab emptis libris, tertius ageretur, quidã a te libros æque atq; ſuos poſtulauit. Tuos eſſe ais, quos vſuceperis. Minime inqt is vſuceperiſti, qm̃ ii apud te libri duos dũtaxat annos extiterint. Quid iuris? Te reſpõdeo vſu cepiſſe. Quia inquit.

158 CELSVS

OMNIA fere iura gerendũ perinde habẽtur, ac ſi cõtinuo ſub tẽpore mortis hæredes extitiſſent.

PROBLEMA

Vlpianus l. mãdata. ff. de eo cui mandat.

Cuiuſdã pupilli tutores ære coacti alieno, aliqua ex pupilli prædiis ſunt vẽdi turi, prætore, cuius eſt hac de re cognoſcere, an expediat ne minus, cõueniunt. Ille cauſam alteri demãdat, Num quæritur, iure id fecerit? Haudquaq̃ quoniã ipſe antea diſtrãctionis cauſam cognoſcere debuerit. Dicit enim.

73 IABOLENVS

OMNIA quæcũq; cauſæ cognitionẽ deſiderant p libellũ expediri nõ poſſũt.

PROBLEMA

Iulianus. l. cætera. §. Tractari. ff. de leg. 1.

Legarat fratri meo Georgio Nauſeæ quidam Ariſtotelis de animalibus volu men, quod huius eſt. Defuncto teſtatore, legatarius legatum poſcit. Quicq̃ de beri negãt hæredes, quia ſibi cuiq̃ res ſua legari nequiret. Quid inibi iuris quæ ritur? Legatum non valere inquam. Quia dicit.

102 VLPIANVS

OMNIA, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum euentus capiũt, ſi ini tium quidem ſine vicio cœperint.

PROBLEMA

Imp. Gor. l. 1. c. qñ ab empt. diſce.

Cum conueniſſes cum quodam de dialectica prælegenda: paulopoſt pœnitẽ tia ductus a contractu libenter diſcederes. Quo pacto quæris? Opus reſpondeo e ſſe vtriuſq; conſenſu. Inquit nanq;.

181 CAIVS

OMNIA quæ iure contrahũtur, contrario iure pereunt.

P PROBLEMA

Vlpianus l. ſed etſi le ge. §. qd. au tẽ. ff. d petit. hæred.

Bona: quæ ad me iure hæreditario attinẽt, pro hærede poſſides. Cæterum, ve ritus, ne petitione hæreditatis ea a te extorqueam, & ita dãni quicq̃ ſis paſſurus dolo poſſidere deſinis, inq; aliũ tranſfers. Equidem de illis te conuenio. Nihil inquis tibi mecũ eſſe negocii: quoniam nunc non ſis poſſeſſor. Vtrum quæris iure conueniaris? Iure reſpondetur. Quia ait.

193 VLPIANVS

PAREM eſſe conditionẽ oportet eius, qui quicquid poſſideat vel habeat, at q; eius cuius dolo malo factum ſit, quo minus poſſideret vel haberet.

PROBLEMA

Furti accuſatus decedit. In hæredes accuſatio tranſfertur. Qui ſe non teneri, Vlpianus
perperàq; accuſari ocurrũt, nec putare eiuſmodi pœnalẽ in ſe actionẽ trãſmiſ l.oẽs.ff.de
ſum iri. Prouocatur. Tranſmitti pronunciatur. Nempe quod ſcripſerit. act.& obl.

PAVLVS

POENALIA, iudicia, ſemel accepta, in hæredes tranſmitti poſſunt. 124

PROBLEMA

Pater meus, cuius ego ſum hæres, tibi fundum ea lege legauit, vt ſi eſſes docto
ris inſignia accepturus. Ego interim inopia diſtrictus fundum alieno. Nõ alie Iulianus
nandum inquis. Imo inquam, quia hauddũ ſit tuus. Vter iuſtior? Nõ eſt, quin l.ſeruo.§.1.
meæ obtineant partes. Quoniam ait ff.d leg.1.

VLPIANVS

PLERVNQVE fit, vt etiam ea, quæ a nobis abire poſſunt, perinde in eo ſta 206
tu ſint, atq; ſi nõ eſſent eius cõditionis, vt abire poſſint: Et ideo, quod fiſco obli
gamus, & vẽdicare interdũ & alienare, & ſeruitutẽ prædio ĩponere poſſumus.

PROBLEMA

A procuratore, q aduerſarii tui noĩe aduerſus te eſt, acturus, de rato habẽdo
cautionẽ exigis. Qui, cũ vtrũ malles, fundũ an ſtichũ pro fideiuſſore, cautio Imp. Seuer.
nis loco dare vellet, hæſitaſti, vtrũ melius ſit accipias? Dixi fundũ potius acci l.1.c. de pro
piendũ. Quippe qđ dixerit. curatorib.

POMPONIVS

PLVS cautionis in rem eſt, quam in perſonam. 26

PROBLEMA

Rochius emãcipatus, patre defuncto, in bonis paternis ſucceſſurus, ab agnatis:
quia fratres haud adſint, & quia emancipatus ſuã receperit legitimã repellitur. Vlpianus
Qui prætorẽ adiẽs fit ex æquo bonorũ poſſeſ. En, inuenit deinceps grandem l.3.ff.de bo
æris alieni ſũmã: quã perinde atq; hæres exſoluere tenuit, quoniã idẽ, qui hæ no poſſ.
res, nõ ſit. Quid iuris? Reſpondeo eum ſoluturũ vti hæredẽ. Scripſit enim.

PAVLVS

PRAETOR bonorum poſſeſſorem hæredis loco in omni caſu habet. 119

PROBLEMA

Detius, cũ accepiſſet a muliere dotẽ, ſolutũ eſt ſubinde ex cauſa matrimoniũ. Vlpianus
Qui, muliere interea dotẽ repetente mortem obiit. Quæ ab hæredibus extra l.maritũ.ff.
neis inſtitutis repetit, ii Soluturi tãtũ aiũt ſe exſoluere, quãti fuiſſet demortuus ſolut.mat.
condemnatus. Negat illa eos poſſe eo perfrui priuilegio, quo coniunx olim. c.priuilegiũ
Quid dicendum? Hæredes in ſolidum damnandos. Quia inquit. de re.iur.li.6.

MODESTINVS

PRIVILEGIA quædã cauſæ ſunt, q̃dã pſonæ: & ideo q̃dã ad hæredes tranſ 156
mittunť quæ cauſæ ſunt, Quæ pſonæ ſunt, ad hæredes non tranſeunt.

PROBLEMA

In familia eius, q̃ monetã excuſſit ĩprobã, pupillus eſt. Caueť mõ, vt ab oĩbus Imp.Cõſt.l.
eius ſceleris cõſciis ſupplitiũ ſumať. Fuere, q & ĩpuberẽ tormẽtis adficiendum 1.C.de falſ.
exiſtimarũt. Fuere, q reluctati ſũt. Quid iuris? Pupillo parcẽdũ. Q̃ñq̃dẽ tradit Monet.

MARCELLVS 150

Pupillus nec velle nec nolle in ea ætate(niſi appoſita tutoris authoritate) credi tur. Nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris authoritas neceſſaria eſt.

PROBLEMA

Vlpianus l. ſed & ſi. §. iniuria. ff. ad l. Aquiliã

Secundus nunc agitur annus, quum per Clodiam(quod Venetorum eſt oppi dulum)a Mantua Venetias peterem, adoleſcentes tum tres, forma non inele ganti, homicidii accuſabantur. Cuius conuictis, erat iter illos, qui annum ſuæ ageret ætatis vndecimum in dubium in iudicio(cui ipſe interfui) venit. Num & is minor annis reus eſſet capitis puniendus? Iudicandus pronunciabatur: Et mea nimirum ſententia recte. Quum prodiderit.

CAIVS

111 PVPILLVM, qui proximus pubertati ſit, capacem eſſe & furandi, & iniuriæ faciendæ. § i hæredes nõ ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio. Veluti furti, damni, iniuriæ, vi bonorum raptorum.

Q PROBLEMA

Imp. Aliter l. 1. C. de ſecun. tab.

Teſtamentum, in quo hæres inſtituor, perinde atq; falſum impugnatur, pendẽ te lite, ſententiaq; hauddum lata hæres legitimus ſe in bonorum poſſeſſ. mitti poſcit. Non mittendum inquam. Quoniam teſtamentum nõdum peſſum ierit. Quæſtionis fuit, An mitti debuerit? Non reſponſum. Quoniam inquit.

PAVLVS

89 QVAM diu poſſit valere teſtamentũ, tã diu legitimus hæres nõ admittitur.

PROBLEMA

Neratius l. ſi cui fun dus. ff. de leg. 2.

Quidam in teſtamento Pamphilo legauit fundum aut centum, vtrum volet. Eſt in manu fundus, quem habere concupiſcit, centũq; valere ait. At hæres pluris eſtimat: quia ſuorum fuerit maiorum. Vertitur in dubium, quatenus interſit hæredis habere vel tradere fundum? An in iure ipſum offendi poſſit? Non offendi reſpondetur. Quia inquit.

PAVLVS

85 QVATENVS cuius interſit, in facto non in iure conſiſtit.

PROBLEMA

Imp. Iuſt. Inſti. qbus nõ ẽ pmiſſũ. §. præterea

Onophrius filius familias Xenophontem teſtamento hæredem inſtituit. Suæ tandem poteſtatis effectus vita difungitur. Inſtitutus hæreditatem aditurus hæres eſſe negatur: quoniã fruſtra a filio familias, cui non fuerit teſtandi copia, inſtitutus ſit. Ille cõtra, quod ſuæ poteſtatis effectus obierit. Deniq; nihil agi obiicitur. Quæſitũ eſt, an inſtitutio valeat? Non valere ſuccurrit. Quoniã dixerit.

LICINIVS

811 QVAE ab initio inutilis fuit inſtitutio, temporis tractatu cõualeſcere nõ põt.

PROBLEMA

Impp. Seue. & Aut. l. nõ recte. C. de fideiuſſoribus

Mutuatus tibi pecuniam duos recepi fideiuſſores, & in inſtrumento mutui ſcribi curaui, Singulos fideiuſſores in ſolidum teneri, ſi pecunia virtute cõtractus nõ redderetur. Fuere, qui dicebãt verba, ſingulos fideiuſſores. &c. perinde atq; ſuperflue addita inſtrumentum viciare. Non viciare dixi. Dubitatũ eſt. Vtra partium iuſtior? Iuſtiorem me, reſponſum. Nam ſcripſerit.

Paulus

PAVLVS 82

QVAE dubitationis tollendæ gratia contractibus inſeruntur, Ius commu/ne non lædunt.

PROBLEMA

Euſtachius, cui ab Aegidio fundus eſt legatus, poſt cedētem legati diē deo, naturæq; conceſſit. Hæredes ſubinde fundū, q excolluuione quadā incrementū cœpit, patris loco petunt. Teſtatoris hæredes ita augmentatū fundū dādū negāt, quoniam demortuus legatarius ipſis ſucceſſoribus illiuſmodi cōmodum nō acqſiuiſſet. Quæſtiōis eſt, Vtri iuſtiore s? Euſtachii hæredes. Cū tradiderit.

Vlpianus l. ſi poſt diē. ff. Quando dies legati cedit.

POMPONIVS 18

QVAE legata, mortuis nobis, ad hæredem noſtrum tranſeunt, eorum commodum per nos iis, quorum in poteſtate ſumus, eodem caſu acquirimus, aliter atq; cum ſtipulati ſumus: Nam & ſub conditione ſtipulātes omnino eis acquirimus: Etiamſi libertate nobis præſtita a domino conditio exiſtat.

PROBLEMA

Ex facto memini apud noſtrates in pago, cui nomen eſt Blaucendorff, templi yconomos, cum quædam diuorum ſimulachra deaurare vellent, nec eſſent ſoluendo: calices aliquot aureos pro mutua pecunia pignori dare. Quos (nam & tum mea intererat) increpans inquam, non licere ipſis res ſacras quolibet modo alienare. Licere illi: quoniam & non pluſculis ante diebus, eas neceſſitate famis ingruentis diſtraxiſſent. Quibus ego, Num proinde & nunc quidem licere? Quum diceret.

Imp. Iuſtinianus. l. ſancimus nemi. C. de ſacroſan. eccle.

PAVLVS 128

QVAE propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumenta trahi.

PROBLEMA

Amiſi Ciceronis opera vna colligata volumine: quæ cum apud Bilibaldum, qui ea inuenerat, detenta reſcirem dixi, me tibi illa pro a te mihi mutuo pignori daturum. Cui ipſe. Non tua ſunt. Ego e regione, mea, inquam, ſunt: etſi ille poſſideat: nimirum, quæ ſum vendicaturus. Nunquid bene propoſuerim? Bene putauerim. Quoniam ſcripſerit.

Modeſtinus l rem. ff. de acq. &c.

PAVLVS 15

QVI actionem habet ad rem recuperandā, ipſam rem habere videtur.

PROBLEMA

Cautum eſt, ne quis, quod legatum eſt, emat, vſu venit, vt eſſet, qui non habebat moriens vnde funeretur: nimirum rebus legatis oppido multis. Ex quibus tunicam, iudice adito, emo, de cuius pretio, qui vita defunctus eſt, funeratur. Addita deinceps hæreditate, eandem tu hæres a me, quia mala comparauerim fide, auferendam, legatarioq; præſtandam putas. Non ablatum, dico, iri. Quia prætore rogato emerim. Quid iuris? Reſpon. Nullo me damno adficiendum. Cum dixit.

Vlpianus l. et ſi qs. §. 1 ff. de religioſis.

VLPIANVS 179

QVI authore iudice comparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.

PROBLEMA

Fabianus papa c ſi qs irat' 2.q.3.

Oblata inter nos lite eo indignationis perueni, vt ſolita percitus iracundia nebulonem te inclamarim. Die ſubinde altera me accuſandū iniuriarum duxiſti. Nō, inquā, me accuſes: nempe, quod nullo animi cōſilio, ſed iracūdiæ ſtimulo tibi ſim cōuiciatus. Nū audiri merear? Mereri videtur. Qñquidē ſcripſerit.

PAVLVS

49 QVICQVID calore iracundiæ vel fit vel dicitur, non prius ratum eſt, quā ſi perſeuerantia apparuerit, iudicium animi adfuiſſe. Ideoq; in breui reuerſa vxor nec diuertiſſe videtur.

PROBLEMA

Pōponius l. penul. ff. ad Macedo

Mutuatus eſt Antiochus Nicodemo filiofami. vndequadraginta. Die ſolutionis veniente creditor mutuum exigit. Nicodemus ſe dare negat, quoniam ſui non ſit iuris, præterea tu ſibi aduerſus. S.C. Macedonianum mutuaueris. Qui reſpondens ait, ſe fugiſſe eum eſſe filiumfamil. Cui ille. Oportuerat te vtiq; ſcire meam contrahētis conditionem. Quæſitum, ſuccurri ne debeat Antiocho? Non ſuccurrendū. Quia tradidit.

VLPIANVS

20 QVI cū alio contrahit vel eſt vel debet eſſe non ignarus conditionis eius. Hæredi autem hoc imputari non poteſt, cum non ſponte cū legatariis contrahit. §. non ſolet doli exceptio nocere iis, quibus volūtas teſtatoris nō refragatur.

PROBLEMA

Vlpianus l. Julianus. ff. de rei vē.

Cremes cum Menechmi ſeruum fide non bona poſſideret, ſua ſponte, dolo (ne illi teneretur) ductus poſſidere deſiit. Qui auffugiens occiſus eſt. Agit ad hominis pretium contra Cremetem Menechmus. Se non debere occurrit Cremes, quoniam iſtius poſſeſſor deſiiſſet. Ille contra, nihil referre, quia dolo poſſidere deſiiſſet. Quæſitū, qd iuris? R. ſpon. Teneri Cremetē. Quādo ꝑdiderit.

PAVLVS

114 c. p poſſeſſore d re. iu. li. 6.

QVI dolo deſierit poſſidere pro poſſidēte dānat, qa pro poſſeſſore dolus eſt.

PROBLEMA

Vlpianus l. 1. §. fi. ff. depoſiti.

Romā cōceſſurus aliquot apud patrē tuū annulos depoſui. Vbi aliquoto me tempuſculo morante pater mortem obit. Ipſe depoſitionis ignarus, inopia forte diſtrictus annulos depoſitos vendis. Reuerſus ex Roma a te illos (vti iuſtū eſt) reſtitui peto. Venditos ais. Proinde te haudquaq; reſtituere poſſe: daturū tamen illorum pretium, illudq; me accepturum ſperare; quia ignorantia ductus diſtraxeris. Quid iuris? Te (pretio oblato) putarim liberatū iri. Siquidē dixerit.

CAIVS

41 c. cū qs de reg. iur. li. 6.

QVI in alterius locum ſuccedunt iuſtam habent cauſam ignorantiæ, in id, quod peteretur, deberetur. §. fideiuſſores quoq; non minus quē hæredes iuſtā ignorantiam poſſunt allegare. Hæc ita de hærede dicta ſunt, ſi cū eo agetur, nō etiam ſi agat. Nā plane qui agit, certus eſſe debet, cū ſit in poteſtate eius, quando velit expiri. Et ante debet rē diligēter explorare, & tūc ad agendū ꝓcedere.

PROBLEMA

Emiſti prædium,cui per vicini agrum aquæ ductus debetur. Adueniente duct dæ aquæ tẽpore,ea vſurus a vicino prohiberis:nimirū, qui quod anteceſſor habuit,ius te haud habere dicit. Habere inquis:cū, quod prior habuerit iuris, ad te ſit emptorẽ tranſlatum. Vter iuſtior?Iuſtiorē te reſpondeo. Quia inquit. Vlpianus l.ſi aquæ ductus ff.d cō tra.empt.

VLPIANVS

QVI in ius dominiūue alterius ſuccedit,iure eius vti debet.§.nemo videtur dolo facere,qui ignorat cauſam,cur non debeat petere 115 c.ſi qs.de re iur.li.6.

PROBLEMA

Negociatus eſt dn̄i loco ſeruus,& veſtē nactus,huiusq̧ triēnio poſſeſſor ſibi vē dicat.Eius deinde poſtulatus,ſe vſucepiſſe eá excipit. Altera inquit,partiū,illā minime poſſe eū vſucapere,quū ſeruus ſit. Quo iure inibi?Reſpōd. Seruo ni hil acquiſitū. Cū ait, Modeſtinus l.homo li/ber.§.quic/qd.ff.de Acq rer.do.

VLPIANVS

QVI in ſeruitute eſt vſucapere nō poteſt. Nā cū poſſideat:poſſidere nō videt.

PROBLEMA

Cauetur,a iudice victū in expēſis dānandū. Euenit,vt cū aduerſus quendā, ob mutuā pecuniā,litē,moueres victor euaſeris. Iudex aduerſam tibi partē mutui dūtaxat reſtituēdi nō etiā expenſarū dānauit. Iudicē incuſas,quippe qui aduer ſus legis præceptū fecerit. Qui reſpōdens ait. Minime:quoniā nihil, quod lex inhiberet feciſſet. At ipſe,nihilominus ab eo in legē fuiſſe peccatū. Quid iuris? Cōmittiē cauſa arbitro. Qui decidēs pronūciat iudicē peccaſſe. Quia diceret, Panpinians l nō quicqd § iudex.ff. pe iud.

PAVLVS

QVI non facit,quod facere debet,videtur facere aduerſus ea quæ nō facit. 164 Et qui facit quod facere nō debet,nō videtur facere,id quod facere iuſſus eſt.

PROBLEMA

Iure prohibetur,Ne quis perinde atq̧ ſuus iudex,rem,quam ſuam eſſe prætē dit,ſine iudice capiat. Exigit modo a te librum:quē ſuū eſſe dicit,Scipio. Eius eſſe negas:cæterū:iudice authore ſi illū vendicet te ſuſq̧ deq̧ laturū ais. Qui temeritate,ductus librū ſine apud iudicē querela accipis. Quē quia vim tibi in tulerit:accuſas. Nō illatam rurſus ille. Vter verius dicat?Tu puto. Quia inquit. Caliſtratus l.extat e n ff.q d metus

PAVLVS

QVO tutela redit:eo & hæreditas peruenit:niſi cum fœminæ intercedunt.§. 174 Nempe poteſt tutorem dare cuiq̧:niſi ei: quem in ſuis hæredibus:cum mori tur habuerit:habiturusue eſſet ſi vixiſſet.§.vi videtur factum id eſſe: quod de re quis cum prohiberetur:fecit clam quod quiſq̧ cum cōtrouerſiam haberet ha biturumue ſe putaret fecit. Quæ in teſtamento ita ſcripta ſunt:vt intelligi non poſſunt:perinde ſunt:ac ſi ſcripta non eſſent.§.Nec paciſcendo:nec legem di cendo:nec ſtipulando quiſq̧ alteri cauere poteſt.

PROBLEMA

Cū in humanis eſſe defineret Max.Pōti.Leo.x.eſſetq̧ (vt fieri ſolet) de futu ro Max.Pōt.cōcertatio. Dixi mihi eē perſuaſū:Hadrianū Archiepiſcopū Tra iecten.laudabili virū ſctiſſimi diui Petri fore hędē atq̧ ſucceſſorē Audiētes de mirati qd allucinaris inquiūt?Tu ne futurū quēq̧ Pōt.Petri voces ſucceſſorē? Dominicus c.i.d homi/cidio li.6.

quum vel ſexcenti a Petro ad illum extiterint Pontifices. Videri inquam mihi videor me non perperam locutum eſſe. Quæſitum eſt, an Benedixerim? Benedixiſſe. Quoniam tradat.

155 MODESTINVS

QVI per ſucceſſionem quāuis longiſſimā defuncto hæredes extiterunt non minus hæredes intelliguntur, quā qui principaliter hæredes extiterint.

PROBLEMA

Pōponius l. cū in lege ff. de cōtra. Empt.

Hamilcar prædium venditans in inſtrumento ita ſcribi facit. Et vna cum fluminibus & ſtilicidiis, quæ habeat vt nunc ſunt. Emptor ſubinde, cum eſſent multa flumina & ſtilicidia, nec additum, quæ flumina vel ſtilicidia, quæ in rē ſuam videbātur magis futura vti voluit. Cui Hamilcare reluctante itum eſt ob rei obſcuritatem in controuerſiam. Quæſtionis fuit, cuius diſpēdio ambiguitas eſſet obuentura? Venditoris inquam. Dixit nanq.

134 VLPIANVS

QVI poteſt facere, vt poſſit conditioni parere iam poſſe videtur. §. qd quis ſi velit habere, non poteſt id repudiare non poteſt.

PROBLEMA

Imp. Iuſti. l. fi §. fi. C. d Adminiſtut.

Cum ſub tutela eſſes, tutor poma, quæ ex prædio tuo prouenerunt, ne vel tēpeſtate immitiore vel loco minus idoneo perirent, te inſcio vendidit. Expertus id eum feciſſe ſine tuo conſenſu, & facere haud debuiſſe inquis. Qui e regione, imo ſibi licuiſſe, quum vtiq; quod feciſſet, in rem tuam eēt futurum. Quid iuris? Tutorem, inquam, recte diſtraxiſſe. Siquidem ſcriptum reliquiſſet.

27 VLPIANVS

QVI poteſt inuitis alienare, multomagis & ignorantibus & abſentibus pōt.

PROBLEMA

Vlpianus l. minor. §. fi. ff. de mino.

Ex certa aduerſus te controuerſia ago interuenit in iudicio pro te defenſor. A quo (vt lege cauetur) quia litis velit eſſe alienæ defenſor, ſatiſdationem iudicatum ſolui eligo. Is minime opus eſſe cautione ait: nimirum, qui ſumma vir dignitate, & fortunis admodum adfluentibus ſat fidei in hoc haberet. Nihil reſpondi referre. Quæſitum eſt. An, quia diues ſine cautione defenſor eſſe poſſit? Haudquaq̄. Nam ait.

116 PAVLVS

QVI rem alienam defendit nunq̄ locuples habetur.

PROBLEMA

Paulus l. ſi qs ſolutioni. ff. de vſuris.

Mutuo. a. accepi. 10. quæ Calendis Ianuariis reddere ſub vſura pollicitus ſum Die ſolutionis veniente moram feci. Exegiſti, ad iudicium ex iuſta cauſa prouocaui. Ipſe inibi vſuram, quia moram fecerim, expoſcis: quam, quod prouocarim, me debere negaui. Vter iure tutior? Mihi ſuccurrēdū cēſeo. Inqtnāq;

61 IVLIANVS

QVI ſine dolo malo ad iudiciū prouocat: non videtur moram facere.

PROBLEMA

Imp. Iuſti. c. Authēticorū. 2. q. 6.

Conuentus a te, & lata ſubinde ſecundum te ſententia, tacui. Septem tranſa-

ſtis diebus ab ea prouoco ſententia. Perperam prouocari ais: quoniã tacibũ dus ſententiæ ſteterim. Minime inquã, quando in me ſententiæ nec aſſenſerim nec abnuerim. Quæro vter iuſtior? Ego, nonne? Cum dixit.

PAVLVS 125

Qui tacet nõ vtiq; fatetur, ſed tamen verum eſt, eum non negare.

PROBLEMA

Symachus litem aduerſus Lucium corã arbitro, in quem vterq; conuenerat, mouens ſententia vincitur. Siquidem, ne ipſe a Lucio quicq; petat ab arbitro inhibetur. Qui petens conuenitur: nempe, quod in arbitri ædictũ peccauerit. In dubitationem ventum eſt. An peccarit? Reſpon. peccaſſe. Quia ſcripſerit.

Iulianus l. aduerſus. ff de arbitris.

VLPIANVS 102

QVI vetante prætore fecit, hic aduerſus ædictum feciſſe proprie dicitur. §. eius eſt actionem denegare, qui poſſit & dare.

PROBLEMA

Cum inter me & Theodericum controuerſia agitaretur, te mihi ſub pœna q̃tu q; aureorum fore defenſorem recepiſti. Defenſionem negligens pœnam ſolui ſti. Pœnitentia dehinc ductus, & defendere paratus ſolutum repetis. Num, quæ ſitum eſt: ad reſtituendum cogor? Non cogendum Reſpon. Dixit enim.

Iulianus l q ob rẽ. ff. de cõ. ideb.

CAIVS 47

QVOD a quoq; pœne nomine ex actum eſt, id eidẽ reſtituere nemo cogit.

PROBLEMA

Condens teſtamentum teſtibus, quibus in illo obfirmando opus eſt, adhibet ſeruum. Fuere, qui eundem dicerent minime adhibendũ: quippe: qui & iuris ci uilis cõmunione, & prætoris ædicto in totũ careat. In dubitatione quæſitũ eſt. Quid iuris? Reſpondi ſeruũ teſtem non adhibendũ. Quoniam ſcripſerit.

Vlpianus l q teſtamẽ to. §. ſeruus ff. de teſta.

VLPIANVS 33

QVOD attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullis habentur: Non tamen & iure na turali. Quia quoad ius naturale attinet, omnes homines equales ſunt.

PROBLEMA

Quidã cũ homicidii reus peragere a morte, quã homicida pati debuerat, li beraſ, quoniã ſingulari vir eruditiõe de principe bñ meritus fuerat. Accidit nõ multo poſt tpe, vt & alius homicidii pariter accuſatus exemplo prioris depre catione vtereſ? Diſcõuenit inter iudices. Quid faciũdũ? Relata ſenatũ cõtro uerſia, cognoſciſ, huic, exẽplo iſtius, minime parcendũ. Quippe, qd' diceret.

Vlpianus l. 1. §. plane. ff. de conſti.

PAVLVS

QVOD contra rationẽ iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſe quentias. §. vni duo pro ſolido hæredes eſſe non poſſunt. 54

PROBLEMA

Quũ me in lite quadã teſtẽ nõnulli habendũ ſtatuiſſent, meq; diuitẽ probare vellent, recenſendũ in bonis meis exiſtimarunt fundũ, quem omnino (quia a non domino, non data euictionis cautione: emeram) euictũ iri timebam. Hinc pars aduerſaria eundem recenſendũ voluit, nempe, qui in bonis referri non

poſſit. Quid iuris? Non inter bona mea referendum. Quia ait.

151 CELSVS

QVOD euincitur in bonis noſtris non eſt.

PROBLEMA

Bonifaci⁹. 5 c. 1. de ſpon. Imp. li. 6. Quirinus puer annum natus ſeptimum Iuſtinam eiuſdem ætatulæ virgiunculam ſe ducturum promittit. Qui ad annum ferme vtriuſq; ætatis duodecimum, non alio nec verbo nec actu interueniente, perſeuerans a ſacerdote iubeť ſeruare ſpōſalia, q̄ in ætate infantili cōtraxiſſent. Cui parētes ecōtrario, minus valere ſpōſalia nec m̄rimoniū Lite vtrinq; oborta ad ep̄m cā referť, rogatū q̄d iuris? A quo ꝓnunciať, non ob ea, q̄ nulla fuiſſent, ſpōſalia ad m̄rimoniū cogi. Cum traderet.

PAVLVS

30 QVOD in initio vitioſum eſt, nō poteſt tractu temporis conualeſcere.

PROBLEMA

c. nō firmať d re iur. li. 6. Impp. Arch & Hono. AA. Libri, qui tibi a Pamphilo ſubtracti ſunt, ad Stichum peruenere, huius .ſ. ſucceſſorem. A quo cum conditione furtiua vendicares. Occurrit is ſe nihil tibi debere, verum anteceſſorem fuiſſe conueniendum, ſi quid, quod tuum eſſet, prætenderes. Cui tu, æque inquis ac anteceſſor tuus ad reſtitutionem obligaris. Quid iuris quæſitū? Reſpō. Stichū ad reſtitutionē cogēdū. Siquidē ſcripſerit.

VLPIANVS

156 QVOD ipſis, qui contraxerunt obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit.

PROBLEMA

Paulus l. 1. §. ſi iuſſeri. ff. d acq. poſſeſſ. Decem, quæ mihi debuiſti, nomine meo iuſſi Tranquillo datum iri. Quo ita facto, & aliquod poſt diebus eam a te ſummam exigo. Excipis te mihi ſoluiſſe Non ſoluiſſe replico. At ipſe triplicans te nomine vtiq; meo alteri (quod tantundem foret) dediſſe. Vter iuſtior? Tu. Quia dicit.

VLPIANVS

141 QVOD iuſſu alterius ſoluiť, ꝓ eo eſt, quaſi ipſe ſoluiſſet, vel ipſi ſolutū eſſet.

PROBLEMA

Quas tibi datū iri merces promiſerā naufragio, mora per me ad huc nulla: pe Iulianus l. promiſſor. ff. d cō:ti. pe rierūt. Promiſſum expetis. Me daturū nego: quippe, quia dari nequeat, quod non ſit. Imo dandum inquis. Rem iudici cōmittimus, quid iuris proferat. Deciſum eſt. Nihil me debere. Nam ſcripſit.

VLPIANVS

QVOD nullius eſſe poteſt, id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere.

143 PROBLEMA

Marcel. l. & ſu ſi hæredē §. 1. ff. de pactis. Seruus cū fratre meo pactus es, vt is a te annuatim operas tuas cōduceret. Manumiſſus ſubinde tibi pactū ſeruari cupis: quia in rē tuā ſit futurum. Qui valere pactum, tibiq; libero effecto quicq̄ proficere negat. Statis arbitrio. Cuius eſt arbitramēto pronunciatū, pactū tibi nequaq̄ expediturū Quoniam ait.

PAVLVS

149 QVOD quis cum ſeruus eſſet egerit, proficere liberto facto non poteſt.

PROBLEMA

In facto euenit, vt cũ apud noſtrates vitã ageremus, agricola quidã in deciduã quã habebat, ſylua arbores ex more putaret. Qui itineris alibi anfractus decli/naturus iſtac (cũ tamen ipſum iter eſſet priuatũ, peneq; inſuetũ) perrexit. Facta putatoris proclamatione, ramo deciſo viator occiditur, reus mortis putator accuſatur. Ille excipiens nõ ſibi, ſed de mortuo culpã imputatũ iri inquit: qui ſua nimirũ culpa iugulo damnũ adeptus eſſet. Dubitatũ eſſe recordor. An l. Aquiliæ reus peragi poſſet? Quæſiti Iuriſcon. reſpõ. Nõ poſſe. Quia ſcriberet. Paulus l. ſi putator. ff. ad. l. Aql.

POMPONIVS 104

QVOD quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire.

PROBLEMA

Amyntas apud iudicem a Fauſto in ſeruitutem, quam in illum habere prætẽ/dit, petitur. Qui ipſius ſe eſſe ſeruum negat: nempe ſeruitute iamdudum ſolu/tum, proinde perperam peti. Fauſtus ait ſuæ ſe petitionis teſtes producturum. Itentidem & Amyntas ſe facturum pollicetur. Teſtes vtrinq; producti in om/nibus & ad omnia ita pares inueniuntur, vt plane apud iudicem dubia facta ſit cauſa. Quæſitus ea ratione Cæſar Reſpondet, pro Amynta ſententiam latũ iri. Quoniam dixiſſet. Paulus l. inter pares ff. de re iud.

POMPONIVS

QVOTIES dubia eſt interpretatio libertatis, ſecundum libertatem reſpon/dendum erit. 22

PROBLEMA

Alexandri hæres bonorum poſſeſſionẽ, qua ſuccedere queas, omittis: nimirũ qui ciuili quidem iure paternam putas te obtinere ſucceſſionem. Quod cum pluſculi inficias irent, quæſitum fuit. An repudiato vno ſuccedendi iure, alio poſſes ſuccedere? Poſſes reſpon. Quod ſcripſerit. Impp. dioc. & Max. l. ſũma. C. de iure delibe/rand.

PAVLVS

QVOTIES duplici iure defertur alicui ſucceſſio repudiato nouo iure, quod ante defertur, ſupererit vetus. 92

PROBLEMA

Agitur annus nunc octauus, in quo apud Germanos cum non vulgaris, ob cœli intemperiem, eſſet ſterilitas agrorum, petiit a Patre meo colonus aliquã ſibi penſionis partem ob ſterilitatem donatum iri. Qui ſolita ſua pietate atq; miſericordia permotus annuit. Euenientibus deinceps aliquot annis Parens meus & eius, in quo donaſſet, anni penſionis reſiduum exigit. Colonus, quia ſibi donata eſſet, nil ſe debere inquit. Cui etiamnum pleriq; adſtipulati Patrẽ meum male exigere perhibuerunt: maxime, quod vſus eſſet verbo donationis Nihil obeſſe ille reſpondet: ſecundum enim actum hoc eſſe inibi verbum acci/piendum. Vter iuſtus? Pater. Quia ait. Papinianus l. ſi vno. ff. locati.

IVLIANVS 65

QVOTIES idem ſermo duas ſentẽtias exprimit, ea potiſſimum accipiatur; quæ rei gerendæ aptior eſt.

PROBLEMA

Cõcil. Tolẽ. 8 c duo ma la. 13. diſ.

Quiſpiam ex animo ſe quendã interfecturũ iurauit. Ductus deinde pœnitentia & a propoſito declinaturus, quid faciũdũ ex alterutro ignorat; nempe, quod in vtroq; patrando peccandũ videat. Quid iuris? Leuius inquam ei futurum, ſi ſe periurii, & non homicidii reum faciat. Siquidem dixerit.

201 VLPIANVS

QVOTIES nihil ſine captione inueſtigari poteſt, eligendum eſt, quod minimum habet iniquitatis.

PROBLEMA

Vlpianus l. in opis. locati.

Vterq; noſtrũ Ariſtotelis problemata ſibi tranſcribenda cõcupiſcens, vno eodẽq; die librariũ cõuenit. Cõuentus caſu ambobus In Februarii Idus opas ſcripturus locauit. Veniẽte operarũ die vterq; ſibi operas præſtari vult, quæ tamen ita præſtari nequeunt. Re in cõtrouerſiam peruenta, quæſitum eſt, Vtri primæ operæ exhiberentur? Reſpon. Qui primũ conduxiſſet. Quia tradiderit.

HERMOGENES

99 QVOTIES vtriuſq; cauſa lucri ratio vertitur, is pferendus eſt, cuius in lucro cauſa tempore præcedit.

R PROBLEMA

Caius l. 1 enim. ff. de Acq. re. do.

Quidã hyberno tpe nemus trãſiẽs lupũ ſibi inſidias parantẽ cœpit. Captũ ſubinde pagi pfectus æque atq; ad ſe attinentẽ exigit. Ille ſuũ eſſe, inqt. Qua alter ecõtrario ratione? Quoniã, ait is, iuris eſſe regulã audiui. Quod natura nullius ſit occupanti conceditur. Nunquid ait alter regula eſt eiuſmodi? Eſſe rurſus ille. Negatur. Conuenitur iudex. Quid? Regulã eſſe reſpondet, nempe qđ dixerit.

PAVLVS

Regula eſt, quæ rẽ, q̃ eſt, breuiter enarrat. Nõ vt ex regula ius ſumat. Sed ex iure, qđ eſt, regula fiat. Per regulã igitur, breuis rerũ narratio traditur. Et (vt ait Sabinus) q̃ſi cauſæ coniunctio eſt, q̃ ſimul cũ aliquo viciata eſt pdit officiũ ſuũ.

PROBLEMA

Vlpianus l. igenuũ. ff. de Sta. ho.

Qui re ipſa ſeruus erat a quodã libertinus vendicari cœpit. Vendicari cœptus ſe libertũ eius eẽ inficiat. At ingenuus inqt ſũ. Cã in iuditiũ delata (vt pleriq; in iudiciis fortuna ludit) ingenuus, q vere ſeruus erat, pnũciat. Indubiũ apud plu
109 ſculos ventũ eſt, an is & eẽt & habẽdus ſit ingenuus? Rñde habẽdũ. Quia dicit.

VLPIANVS

RES iudicata pro veritate accipitur.

S PROBLEMA

Paulus l. is q in poteſtate. § fi. ff. d leg. pſt.

Cum tibi (externo hærede inſtituto) a Leonio ea ſub conditiõe legatus eẽt fundus, ſi hæredi. xx. dares. Factus eſt alius per contra tab. bonarũ poſſeſſor. Dubitaſti vtri. xx. daturus eſſes, & in quẽ tibi actio legatorũ cõpeteret? Quærenti reſpõſum eſt. Ei qui bo. poſ. contra. tab. accepiſſet. Quoniam traderet.

10 PAVLVS

SECVNDVM naturã eſt, cõmoda cuiuſq; rei eũ ſeq̃, quẽ ſequunt̃ icõmoda.

PROBLEMA

In facto venire memini, quendã ſpectatæ fidei & probitatis iuuenẽ ſuas in dia/ Paulus
lecticen operas nõnullis, quorũ & ipſe fidei fretus precio Sericæ veſtis (cui no/ l.itẽ ſi pre/
men Subuculæ vel Sabulo) locauit: ratus illos in veſtẽ pannũ quẽpiam magni tio.§.fi.ff.
cõparaturos. Qui liberalitate abuſi tunicam aureis forte ſex confici curarunt. locati.
Sarctam tunicã locator humanitate & facilitate, qua fuit (noluit enim ſibi cũ
illis litẽ fore) recepit. Nõ multo poſt vſu euenit, vt diſſidio vtrinqꝫ oborto in/
ter cætera locator cõductoribus obiecerit, eos nõ oppido honeſte in merce/
dula egiſſe: nimirũ, qui eas opas, quoniã labore diſſertæ eſſent, aliis vndeuigin
ti vel multo pluris locare potuiſſet. Iſti e regiõe. Nihil ad vos. Qñquidẽ cõtra/
hẽtibus decipere cõueniat. Rurſus ipſe, viro tamẽ bono nõ licere. Vter iuſtus?
Locator. Dixit enim.

MODESTINVS

SEMPER in cõtractibus nõ ſolũ, quod liceat cõſiderãdũ eſt, ſed & qđ hone/ 158
ſtũ eſt.

PROBLEMA

Vitus Vuerlerus vir in legali ſciẽtia prudentiſſimus fideiqꝫ plenus apud ſuos
eueniſſe mihi retulit, Ruſticum, cui vicinus certam pecuniæ ſummam debuit, Vlpianus
vaccam, vicino neſcio propuliſſe. Furti eundem poſt triduum accuſatum re/ l.merito.ff.
ſpondiſſe. Se non animo furandi, ſed ſibi pro debita pecunia, quam ſæpicule ꝑ ſocio.
fruſtra exegiſſet, recepiſſet. Inter iudices dubitatum, quid iuris? Pronunciatum,
furti reum capitis plectendum. Quæſitus deinde, quid mihi ea de re videretur
& ſententia? Iniquam videri inquam. Quia diceret.

CAIVS

SEMPER in dubiis benigniora præferenda ſunt. 51

PROBLEMA

Vendidi tibi agrũ, & ſũma hauddũ ſoluta tradidi. Facto ex more, ea ſane cau Papinianus
ta, inſtrumento. Solutionis termino adueniente pretiũ exegi. Legatur inquis l.impator.
inſtrumentum. Quod cum legeretur, inuentũ eſt librarii vicio, Theodericus ꝑ ff.de ſtatu.
Fœdericus. Cuius gratia ipſe inſtrumentũ perinde atqꝫ falſum prætendens ſol homi.
uere reluctaris. Cui ipſe inquã inſtrumenti errorẽ mihi haudquaq̃ nocere, quũ
veritas conſtet. Quid iuris? Non nocere reſpondetur. Quoniam ſcribit.

SCAEVOLA

SI librarius in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet nihil nocere, quo mi 91
nus & reus & fideiuſſor teneatur.

PROBLEMA

A patre tuo teſtamentum cõdente tibi, tuiſqꝫ impuberibus fratribus tutor da/ l.ſi nemo.ſ.
adita tus, minime hæreditatem adeunte tutelæ me ingero. Sunt, qui me tutorem eẽ ff.de teſt.
negant, quoniam teſtamentum ſit ſolutum. Me eſſe replico. Vtri partium veri tut.
tas adminiculetur? Non vtiqꝫ mihi. Quandoquidem ait.

VLPIANVS

SI nemo ſubiit hæreditatem omne ius teſtamenti ſoluitur. 141

PROBLEMA

Indignus vita & doctrina ſacris initiari cupit. Repulſam expaueſcens adit Epi Ar.3 c. ve/
niẽs d teſti.

Vicariũ(illius enim apud noſtrates eſt in quoq; ſacris iniciando facere pericu/lũ)& tibi,inquit,quod mihi debes pecuniæ remittam, vbi,nõ obſtante igno/rãtia mea,a te in ſacerdotiũ admiſſus fuero.Qui annuens ſubinde repetũdarũ perinde accuſatur;quia in officio munera recepiſſet.Quo negante verſa res eſt in dubiũ.Quid iuris?Repetundarũ reũ eſſe vicarium reſpond.Quod dicit.

116 PAVLVS

SI quis obligatione liberatus ſit,poteſt videri cepiſſe.§.non poteſt videri ac cepiſſe,qui ſtipulatus poteſt exceptione ſummoueri.

Papinianus arg.l.cũ pa/ter.§.volo.ff.de le.2.

PROBLEMA

Qui moriturus eſt hæredi iubet, Si ſine liberis decedat mihi hæreditatem reſti tuat. Mortuus teſtator mulierẽ prægnantẽ nullos autẽ filios reliquit.Hæredita tẽ peto.In cõtrariũ inquit vxor.,nil mihi hæreditatis debere:quippe,qui mi/nime abſq; liberis obierit, qui ſe pregnantẽ reliquiſſet,teſtator. Quid ea in re iuris?Mihi reſpondetur hæreditatem nequaq̃ reſtitutum iri Quod dixerit.

148 CELSVS

SI quis prægnantem vxorem reliquit non videtur ſine liberis deceſſiſſe.

Iuſtinianus I.uſti.de ſer uitutib⁹.§. Actus

PROBLEMA

Cum mihi per agrum tuum conceſſiſſes actũ,prætendi me pariter habere iter. Minime inquis,quia tibi actũ dumtaxat conceſſerim. Si actum inquam ergo, & iter.Negas.Quæ veritas?Et iter reſpõdeo conceſſum, Quando ſcripſerit.

CAIVS

190 SEMPER in generalibus ſpecialia inſunt.

Vlpianus l.nũmis.ff. de leg.3.

PROBLEMA

Teſtator hæredem teſtamento grauauit quo ſingulis annis in ciuitatis ſtructu ram Centum aureos collocaret.Euenit,mortuo teſtatore,vt varii eſſent valo ris eo in loco(vt multis eſt in locis)aurei,proinde dubitatũ,de quibus ſenſiſſet te ſtator.Ne pe minoris,aut maioris valoris, cum nulla ſane conſtaret ſcriptu ra.Rogatus quid cẽſerem?Reſpondi.Hæredem collocaturum, qui eſſent exi guiores. Siquidem prodiderit.

9 c.In ob/ſcuris de re iud.li.6.

VLPIANVS

SEMPER in obſcuris,quod minimum eſt,ſequemur.

Vlpianus l.ſi.ita.ff.de leg.1.

PROBLEMA

Scholaſticus natione polonus, Patauium ſtudii gratia profectus, equũ cuidã Patauino ciui viginti aureis(quos ducatos appellant)vendidit. Eo tradito ab emptore venditori aurei viginti,ſinguliq; ſex librarũ.4. & ſolidorũ(is eius eſt regionis & ciuitatis loquendi mos)valoris.Ille tenuens ſe de valoris tredecim Marcellorum(Eſt autem Marcellus,certus illic hoc nomine nummus)omnino ſenſiſſe inquit.Emptor cõtra.Se nõ ita ſenſiſſe.Cauſa in iudicio vẽtilata. Pro/ci ue fertur ſententia:nempe,quod ex more Patauini dicentes ducatũ itelligerẽt ſex libras &.4.ſolidos.Quid iuris? Recte iudicatum aio.Quia ſcribit.

35 VLPIANVS

SEMPER in ſtipulationibus, & in cæteris contractibus id ſequimur, quod

actum eſt, vnde ſi non appareat, quid actum erit. Conſequens eſt, vt adſequeℓmur, quod in regione, in qua id actũ eſt, frequentat. Quid ergo ſi neq; regionis mos appareat: quia varius fuit, ad id quod minimũ eſt redigẽda ſũma eſt

PROBLEMA

Cum empturus pannũ fideiuſſore opus haberes, Apthonius, qui adſtabat, quo pro te fideiuberem, mãdauit: te tacẽte fideiuſſi. Defuncto non multo poſt Apthonio, dies ſolutionis ceſſit. Vẽditori, cũ ipſe ſoluere nolles, iure coactus ego fideiuſſor ſolui. Reſtituendum deinde ſolutũ, meq; idemnem ſerues flagito. In nihilo, replicas, te mihi obligatũ, quia fideiuſſioni meæ non annuiſſes. Cui ipſe ediuerſo, paſſus tñ eſſes me fideiubere Quid iuris? Te reſtitutum putauerim Quia inquit.

Paulus l. q fide. ff. mandati.

VLPIANVS

SEMPER qui nõ prohibet pro ſe interuenire mandare creditũ. Sed etſi quis ratum habuerit, quod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione. 61

PROBLEMA

Legatus eſt equus Pamphilo. Si intra Biennium Pontifex Romam veniret. Biennio hauddum exacto ſeruus efficitur Pamphilus, & Romam pontifice veniente legatum petit. Obiicitur, ipſum relicti capacem non eſſe: nempe, qui inſtar mortui ſit. Cui pendenti conditione defũcto legatum interdicit. Is ſe de mortuũ habendũ negat. Vtrũ putas iuſtũ? Iniuſtũ Pamphilũ. Q̃ñquidem ait.

Vlpianus l itercidit. ff. de cõd. & demonſtrat.

VLPIANVS

SERVITVTEM mortalitati fere comparamus. 110

PROBLEMA

Ago aduerſus te tui ſerui cã. Cõuentus ipſum iudicio ſiſti ꝓmittis. Extante iudicii die ſeruus nõ ſiſtiẽ. Te in ædictũ. Si qs cautiõibus. &c. peccaſſe inquã. Nõ peccaſſe excipis: qppe q̃ ſiſti nequiuerit: qm̃ is Reip. cã eo die abſens fuerit. Cui inquã. Minime ea es tutus exceptione. Quid hac i re dicẽdũ? Tutũ nõ eẽ. Nã dicit

Paulus l. ſi qs ſeruũ ff. ſi qs cautionibus

PAVLVS

SERVVS Reip. cauſa abeſſe non poteſt. Regula ff.

PROBLEMA

Actius pater tuus ob falſum teſtimonium dicendum a Rhegio, qui litem Antiochio mouit, decem accepit. Mortuo patre Antiochius, quũ calumniam te ſciret: te calũniæ accuſat: qđ q; apud te a p̃re ſit pecuniæ ob falſum dicendũ repetit. Ipſe iniuſte, inquis, te accuſari, cũ tibi cũ eo nihil nec ſit nec fuerit negocii. Quid iuris quæritur? Actionẽ reſpõd. ob delicti p̃ris negãdã: nõ autẽ repetitionẽ. Q m̃ ſcripſerit.

Vlpianus l. in hær. dẽ. ff. de calũni.

POMPONIVS

SICVTI pœna ex delicto defuncti hæres teneri nõ debet, ita nec lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eum perueniſſet. 39

PROBLEMA

Theophilus Alexii filius ea a me lege, ſi iudex eſſem futurus, decem ſtipulatus eſt ſibi datum iri. Qui pendente conditione ſui efficitur iuris. Extãte deinceps conditione is decem petit. Vnaq; Pater, quoniam ille in eius fuerit poteſtate tẽpore ſtipulationis. Dubitatur vtri dem? Patri reſpondetur. Nam tradit.

Paulus l. ſi filiuſfa. ff. de ver. ſig.

19
POMPONIVS

SI filius ſub cōditione ſtipulatus emancipatus fuerit. Deinde extiterit cōdi/
tio, patri actio cōpetit: qa in Stipulatiōibus id tēpus ſpectat, quo cōtrahimus.

PROBLEMA

Vlpianus l. hæc enim. ff. de ſuſp. tut.

Cum Othonis pupilli tutor, iudice authore, nulla ſignificata cauſa, a tutela re
motus officiū in ciuitate peteret. Obiicitur ei Repulſa, quam paſſus & a tutela
remotus perinde atq; infamis officio fungi nequiret. Qui reſpōdens, inquit, ſe
nō ex cauſa famoſa, ſed ob paupertatē remotū. Hoc igitur inter pluſculos in
dubiū verſo: quæſitū eſt. Quā in partē a tutela remotio iſthæc foret interpretā/
da? Reſpōdi, in dextrā: Hoc eſt: illū nō ex aliqua cauſa famoſa repulſū. Siqui/
105 dem diceret.

VLPIANVS

SI in duabus actionibus alibi ſumma maior, alibi infamia eſt, præponenda
eſt cauſa eſtimationis. Vbi autem æquiparantur famoſa iudicia, etſi ſummam
rei diſparem habeant, pro paribus accipienda ſunt.

T PROBELMA

Vlpianus l. qd ī hære/ dē §. ſi ſeruo ff. de Tributo.

Seruus Stichi in peculiari merce negotiatus ex contractu quodam Daniſtæ de
bet viginti. Quo, & Sticho mortuo pariter. Daniſta ab hæredibus debitum
expoſcit. Qui ſe daturos inquiunt quindecim: quoniam eius apud ſe non ſit
plus ſummæ. Ille totum dari contendit, & deberi totum inquit. Ad iudicem
re relata, pronunciatur ſecundum hæredes. Quia ſcripſit.

45
VLPIANVS

TOTIES in hæredem damus actionem de eo, quod ad eum peruenit, quoti/
es ex dolo defuncti conuenitur. Non quoties ex ſuo.

V PROBLEMA

Caius l. metū. ff. quod metus cauſa.

Quū ſcirē te quippiā aduerſus patrē tuū egiſſe, Dixi, Niſi hoc, cuius deſiderio
teneor, me libro donaueris, dicturus ſū patri tuo, quod ī ipſū cōmiſiſti. Dona
ſti. Aliquot poſt diebus me cōuениſti, ex ædicto. Quod metus cauſa, quippe
quod velis tibi reſtitutū iri librū: quoniā metu tibi eundē extorſerim. Minime
inquā. Nō enim fuit metus quo tātundē cogi poteras. Quid iuris? Nō reſtituē/
145 dū. Qm̄ ait.

CELSVS

VANI timoris non iuſta excuſatio eſt.

PROBLEMA

Vlpianus l. &. §. 1. ff. de dāno infect.

Inter Stichū & Pāphilū de poſſeſſiōe litigiū oborit, hic rē deferri ad iudicē cē/
ſet: quia cognitiōe indigeat. Ille opus eſſe negat. Vter verax? Pāphilus. Quan
doquidē ait.

105
PAVLVS

VBIQVE cauſæ cognitio eſt, ibi prætor deſideratur.

PROBLEMA

Imp. Cōſt. l. 1. C. de tē. & repa.

Nominatus ad duumuiratus oficium prouoco. Et a die interponendæ appel/
lationis, Die ſubinde ſexageſimo primo cauſam proſequor. Ille inquit aduer
ſarius, neglecto temporis a iure definito, puta, duorum menſium, hoc eſt. lx.
dierum ſpatio, ad proſequendum minime admittendum. Me, inquam, ad/
mittendum, quia vnus dies adiectus negligentiæ adſcribendus non ſit.

Quid mihi iuris quæritur? Vnum diem ſtipulationi non obſtare. Dixit enim.

PAVLVS

VBI lex duorum menſiū fecit mentionē, & qui ſexageſimo primo die vene- 101
rit, audiēdus eſt, Ita eteni īperator nr̄ Antoninus cū diuo fratre ſuo reſcripſit.

PROBLEMA

Cū mutus, cui Emiliano nomen, filiā tuā vxorem duxiſſet, & ſtato nuptiarū Paulus
tpe abs te dos exigeret. Ipſe penitentiæ ductus, quoniā forte mutus ſit gener, ni l.ex facto.
hil te debere aiſq; qñquidem is nō potuerit nuptias contrahere. Imo cōtrahere ff. de vulga-
ex muti parte reſpondetur. An poſſit? Poſſe inquam. Quia ſcripſit. ri & pupil.

VLPIANVS

VBI non voce, ſed præſentia opus eſt, mutus ſi intellectum habet, poteſt vide-
ri reſpondere. Idem & in ſurdo, hic quidem reſponderi poteſt. §. furioſus ab-
ſentis loco eſt, & ita Pomponius libro primo Epiſtolarum ſcribit.

PROBLEMA

Scriptum eſt in Albunii ciuis teſtamento. Si Fabius hæres erit. Decius hæres Marcianus
eſto. Si Decius erit, Fabius hæres eſto. Defuncto Albunio. Vterq; eſſe hæres & l.ſi Titius
haberi vult. Ab inteſtato venientes neceſſarii neutrū inquiunt eſſe hæredē: nem ff. de c.in
pe quod vtriuſq; inutilis cenſeretur inſtitutio, & condicio, quæ continet omni debiti
phariam repugnantiam, nunq̄ exiſtere poſſit. Quid inibi iuris ſit q̄ritur? Neu-
trum eſſe hæredem reſpondetur. Quoniam ait.

CELSVS

VBI repugnantia inter ſe in teſtamento inuenitetur, neutrum eſt ratum. §. 149
quæ rerum natura prohibentur nullā lege confirmata ſunt.

PROBLEMA

Dromo iniungente domino ſuo Plautio tacitum (quod tamen ſuſcipiēdum Papinianus
inhibet) fideicōmiſſum ſuſcepit Demū legi Falcidiæ beneficiū expoſcit. Ve- l.ſi tacitū.ff.
rū quia peccarit, negatur. Is ecōtrario, ſi habiturū ſperare: ſiquidē qui dn̄o pa- ad.l.falci.
rere debuerit. Quæſtionis, qd iuris? habiturū reſpō. legis beneficiū. Nā ſcribit.

VLPIANVS

VELLE non creditur, qui obſequitur imperio patris vel domino. 4

PROBLEMA

Seruū tuū, quē furē ſciebas, mihi vēdidiſti & pacto cōfirmaſti furē nō eſſe, q̄n
re tamē ipſa fur eſſet. Die ſolutionis veniēte, p̄ ſeruo pretiū exigis. Cui ego. Ser Vlpianus
uū nolo, quia fur eſt. Tu rurſus. Nō eſſe furē, quia pacto, ipſum furē nō eſſe, fe- l.ſi ita. qs.ff.
ceris. An reuera, quod ſit aliquo modo, fieri poſſit, vt nō ſit? Et an in me habe- de euicti.
as actionē? diſſoluendū puto. Fieri nō poſſe, nec actionē haberi. Q̄ñquidē ait.

VLPIANVS

VERVM eſt neq; pacta neq; ſtipulationes factum poſſe tollere. Quod enim 32
impoſſibile eſt, neq; pacto neq; ſtipulatione poteſt cōprehendi: vt vtilem actio
nē, aut factū efficere poſſit.

PADVAE

LAVS, HONOR, DECVS DEO OPT. MAX. AETERNO.

FOEDERICVS NAVSEA BLANCICAMPIA/ NVS MARCO ABSTEMIO FOROIV/ LIANO SALVTEM.

ECCE, mi Marce, noſtræ, quam, cum doctoralia Iuris Inſignia acciperemus, in celeberrimo, grauiſſimoq; Iuriſconſultorum conuentu, collegioue Patauino habuimus, orationis Epitomen: quam diu multumq; tibi miſſum iri efflagitaſti: quam, oro, a te lectam propediem huc ſis tranſmiſſurus, ne in Perſiorum, aut in noſtri temporis Aratorum (hei dicere volebam Oratorum) manus veniat. Quod autem meam, quam in publico frequentiſſimoq; doctorum, Iuriſq; ſcholaſticorum cõuentu nuper Patauii in. l. Edita. C. de Edendo Repetitionem habuimus, & alia hoc genus a nobis & dicta, & cõpoſita tibi mittam hortaris: non eſt, quod faciam, quoad Obeliſco & Aſteriſco reformata tuto ad Lælios ſint itura. Quandoquidem, qui putauerim, nil curæ meæ ſatis eſſe: quippe qui cogito, q̃ ſit arduũ dare aliquid in manus hominum, nec perſuadere mihi queo, non, & cum multis & ſæpe tractandum, quod placere, & ſemper & omnibus (vt ille ait) cupias. Id quod cum a nobis in eo ad excellentiſſimũ Iuriſconſultum. D. Antonium Franciſcum de doctoribus tumultuario Encomio obſeruatum fuiſſet, non tot paſſim ſcateret erratis, quæ tamen miror nec ab acutiſſimo facundiſſimoq; Rhetore & Oratore Marino Becichemo præceptore nr̃o doctiſſimo, & Lucio Paulo Rhoſello viro bene docto non eſſe viſa, a quibus, more noſtro, idipſum eſt verſiculorum recognitum, & limæ traditum. Hinc non poſſum nõ credere hoc fuiſſe ipſum inuidia cuiuſdam Cacodæmonis inſtigante factum, quũ horum archetypus carminum hiſce careat mendis. Vtcunq; ſit, ſtatui hic tibi ſubiiciendos verſus, qui ſiniſtro Apolline prodierunt, quos iturus in Gregorii noſtri officinam: vt ſubſcribã, in oĩbus, quæ nondũ ſunt vendita, diligẽter emẽdabis exẽplaribus.

Turribus & altis, porticibuſq; ſuis.
Poſſet Alexandrum domus hæc ſuſcipere magnum.
Hoc opere Antoni Franciſce, tuo non pulcrius eſſe.

Inuenta hunc admodum

Turribus atq; altis, porticibuſq; ſuis.
Poſſet Alexandrum domus hæc concludere magnum
Hoc opere Antoniq; tuo non pulcrius eſſe.

Sunt & alia quæ moroſi difficiliſq; lectoris ſtomachum mouere poſſunt, verũ non tanti facienda, vt ſingula hic adnotem, cũ puerulus etiam quiuis iſthæc dignoſcere poſſit. Tu igitur Epitomen ſubiectam noſtræ orationis cũ nauſea, & ſine nauſea feliciter lege atq; belle. Vale Marce, decus patriæq; tuæ ornamẽtũ ingens. Me, vt facis, ama. Calendis Iunii, Anno a Chriſto nato. M.D.xxiii.

QVVM SCIAM .P.C. HOC APVD Priſcos illos Rhomanos in mo-
re fuiſſe poſitũ, inſtitutoq; maiorũ, vt qui illorũ bñficio imagines familiæ ſuæ
conſequuti eſſent, eam primã haberent contionẽ, quæ bñficii gratiã, vna cũ
ſua laude & gratulatione cõplecteretur. Cur ipſe qui maiorũ veſtigia (ſi modo
recte præceſſerint) ſequi ſemp ſtuduerim, hũc illũ hodierna luce morẽ minus,
vel ex aliqua ſaltẽ parte emulari audeã? nempe, qui veſtro beneficio ea & tãtã
dignus fuerim dignitate iudicatus, qua ſit omnis dicẽdi ratio inferior. Quis
nãq; obſecro, tãta poſſit exiſtere ingenii vbertate, tãta dicẽdi copia, tã diuino
atq; incredibili orationis genere, qui veſtrũ in me, pmeritũ nõ dicã orando cõ
plecti, ſed vel aio cõſequi poſſit? Nõne, qſo, maximũ equidẽ duxerim, quod
ipſi me vro ſũmo honore, ſingulariq; iudicio dignũ iudicaſtis? quippe: qui me
lõgo interuallo, prope memoriæ tẽporũq; noſtrorũ primũ, hominẽ vtiq; ex-
ternũ & barbarũ nõnũq; ordini veſtro longe digniſſimo adſcribendũ cẽſuiſtis
neq; me tantũmodo Iuriſcõſultũ, quod eſt ipſũ per ſe ampliſſimũ, ſed ita deſi
gnaſtis, declaraſtis, nũcupaſtis, & approbaſtis, quo modo pauci, (abſit inui
dia dicto) Iuriſcõſulti declarati ſunt. Exterius ſcio, idemq; Germanus gratuito
ante me nemo. Magnũ hoc ſine dubio & admirabile quoq; ſed magnficentius
atq; ornatius illud, quod concordes vno nutu, vno calculo, vna voce ſine ſuf-
fragiorum tabella, abſq; alienæ petitionis occaſione: ſine diuturnis precibus:
ſed dignitate quadã moti me Iuriſdoctorẽ declaraſtis. Quo fit: vt mihi nõ poſ
ſum nõ maxime gaudere: quod ea me dignati eſtis dignitate: quæ priſca ſit &
religioſa: & hoc quoq; ſacra plane & inſignis, quod nõ adimitur viuẽti: nẽpe
in quã fortunæ hactenus licet, vt dari poſſit. Eſt illud: quis dubitat? gratulatio-
ne digniſſimũ, ſed hoc tamẽ ipſum mihi gratulatiõe cæteris multo dignius vi-
det, qd ad illius ſim dignitatis gradũ (deo opt. max. Authore) euectus eius prin
cipis iudicio & electiõe, quo eſt maius nihil: & eius quoq; ſenatus cenſura, quo
nihil ſapientius. Cuius, inquã, principis? Nõ eius, q ex multis vnus, nec e Pau-
cis aliquis, verũ (quod uerius dixerim) ex pauciſſimis omnino ſingularis dici
queat, & debeat. Num Auguſti, vel Traiani cuiuſpiam? Minime. Verum, qui
eſt omni Auguſto ſanctitate auguſtior, & Traiano bonitate melior omni: ſed
illius inquã, quo vterq; horum numeris cõtinetur oibus: & quo deniq; nil me
lius, nil doctius, nil ſanctius: nil in oĩ genere laudis ad exemplar antiquitatis ex
preſſius. Adſcitus inquam ſum & ad huius honoris faſtigiũ electus a PAVLO
ZABARELLA, nõ principe modo: ſed ſũmo etiãnũ principe, nõ Epo tãtũ,
ſed & Archiepo, ideſt Eporũ principe, eoq; ad aſſem p philoſophiã: optimã ar
tificẽ: efformato. De cuius ſane laudũ pconiis: qbus ſui ordinis oibus facile p-
ſtat: ſi uel minima receſſere prexero: certũ ſit nullũ me eorũ nec initiũ nec finẽ
habiturũ. Dicturo ſiquidẽ de illius aut animi, aut corporis, aut fortunæ deniq;
dotibus nulla profecto in me viriũ ſuppetias eſſet latura: qppe qui eas vel ſingu
las dotes nõ mõ nõ facilitate: ſed ne cogitatiõe qdẽ cõplecti valeã; ſileo eas di
cendi vllo me poſſe officio cõprendere ſperẽ. Quo nãq; orauerim: vnq̃ Cice-
one illius poſſit incly te ſtyrp is: quæ Zabarellarum eſt: hac in vrbe multo ve-

tuſtiſſima, nobilitas enarrari? Quis Hortenſiorum fortunas, quibus ille ad pi/
tatis ſolummodo, aliarumq; virtutum opera vtitur, explicare ſufficiat? Quem
inueniam vel Apellem vel Polycletum quempiam, qui illius non dico depin/
gere, ſed corporis modo lineamenta omni ex parte dignitatis grauitatis quo/
q; pleniſſima cõcipere, aut aliquam duntaxat eorum redidere lineam queat?
Quis præterea Demoſthenes vel diſertiſſima, & omni dicendi facundia exun
dans de mirificis illius & infinitis virtutibus, & doctrinis quibuſq; optimis non
ſibi potius ſilendum ꝙ pauca dicere putet? Quũ eas ſibi in illo ita ſedem & mã/
ſionem vendicaſſe videat, vt non illi tantum ſplendori, ſed vel hoc genus He/
roum omnibus præbere exemplar, & cæteris, vt fulgentiſſimum quoddam ſy
dus, vel apud poſteros fulſurum, videri poſſint. Non eſt igitur, quod C heri/
lus ego inſulſus laudum illius campum ingredi tentem quum nec huius, ſit lo/
ci, nec illius patiatur modeſtia, ſola in illo pene (vt ita dixerim) immodeſta &
nimia: qui cum omnibus modis ſit maximus, tamen hoc nomine præcipue
magnus videtur & eſt, quod ipſe ſolus magnitudinem ſuam non agnoſcit, vt
hæc ſit illius ſumma laus, quod cum meritis ſuis omnem, ſuperet laudem,
haud tamẽ vllam quantumuis moderatam laudem admittat. Quo fit vt opti
mus quiſq; illum haſtenus laudandum cenſeat, quatenus virtutem ipſam. Quã
doquidem in illo bonitatis & virtutis exempla abundent: quæ ſequi cupiat vẽ
tura poſteritas, etſi rerũ natura pateretur adſcribi ſibi voluiſſet antiquitas. Cur
igitur hoc ipſo patrono cenſoreq;, conſumatiſſimo mihi non gaudeam: lætet
exultem? qui illius ſim in maximis rebus iudicium conſequutus? præſertim cũ
Hector ille Neuianus non tantum laudari ſe lætetur, ſed addiderit etiã a lauda
to viro. Accedit ſubinde. P.C. ſolidæ huic meæ læticiæ, quod a vobis perinde
atq; nobiliſſimis ſapientiſſimiſq; ſenatoribus vnanimiter cum illo Iuriſconſul
tus declaratus, deſignatus nuncupatus ſim, a vobis inquam Iuriſconſultis toto
terrarum orbe ſpectantiſſimis: & vſq; adeo omni laudis genere dignis: vt in vo
bis vel ſolis doctiſſimos in toto mundo quoſq; mihi vere contentos videre vi
deor: quos equidem omni iure Priſcis illis Scæuolis, Sulpiciis, Vlpianis hoc/
q; genus aliis prudentiſſimis Iureconſultis tantum abeſt: vt cædere exiſtimem:
vt vos etiam illis. R. Reip. Centumuiris, ſenatoribus, Cenſoribuſq;, & Atheni
enſibus Areopagitis, nec ingenii maieſtate, nec animi ſapiẽtia, nec iudicii dex
teritate inferiores iudicauerim: quippe quorum Grauiſſimum iudicium in mi
noribus etiam rebus conſequi pulcrum ſit. Sed quid multis? quũ quo ſim lon
gior, hoc me vobis plura debere animaduerto. Tantum me vobis equidẽ pro
ea immenſa mihi gratia & admirabili beneficio debere ingenue fateor, quan/
tum verbis conſequi nequeo. Nec mirum, ſi ego terminum non ſtatuo tã gra/
ta profitẽdi, cum veſtri in me officii & honoris terminus ſit nullus. Si proinde
P.C. pro veſtris immenſis in me promeritis parũ vobis cumulate gratias ege/
ro, quæſo obteſtorq;, ne meæ naturæ potius quam magnitudini veſtrorum
beneficiorum id tribuendum putetis. Equidem vobis ſolum gratias ago, ſi
poſſem referrem. Sed nec veſtra fortuna deſiderat remunerandi vicem nec ve/

ſtra ſuggerit reſtituendi facultatẽ. Priuatorum iſta copia eſt, inter ſe eſſe munificos. Vt enim veſtra beneficia magnitudine præcellunt, ita mutuum non repoſcunt. Quod igitur ſolum meæ opis eſt Gratias ago, ſentiendo tamen copioſius, q̃ loquendo. Quandoquidem, qui memoriam veſtri beneficii eo ſlam beneuolentia ſempiterna non modo dum anima exuperabo mea, ſed etiam cum mortuo monumenta veſtri in me nunq̃ promerentem permanebunt. Igitur.

PRO LAVREA AD EXIMIVM DOCTO. ANTO. FRANCIS. DE DOCTORIBVS PRO MOTOREM.

Nunc Franciſce decus doctorum, Maxime doctor,
Non minor excelſo ſurge Catone prior.
Inclyta virtutum da ſerta, ſubinde laborum
Præmia diſcipulo daq; recepta tuo.
Da, inquam, virtutum ſtimulos. Laudata vireſcit
Nam virtus, magnum gloria calcar habet.

Dixi obiter.

Paduæ in Epiſcopio.

HIERONYMVS P. V. AD LECTOREM.

QVANQVAM, legalis ſcientiæ amator, vbi hoc diuinum Ius ciuile opus primo legere cœpi, ex eo repertorium, qualia nũc cõgerunt, colligere decreueram: attamen vidẽs ac intelligẽs in hoc ipſo opere nihil eſſe, quod non æque ſumma ſit laude dignum, magnopere q̃ notandum, reuocaui calculum, & Elenchum dumtaxat compendioſum feci, quo liceret tibi (qui ſuperfluum forte laborem declinas) ſine magna inquiſitione inuenire, quæ vel ab aliis in Iure ciuili hactenus ſunt neglecta vel omnino ignorata. Collegimus enim tantummodo rerum, dictionumq; ſelectiſſimarum, & ad Ius vtrunq; in primis neceſſariarũ capita: quibus ſubinde repertis, repertes, quæ te non tam delectare q̃ iuuare poterunt. De laude autem operis nihil eſt quod dicam, cum ſcio te ipſum (liuore abſterſo) haud improbaturum, vbi illud ad vnguem attenteq; lectitaueris. Si tamen quod ſentiam, vis dicam, Hoc inquam eſſe opus rarum, eruditum, & vnicuiq;, qui præſertim Iuris vtriuſq; principia cito, facile, docte velit habere tum vtile, tum impendio neceſſarium. Nec dubites, lecturus quidem probabis, & ſecundum me ſententiam pronuncies. Materias itaq; ſelectas, poſt in hoc opere collectanea, & nouas inuenies ſuis in chartis ſub notatis, Primo quære in litera.

A

Accurſius defenditur charta. 4
Authenticum 8
Auguſtus 10.&.54.
Auguſta 10
Adeo 32
Acceſſorium 32
Anniculus 40
Annus 40
Autem 54.&.85.
Agnati 50.&.65
Agnatio 50
Adopto 52
Arrogo 52
Arrogatio 52
Aduocatus 72
Agens 67
Arbitrium liberũ 69
Audatia 76
Atqui 77
Arrogantia 82
Augeo 83
Auctor
Author
Autor 83
Authoritas
Anthorem fieri
Actor 90
Actio tutelæ 92
Archigymnaſia 103
Argentangina 109
Angina 109
Auaritia 109

B

Bullæ 6
Bonifacius. viii. 6
Bella an bona vel mala. 19
Bellum 20
Breuitas 36
Bannitus 43
Brutus 57
Beneficium 72
Blancicampium ideſt Vueiſcheufelt 80

C

Cicero Iuriſcõſultus? 4
Canones 5
Canon 6
Clementinæ 6
Clemens 6
Codex. Iuſti. 7
Collatio
Cæſar 10
Coitus 16
Curia oppidum 19
Conſtitutiones dupli/ces 21
Conſuetudo 22.&.79
Calamitas 27
Calamitoſus homo 27
Confeſſio 32
Contritio. 32. Cauſa. 33
Cyprianus 37
Conſilium 38
Cœlum 45
Ciues Romani 47
Cognati 50
Cognatio 50
Caſtrati 53
Caput 60
Campanator 61
Cognati 65
Cauſidicus 72
Caput 68
Ciuitas 80
Copia 75
Confidentia 76
Coniunctiones 77
Collectiuæ 77
Comiciati 78
Coloniæ 82
Concordia 81
Concorditer 81
Conſcientia 83
Contrahere 84
Contractus 84
Contradictoria 86
Caſtitas 86
Contra Laſciuos 87
Curator 88
Curo 88
Cura 88
Crimen 105

D

Duodecim tabulæ 4
Decretorum liber 6
Decretalis 6
Diplomata 6
Digeſta 13
Draco 18
Dediticii 32
Doctorẽ decentia 41
Diuitiæ 45.&.110
Deportare 55
Dis 57
Defenſor 72
Duo 79
Diſcipulus 82
Duæ ſpecies vxorũ 84
Definitio 85
Doli capax 87
Doctor deſignatus 96
Doctores verbales 108
Demoſthenes 109

E

Extrauagantes 6
Aequitas 14
Aequitas ſcripta 14

Eccleſia 30
Epiſtola 31
Enunciatiua verba 54
Aeditimus 57.&.60.
Ethimologia 57
Emancipatio 58
Emancipatus 58
Etimum 60
Aedituus 60
Aedes 61
Excõmunico 71
Aeſchilus poeta 79
Exemplum 75
Exemplar 75
Aetas perfecta 78
Erarii 78
Excuſo 93
Excuſatio 93
Aerarium 95
Aetas 99
Aetatũ differentiæ 101
Aetates ſex 101

F

Fas 5
Nota 7
Feuda 8
Fabulæ 12
Famuli 25
Famulitium 25
Fran. Curtius 36
Francigenæ 47
Franci 48
Francia 48
Franconia 48
Filii 48.&.64.65.
Factio teſtamenti 63
Filius ſequitur patrẽ 67
Fatum 68.&.70.
Finis 69
Formulare 75
Fidutia 76
Fido 76
Fiduciarius 77
Fiduciaria tutela 77
Fundus 82
Fauor 108

G

Germani 48
Gregorius pont. ix. 6
Gentiles 26
Græcia 33
Gallici doct. 45
Galli 48
Gradus 49.&.50.
Germanicus 54
Gentilicia 72
Grammatice 77
Gloria 94

Honorarium ius 21
Heliefcentia lex 32
Hieronymus 37
Hominis creatio 69
Hæreditas 85

I

Iuriſcientia. 3.&.4.
Iuriſconſultus 3
Iuſtitia regina 3
Iuriſconſultorum digni tas 3.&.38
Inuentores legum 4
Iuſtitia 4
Ius ſcriptum 5
Ius non ſcriptum 5
Ius diuinum 5
Ius humanum 5
Ius poſitiuum 5
Ius 5.&.14.&.42.&.68
Ioannes 6
Iuſtinianus defendit 7
Infortiatum 7
Inſtitutiones 7.&.8.&.9
Inſtituta 8
Inuocate Deum 9
Iuſtum 14.&.19.&.66.&.81
Ius non ſcriptum 22
Ingenuus 26
Iuſtus 29
Iuuenta
Imperium Rom. 43
Imperator 43
Inceſtus 49
Ius adoptionis 51
In præpoſitio 60
In Grãmaticos 61
Inquiſitio 62
Inteſtabilis 63
Iuſtus hæres 66
Iuſti filii 66
Iuſta hæreditas 66
Interdico 71
Interdictio 71
Iura ſanguinis 67
Iura agnationis 67
Idea 70
Italici 80
Iocatur author 80
Idem 75
Inuocandus eſt deus 77
Illatiua dictio 78
Inquiſitio tutoris 78
Impedimentum 82
Iuriſconſ. 87
Inſani 89
Immortalitas 94
Ingratitudo 103

L

Lex quid 3.&.34
Lex diuina 3
Lactantii laus 9
Legitimum 14.&.66
Legitimatio 27
Libertus 19.&.72
Libertinus 29
Literæ 31

Latini 31
Legum laus 38
Legum cōmoda 38
Lycurgi leges 45
Liberi 48.&.65
Lucus 57
Ludus 57
Legitimus hæres 66
Legitima vxor 66
Liberorum honos 93
Laus 94
Luna 95
Licentiatus 96
Laus Patauinæ Acade/ miæ 102
M
Moſes 4
Materia 4
Matrimonium 16.& 47.&.93.
Moriendum pro pa/ tria 24
Mancipium 25
Mancipes 25
Multi 26. 79
Manzer & 27
Manumiſſus 28
Manumiſſio 29
Magiſtratus 34
Mare 45
Mundus 45
Mors ciuilis 55
Mutuum 58
Maſculinū genus 64
Moriendū oibus 68
Mors 69
Morbi 69.&.102
Materfamil. 67
Mors 69
Meneuius orator 79
Maior 79
Municipia 80
Media vocabula 76
Municipiorum tria ge/ nera 81
Municipes 82
Maior pars oēs 82
Magiſter 82
Mulcta 92
Mali hois ſigna 103
Mendatium 108
Mendatii genera 108
Mentiri 108
Mendatiū dicere 108
N
Notanda qdā 5.&.6. &.10.&.17.
Natiuitas chri 10.&.54
Natura 16
Nothi 16.&.17
Notanda 21.&.40. &.79.&.84.
Naturalis filius. 27
Natales 28
Nuncius 31
Neceſſarius hæres 34
Notabilia 36.&.55. &.80.&.82.
Nuptiæ 47
Nepotes 48.&.65
Nauſeæ familia 57
Nihil in mundo perpe/ tuū 69 Negatio 85
Notāda 87.&.94
Notāda.94.&.95.&.98 &.99.&.100.&.104
Nouiſſime 111
Nouiſſimus 111
O
Otium turpe 45
Omnino 62
Ordinatus 72
Orator 72
Ordo 79.&.83
Oppidum 80
Oppidulum 80
Oppidani 80
Orphanus 87
Officia ſenum 99
P
Præfatio 1
Philoſophiæ partes 3
Pontificium ius 5
Paragraphus 7
Pandectæ 13
Patriæ charitas 18
Patria quid 18
Prædium 20.&.82
Patritii 21.&.56
Patres 21
Prætor 21.&.71
Perſona 23
Pluralis locutio. 26
Proprietas verborū 28
Paupertas 34.&.97.
Pauper 34
Pronunciata. 36
Punienda 37
Præmiū virtutis 42
Pater 46
Poteſtas 46
Patrius,a,um 46
Poſſeſſiuum 46
Par 50
Planum 53
Perfectum 53
Pubertas 53
Perinde 55
Patres conſcripti 56
Publicola 57
Prouidentia 70
Plerunq; 74
Plerique 74
Parentes 74
Plures 79
Pars 79 Præſes 79

Prouincia 79
Prouinciales 80
Poſthumus 61
Patronus 71
Procurator 72
Patiens 67
Poſtliminium 58
Parentes 61
Porta 80
Priſcianus 77
Poſſeſſio 81
Pagus 81
Pubertas regis 86
Pudor 86
Paupertas 110
Pupillus 87
Prodigi 89
Perpetuum 91
Pœna 92
Parentum honos 93
Poeta perfectus 103
Publica actio 105
Preces.108. Pecũia.108

Q

Quintilianus Iuriſcõ. 4
Quirites 19
Quandocũq; 32
Qui, quæ, quod 43
Quidem 45

R

Romanæ leges 4
Raymundus 6
Ratio 33.&.36.&.69
Relatiuum 43
Roma.47. Relegar.55
Reſtituere 55
Rufuli 78 Rus 81
Regula 85
Ratio non omniũ red/ denda 88
Reſpublica 96

S

Subiectum 4
Septimius 7
Sancta 10.&.41
Summũ ius 14
Statutum 17
Solon 18
Senatores 21
Seruus 25
Spurius 27 Sæpe 32
Semp 32 Suidas 33
Sebaſtianus Sapia 36
Suus 42
Solonis leges 45
Simile 50.&.75
Spadones 53
Soluere 55
Sacerdotũ dignitas 55
Senatores 56
Symbolum 57
Sermo indefinitus 61
Sacerdotium 72
Sacerdotia varia 72
Syllogiſmi forma 78
Sit 85 Satiſdatio 90
Satiſdare 90
Subſidiaria actio 92
Subſidium 92
Subſidiarii milites 92
Semeſtres 95
Statuta Patauinæ Aca/ demiæ 97
Senectus 99
Senectus venerãda 100
Studia particularia 103
Suſpectus 105
Suſpitio 105
Suſpitioſus 105
Sequana 106
Squinantia 109

T

Teſtamentũ vetus 5
Teſtamentũ nouum 5
Traianus 30
Tribunianus 33
Tyberius 54
Tutela multiplex 59
Tutela 60.&.88
Tutor 60
Teſtamẽtaria tutela 61
Territoria 80
Tribuni 78
Tribuni varii 78
Tribuni plebis 78
Tutor & curator concor dant 89
Triarii.92. Triuiũ. 102
Triuialis ſcĩa.102.&.103
Triuialis 103
Triuiale carmen 103

V

Valla rephẽdit 4.&.7.
Volumen 6
Vulgo.cõceptus 27
Vindicta 30
Vinditiæ 30
Vindico 31
Vendico 31 Via 36
Voluntas 37
Virtus 41.&.94.& 98
Vlciſcor 51
Veriloquium 54
Vis 60
Verbale 60
Vnum 79
Variæ prouinciæ 80
Vrbs 80
Vrbare 80
Veritas 75
Villa 81
Varii contractus 84
Villicus 90
Valetudo 90
Vacatio munerum 99
Varia hoium natura

HAEC ſunt, candide lector, vocabulã rara, notatu ſcituq; neceſſaria, maxime Iuris ſtudioſo, quorum proprietates (vltra alia quæ ad Iuris materiam pertinẽt) author ipſe adeo clare & docte cum Iuriſconſulto tum legibus, tum Latinorum, vtpote Ciceronis, Varronis, Quintiliani, Pædiani, Marcelli, Feſti Pomp. T. Liuii. Cæſaris, Saluſtii, Terentii, Vergilii aliorumq; authorum authoritate interpretatus eſt, vt neſcias ſit ne opus hoc legũ an humanioris ſtudii, aliarumq; omnium artium alumno ſtudioſo vtilius. Nihil tamen inuenies quod non Iuriſcientiam maxime ſuo quidem loco & tẽpore iuuare illuſtrareq; poſſit. Quare etiã ab operis nobilitatẽ duximus recolligere atq; emendare, quæ Calcographi ab Archetypo eis lectu ſubdifficili admiſere obiter.

ERRATA CORRECTA.

Legito in prima charta prudentum ch. 2. deridẽda ch. 10. probabo ch. 11. prætermiſeram. piæ. Marcellinũ ch. 13. inq;. inibi. cõtrarius, adde, tolli ch. 14. mediocriter, adde, doctus. indulgentis. tum. de iis ch. 16. ratione. ch. 17. nolumus. tuerent ch. 18. pareatur ch. 20. pro ꝑdictorũ. Impropriũ ch. 21. Solicitiores ch. 23 imoremur ch. 25. ſolẽnitatẽ, rãq; ch. 26. Exhorreſcimus ch. 28. Auguſt. ch. 29. doctiores ch. 30. ne. ch. 33. officiũ. Draco ch. 34. Interceniuo ch. 37. Rõne. 39. furãdi ch 40. quẽ, itellectũ. ꝑſpicua ch. 41. Illuſtrẽ. ſenioribus ch. 42. reddiderit ch. 43. certẽt nũq; ch. 44. hoſtilia. Sufficiis. Muneris. iudicet ch. 45. latinus. ſplẽdidiorẽ. Ex. ch. 46. alioq, oẽs. fœminio, lege maſculio ch. 49. facer, q; ch. 50. viſum. quoad ch. 56. fungẽs. auitũ ch. 58. ꝑ nubat lege ducat ch. 60. vis ch. 64. cæteri. neoterici ch. 65. naſũ ch. 66. iuſtã. legitimã ch. 68. diſſerũt ch. 69. ꝑte riti ch. 70. velim deeſt aduerſarios ch. 71. participo. 72. ſacerdotioꝝ. Ius ch. 73 nimiã. diuiti ch. 75. fœnerarẽt. Eiuſdẽ ch. 76. Archiuo ch. 80. oia ch. 83. viris. au ctrix, ipſo ch. 84. Triphariũ ch. 87. capitis ch. 92. vita ch. 94. Si quot, lege, ſi cõſidero quot ch. 95. fide ch. 98. hr̃e ch. 95. Hinc nõ autumauerim ch. 100. Momũ ch. 104. Tamẽ ch. 106. rõne. dicturũ. leui ch. 107. qđ. 108. peccat lege emãt ꝑ venditãt ch. 109. cãdidiſſimos ch. 110. iurãti, laborat ch. 111. redderet. Sequũtur correcta i ꝓblematis ch. 2. Suppleturũ. indigũ. priſcos ch. 3. Eũ, ſeruis ch. 4. ſit. ipſam ch. 6. Quas. cõuictus. agebãt ch. 7. nullis, adde teſtibus ch. 10. Seueri ch. 18. accipit ch. 19. quod ad ch. 21. nos. Et ſi qua ſunt alia doctus intelliget, indoctus non curabit.

Omnes ſunt quaterniones ꝑter AA q; ſunt terniones & D qui eſt duernio.

IMPRESSVM EST HOC OPVS PRAECLARVM
& rarum Venetiis, in Officina ſolertiſſimi viri & præſtãtiſſimi,
Gregorii de Gregoriis Quarto Calendas Auguſtas
Anno redemptionis noſtræ Vigeſimotertio ſu/
pra milleſimũ Quingenteſimũ Andrea
Gritto inclyto Venetiarũ duce, pri/
mo eius ducatus anno.

Comperato gr. 25. in sudor vulty tui vesceris pane tu